BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
C
22
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XV.
C.
22.

Digitized by Google

IVLII SANNAZARII

della Rippa, Patricij Papien.

Iur. Vtr. Doct. ac pub. I. P. Veſpertini Ordinarij
In patriæ Gymnaſio profeſſoris

De Sponſalibus, & Matrimonijs TRACTATVS

Seu, ad Titulum Primum quarti Decretalium libri
Interpretationum liber vnus.

In quo noua, ac breui quadam methodo ferè vniuerſa V. I. ac Theologorum præcepta, quæ ad hanc materiem ſpectant, ita explicantur, vt abſque indice quilibet facilè, quæ volet inuenire poſsit.
Non deſunt tamen Indices duo; Alterum Iurium explicatorum;
Alterum verò Rerum, & Verborum.

BARTHOLOMÆO BRVGNOLIO PRÆSIDI,
Cęteriſq; Excellentiſs. Sen. Ditionis Mediol. Patribus,
Ticinenſis Gymnaſij Protectoribus.



TICINI, Apud Petrum Bartolum, MDCII.

V. B. III

Digitized by Google

Illuſtr.mis & Eccell.mis

BARTHOLOMÆO BRVGNOLIO PRAESIDI, CO. GALEACIO VICECOmiti, Cæteriſq; Mediol. Ditionis Senatoribus, ac Ticinenſis Gym. Protectoribus;

IVLIVS SANNAZARIVS RIPPENSIS. S.

QVORVM ope, operaq; quis profecerit; ingenuè fateri certè non ingrati animi ſignum eſt (P.C.) Grati verò animi ſignum, quo beneficiorũ memoria non obliterata dignoſcatur, oſtendere, illis gratiarum actionis loco cedit, apud quos compertum eſt, talia præſtitiſſe officia, quæ nulla meritorum relatione exprimi, compenſariuè poſſunt. Ego igitur, P.A. cùm ſtudijs veſtris factum ſit, vt iam tres, et decẽ annos publicè profitendi munere ſim functus (vix enim lauream aſſequutus, maiorum meorum veſtigia æmulari percupiens, præcipuèq; IO. FRANCISCI

Digitized by Google

Sannazarij, vulgò, Rippa paterni Aui, & Primarij legum Interpretis, & iſtius ordinis non immeriti Senatoris, vt publicè leges interpretari poſſem petij, ſtatimq; ſumma veſtra benignitate obtinui) fateor id omne, quod legali in Philoſophia profeci, vobis accepto ferēdum eſſe: Quod vt aliquo pacto teſtatum ſit, ex lucubrationibus meis, hunc de Spōſalibus, & Matrimonijs Tractatū in lucem emittere vobis nūcupatum decreui. qualiſcūq; enim ſit, vobis debetur, cùm à vobis ortum habuerit. Illum quadriennio iam primùm explicaui, cùm hanc pomeridianā Iuris Pontificij ſedem conſcendere cœpi. multa tamen poſtmodum, quæ inter ſtudendum obiter vidi, addita fateor, & hoc anno ferè ex integro elaboratum. ſi tamen aliqua veſtro iudicio non ſatis digna comperietis, illa imbecillitati meæ tribuatis velim, quam ſi maiora molientem adiuueritis grauiora indies, magiſque veſtro iudicio digna præſtabit. interim dignoſcetis, vos, ſi non idoneo, ſaltem non ingrato talia contuliſſe ſtudia. Quos perpetuò nobis ſeruatos reddat omnipotens. Ticini Kal. Nouembris M. D. C I I.

Digitized by Google

Philippi Albertinij Piſcienſis I.C.

IN IVLII SANNAZARII

ACADEMICI AFFIDATI,

De Sponſalibus, & Matrimonijs Tractatum.

Optatos homini thalamos, pactosque Hymenæos,
Vinclaque, queis Iuno libera colla iugat,
Ordine dum miro doctus declarat Iülus,
Spes Sannazaridum *certa, propago virens;*
Alma Themis ſtupet, agnoſcens oracula dictis,
Quæ ſolet ipſa ſuo pandere ab ore ſacra.
Ac, Si non cæcis opus eſt ambagibus, *inquit*;
Num poſthac noſtrum limen adibit Hymen?
Nec minus eiuſdem metuit pro talibus auſis
Mnemoſyne; atque acri tangitur inuidia.
Et, Vereor, ne quid ſordeſcant munera noſtra,
Rarius atque aris thura crementur, *ait*.
O igitur meritò exornandum laudis honore,
Numina cum metuant, inuideantque ſimul!
Macte animi, & diæ pariter virtutis, Iüle:
Claros ſic referes mox, imitator, auos.
Stirpis quippe tuæ vno auulſo haud deficit alter;
Aureus vt ramus, fronde viretque noua.

Digitized by Google

EORVM, QVÆ IN HOC TRACTATV continentur, compendiarius Index.

DE ordinis ratione, tum interpretis, tum præſentis tituli, Cap. I. pag. 1.

De ſponſalibus, Cap. 2. pag. 8.

De nomine ſponſaliorum, Artic. 1. ibidem.

De origine eorundem, Art. 2. pag. 14.

De eſſentia, Art. 3. pag. 16.

De qualitatibus, Art. 4. pag. 18.

Circunſtantiæ.

Perſona. ibidem.

Res. pag. 27.

Locus. pag. 30.

Tempus. ibidem.

Quantitas. pag. 31.

Modus. pag. 32.

De effectibus, Art. 5. pag. 40.

De deſinentia, Art. 6. pag. 68.

De Matrimonijs. Cap. 3. pag. 95.

De nomine, Art. 1. pag. 96.

De origine, Art. 2. pag. 101.

De eſſentia, Art. 3. pag. 104.

De

De qualitatibus, Art. 4. pag. 129.
Perſona. pag. 133.
Res. pag. 142.
Locus. pag. 145.
Tempus. ibidem.
Quantitas. pag. 149.
Modus. pag. 152.
De effectibus, Art. 5. pag. 164.
De diſſolutione matrimonij. pag. 217.
Interpretatio capituli primi pars prima. pag. 277.
Prima inſpectio de intellectu verborũ in genere, p. 282.
Secunda de intellectu in ſpecie, pag. 288.
Secundæ partis prima de poteſtate legum circa matrimonium. pag. 299.
Secunda de pœna contrahẽtis ſecundum matrimonium primo durante auth. Iur. Ciu. pag. 307.

Approbatio.

D. IVLII SANNAZARII Patricij Papienſis I. V. D. ac publ. I. P. pomeridiani Ordinarij in Ticinenſi Gymnaſio profeſſoris egregij de Sponſalibus, & Matrimonijs Tractatum, iuſſu Admodum R. P. Inq. perlegi, cùmq; in ipſo nihil Fidei Catholicæ, indicisuè S. D. N. CLEM. VIII. præceptis diſſentaneum inuenerim: omnia verò ſingulari quadam methodo, doctè, ſubtiliter, accuratèquè pertractata ſint; dignum cenſui, qui ad aliorum vtilitatem in lucem exiret.

D. Matthias Guarguantus Soncinas ex Congregatione Clericorum Reg. S. PAVLI DECOLLATI, S. Off. Pap. Conſultor Theologus.

Fr. Bonifacius Ripalta de Placentia, Vic. Generalis S. Officij Pap.

Digitized by Google

IVLII SANNAZARII

Della Rippa, Patricij Papien.

I. V. D. AC POMERIDIANI ORDINARII
I. Pontificij in Patriæ Gymnaſio interpretis,

De ſponſalibus, & matrimonijs, ad titulum primum quarti Decretalium libri

INTERPRAETATIONVM LIBER VNVS.

Decretalium D. Gregorij Papæ Noni lib. quartus, titulus primus de ſponſalibus, & matrimonijs;

De ordinis ratione, tum interpretis, tũ præſentis tit. caput primũ.

Compendium contentorum in hoc Cap. primo.

1 *DIfficultatibus, quæ obijciuntur legum ſtudioſis,*
2 *Dupliciter occurri poſſe,* 3 *Ordine, & quid agendum:*
4 *Breuitate in explicatione generalium, quaſi tractatus compendio.*
5 *Ordo in locorum explicatione is eſt, vt primo litteralis explicatio (habeatur,*
6 *Secundo poſitionum principalium declaratio,*
7 *Extraneorum repudiatio, ac allegationum ſuperfluitatis.*
8 *In tractatus compendio conſiderantur primo, quæ rem antecedant.*
9 *In qua conſideratione adeſt articulus nominis, in quo quæritur,*
10 *Quibus modis nomen vſurpetur:* 11 *Vnde dicatur:*
12 *Num alijs nominibus res appelletur.*
13 *Item articulus originis, in quo conſideratur.*
14 *Cauſa effectrix, &* 15 *Cauſa finalis.*
16 *Secundo conſiderantur, quæ rei ſunt annexa, vbi*
17 *Adeſt articulus eſſentiæ, item*
18 *Qualitatum, quæ ex ſex circumſtantijs declarantur,*
19 *Perſonæ, rei, loci, temporis, quantitatis, & modi.*
20 *Conſiderantur tertio, quæ rem ſequantur, vbi*

A 21 *Adeſt*

21 *Adeſt articulus de effectibus, item* 22 *De rei deſinentia.*
23 *Præmittitur ordo pro explicatione Rub.*
24 *In prima parte, circa continuationem, præmittit duos articulos.*
25 *Quo ad primum, an ſit facienda continuatio, probat quod non.*
26 *Ratio, quia ſumus in initio libri nouam materiam incohantis.*
27 *Quo ad ſecundum, de ordinis ratione ponit primam rationem Hoſt.*
28 *Refert ſecundam eiuſdem rationem.*
29 *Illam oppugnat, quod & ſupra de perſonarum contractibus ſit actum.*
30 *Tertiam eiuſdem rationem ponit.*
31 *Oppugnat, quia, & de actibus clericorum infra agitur;*
32 *Et quia de actibus laicorum ſupra agitur:*
33 *Quartam Ancar. rationem recenſet:*
34 *Quintam addit, quod ſup. actum ſit de Eccl ſex Sacramentis, ſupereſt ſeptimum de matrimonio.*
35 *Methodus decretalium compillationis huc vſq;.*
36 *Prima pars de fide.* 37 *Secunda de iure ipſo.*
38 *Tertia pars de perſonis eccleſiaſticis ratione ordinis, vbi de duob. Sacramentis.*
39 *Ratione officiorum, & iudicij.*
40 *Ratione eorum, quæ ad mores, & vitam ſpectant, vel ſimpliciter, vel quo ad adminiſtrationem rerum,*
41 *Vel temporalium,* 42 *Vel ſpiritualium, & primo de religioſis:*
43 *Secundo de Sacroſanctis, & Sacramentis quatuor.*
44 *Hic de Sacramento matrimonij agit,* 45 *Et de ſponſalibus præmittit.*

1 DIV mecum animo volutaui (Auditores ſpectatiſſimi) qua potiſſimum ratione ſtudijs veſtris conſulere poſſem in tanta interpræturm mole, qui non ſimplici munere iuris loca exponendi contenti, & quæ ſimilia, & quæ incidentia ſunt diffuſe congerunt, multaq; etiam aliquando aliena annectunt, lateq; pertractant; Vlterius maxima citationum congerie ſtudia ipſa in lungum protrahnnt, cum interpræturm, tum tractatuum ſcriptorum, tum etiam conſulentium dicta ſimul aggregantes, vt aliquando, ne dum inter pugnantes ſententias incidamus; ſed inter ita diuerſas opiniones, vt illæ ad varios ſenſus facile trahi posſint, indeq. haud
2 facile veritas elici, ſatq. eſt ipſis, ſi id probent, quod ſentiunt. Id† autem duplici ratione fieri poſſe exiſtimaui, ordine, & breuitate: Ordi-
3 ne † quidem; vt ſaltem ſignarē congruis locis, quicquid de vnaquaq.
4 re dici poſsit: Breuitate, † vt, cum impoſsibile ſit, tum ob temporis anguſtias, quod ad interpratandum datur, tum ob paucitatem lectionum,

ctionum ſingula loca vnius tractatus explicare, ſaltem generalibus
traditionibus ipſi explicarentur, ſeu deſignarentur in primis, dein-
de loca ipſa, quæ declarari poterunt, à nobis declararentur, neq. vltra
4 loci materiem, ne latum quidem vnguem diſcederemus.

5 Loca autem ipſa ſecundum litteralem expoſitionem declarabi-
mus, in qua incidentia, quæ colliguntur breuiter explicabimus pri-
6 mo, poſtmodum, † quæ in textu expreſſæ ſunt poſitiones diſputabi-
mus, extranea à doctoribus allata omiſſa faciemus, & à citandis ipſis
quantum fieri poterit abſtinebimus: Ita etiam nobis mandante Ex-
cellentiſsimo huius dominij Senatu, argumentationibuſq. conclu-
dentioribus, & ad rem facientibus tantum vtemur.

7 Sed quoniam maximè in traditionum in genere explicandarum or
dinis adinuentione à nobis laboratum eſt, tandem adiuti, etiam no-
uiſsimè ſubtiliſsima metodo Excellentiſsimi compatris mei, Phi-
lippi ab Innocentijs, Maſsinij nuncupati, hanc ordinis rationem, no
bis perpetuo obſeruandam ſecuti ſumus, quæ à rethorum quoq. prę-
8 ceptis haud aliena eſt, vt primo † cōſideremus, quæ rē ipsā antecedūt.

Secundo, quæ rei annexa ſunt.

Tertio, quæ rem ipſam ſubſequantur.

In prima autem conſideratione animaduerti originem adeſſe, quæ qui-
dem duplex eſt, altera quæ nominis dicitur, & originatio nuncupa-
9 tur: altera, quæ rei eſt, & origo dicitur, quamobrem ne † nominis
quæſtio disiungatur, quæ rei quoq. cognitionem præcedere debet,
10 conſideraui in hac nominis declaratione primo † quæri poſſe de no-
mine ipſo in equiuoco, quoties nomen illud, quod rei indictum eſt
multiplicis ſenſus, ſeu ſignificationis, ſit, quod vbi ab equiuoco ven-
11 dicatum erit, tum demum † de nominis ratione, ſeu originatione, ac
12 deriuatione agemus, poſtremo † num illi rei, ſeu actui, qui propriè eo
nomine demonſtratur, de quo quærendum eſt, alia nomina contin-
gerint, quæ his quæſtionibus complectemur.

Quid illud nomen ſignare valeat.

Vnde dicatur.

Num res, de qua quæritur, alio nomine nuncupetur.

13 Quo vero ad rei originem, huiuſmodi quoq;. origo poteſt conſi-
14 derari vel ratione cauſę effectricis, vel cauſæ finalis, vnde † duæ ſunt
de origine quęſtiones:

Quo iure, &

15 Qua ratione, verum quoniam poſſunt hic etiam conſiderari quę-

dam circumſtantiæ, nempæ, perſona, Tempus, Locus, & Modus, proinde de eis, prima quæſtione, quę ſubijcenda erunt aperiemus.

16 In ſecunda autem conſideratione, de his, quæ rei annexa ſunt excogitaui, ea reſpicere, vel eſſentiam, vel circumſtantias, ac qualitates
17 extrinſecas. Quo † ad eſſentiam, animaduerti, illam dupliciter declarari, vel in genere, vel in ſpeciebus, ſeu partibus, & vtroq. modo rem diffiniendam, vt in primo de Oratore Cic. ex Craſsi ſententia, à iuris ſcientiam addiſcentibus faciendum eſſe dicebat, vnde ſuccedit, vt de eſſentia duæ ſint quęſtiones: prima, quid ſit.
Secunda quotuplex, in qua partium ſuccedit declaratio.

18 Qualitates vero, cum ex circumſtantijs, circa quas, verſantur dignoſci poſsint, ſex pręcipuas conſiderauimus, non autem in omnibus actibus ſemper neceſſarias, ad eas autem ferè omnes qualitates reduci poterunt, heę autem ſunt,

19 Perſona, Res,
Locus, Tempus,
Quantitas, & Modus;

& earum vnicuiq. ſuę deinde ſubordinantur quęſtiones, quę non ita de facili vniformiter obſeruari poterunt.

20 In tertia autem conſideratione, vidimus rem ipſam ſequi rei finē, ac ſublationem, vt ita loquar, & etiam ex re ipſa oriri ſuos effectus,
21 proinde † in hac vltima conſideratione duo proponuntur articuli,
22 vt primus ſit de effectibus, ſecundus † de rei deſinentia, ſeu qualiter tollatur, & deſtruatur, ſicq. recolligendo ſunt ſex articuli, qui à nobis in vnaquaq. generali traditione exponuntur, vt

Primus ſit de nomine. Secundus de origine.
Tertius de eſſentia. Quartus de qualitatibus.
Quintus de effectibus. Sextus de rei ſublatione.

23 In huius igitur tractatus de ſponſalibus, & matrimonijs enarratione, primo declarabimus illa, quæ ad ipſius rubricę explicationem in genere ſpectant, in qua re videbimus eiuſdem ordinis rationem, ſeu continuationem, vel ſubordinationem cum pręcedentibus.
Deinde nominatim ſex propoſitos articulos de ſponſalibus, & totidem de matrimonio declarabimus, in quorum primo, circa illam quęſtionē, quid hę dictiones, ſponſalia, & matrimoniū ſignare valeant declarabimus, quo ſenſu huius inſcriptionis recitata verba accipiēda ſint.

24 Quod igitur attinet ad continuationem, duo videndi ſunt articuli, primus, an in caſu noſtro ſit facienda continuatio.

Secundus

Secundus, quę ſubordinatio, ſeu ordinis ratio hic fieri poſsit.

25 Quo ad primum, Alex. de Neo Vicentinus hic, nu. 2. nullam faciendam eſſet cenſet, cuius opinio confirmatur, ex illis, quę dicebat Franciſcus Sánazarius Rippenſis, qui vulgo Ripa cittatur, deinceps aũt à me Sannazarius vocabitur, qui mihi fuit paternus auus, poſt Alexandrum in Rub. ff. de verb. oblig. & in Rub. ff. ad S.C. Treb. & in Rub. ff. Soluto Matrim. num. 20. & in Rub. ſupra de Iudicijs, nu. 7. & ſequenti, & pluribus congeſtis Card. Pariſius, in dicta Rub. Soluto Matrim. num. 116. & ſequenti.

26 Ratio eſt, quę ex ſupra citatis Doctoribus colligitur, quod quando ſumus in initio libri, non continuantis materiem libri pręcedentis, tunc nón eſt neceſſaria continuatio, quę aſſertio probatur, ex textu, in l. 2. §. quartus C. de veteri Iure Enuc. vbi fit materiarum applicatio ſecundum partes pandectarum, non continuatio tituli vltimi partis antecedentis, ad ſubſequentis primum. Confirmatur etiam, ex textu in l. prima ff. de rei Vindic. & eſt originale dictum Accurſij, in l. prima ff. de Cond. furt. Sed hic ſumus in initio libri nouam traditionem incohantis: Nam in libro antecedenti explicantur tractatus, qui ad ſponſalia, & matrimonium nullatenus ſpectant, ſed ad alios Eccleſiaſticorum actus, contractus, & vltimas voluntates, vnde ſequitur, vt dicebat Vicent. neceſſariam non eſſe continuationem. Hinc fit, quod potius à noſtris quęritur ordinis ratio, ratione applicationis partis ad partem, quam tituli ad titulum, quę ſub ordinatio appellatur, & hęc etiam ſunt de mente Cardinalis, ac Præpoſiti hic, in quarta ordinis ratione, & Gloſæ ſupra in proœmio.

27 Quo ad ſecundum, Hoſt. in ſum. hoc noſtro titulo, tres attulit ordinis rationes, quarum prima à continuatione non aliena eſt, quod cum ſupra antecedenti libro actum ſit de vita, & honeſtate clericorũ, quos ſe matrimonio copulari non decet, vt potiſsimum ex proximo antecedenti titulo colligitur, videndum nũc eſt de ipſo matrimonio, cuius medio licitum eſt, ſe mulieribus copulari, quam rationem latè Sangeorgius, Præpoſitus Med. hic in initio exornat.

28 Secunda eſt, quod cum antecedenti libro actum ſit de contractibus rerum, nunc agendum eſt de contractibus perſonarum, qui fiunt in promiſsione coniunctionis ad inuicem ipſarum perſonarum, quæ promiſsio in ſponſalibus, & matrimonio fit, ergo, &c.

29 Huic tamen rationi obſtat, quod, & in antecedenti libro agitur de perſonarum contractibus, vt ex titulis, de clericis coniugatis, de regularibus,

gularibus,& tranſeuntibus,&c.& ex quattuor ſequentibus;niſi for-
te ſaluando rationem dicamus,quod ſupra actum eſt de actibus, qui
ratione rerum fiunt : & ratione perſonarum, de illis contractibus,
qui cum Eccleſia, vel ipſo Deo celebrantur. Hic autem agatur de
cōtractib.perſonarũ, q̄ inter homines fiunt rōe cōiūctionis pſonarũ.
30 Tertia eſt, quæ remanet communiter probata, quod ſupra antece-
denti libro egit de actibus clericorum,& ad eos,ſpectantes tractatus
explicauit. Nunc agit de actibus laicorum,qui ſpiritualia habēt an-
nexa, vnde eorum cognitio ad iudicium etiam Eccleſiaſticorum ſpe
ctat(aliter enim ſentientibus, ac dicentibus anathema indictum eſt
per Conc.Trid.ſeſſ.24.Can.12.de Sacram.matrim. de qua re infra in
cap.1.dicemus)vnde ſubdit de ſponſalibus,& matrimonijs.
31 Verùm hæc quoq; ratio non ſat mihi arridet; primo, quia ea atten-
ta multi tituli, qui de actibus clericorum, ac perſonarum Eccleſia-
ſticarum tractant,fuiſſent præponendi huic libro,qui poſtpoſiti fue-
runt,& poſiti in libro ſubſequenti,vt patet ex titulis, ne prælati vi-
ces ſuas, de Cler.pugn.in duello,de Clerico Venatore, de Cler. per-
cuſſore,de Cler. Excommun. & per tres ſequentes, de Operis No.
Nunciat.cum pluribus alijs.
32 Secundo,quia,& in antecedenti libro agitur de actibus laicorum,
vt patet à titulo de præcarijs vſq; ad tittulum de ſepult.cum plurib.
alijs,quod ſi dicatur rationem referri ad id, quod magis in libro illo
fit,ex regula legis tertiæ,cum ſequentibus ff. de legibus;Reſpondeo,
quod non modica eſt libri pars,quæ de laicorum actibus agit.
33 Aliam,& quartam rationem ponit hic Ancar. hiſce verbis,,dictum
,,eſt ſupr.ne clerici,vel monachi immiſceāt ſe ſecularib.negocijs;Ve
,,rum quoniam ſunt quædam negocia ſecularia,vt matrimonium,cu-
,,ius cognitionem habere debent ipſi clerici,ideo ne videātur ab hu-
,,iuſmodi cognitione excluſi, exorditur ſtatim hunc librũ,à præmiſ-
ſo tractatu, quæ quoq; ordinis ratio,haud ab ſimilis eſt à continua-
34 tione. Ego † alias dicebam,ſupra actum eſſe de cæteris ſex Eccleſiæ
Sacramentis, nunc inchoari tractatum ſeptimi Sacramenti, nempe
35 matrimonij,quæ ratio,†quam ſecuti ſunt in ſuis Inſt.Io. Paul.Lanz.
Peruſ.hoc tit.& in maioribus,ſeu Pandec.Marcus Ant. Cuc. Conci-
uis noſter Papien.vt vera appareat,ac etiam,vt ſimul, & ſemel ordi-
nis rationem in genere totius huiuſce compilationis decretalium
hucuſq; à vobis dignoſcatur, breuiter ſubijciendum exiſtimaui, quæ
fuerit metodus eiuſdem.

36 Primo

Digitized by Google

36 Primo igitur,vti totius operis fundamentum,pręmittit de fidei cõ-
37 feſsione,quæ primo titulo explicatur libri primi; deinde † quædam
prologomena ad ius ipſum ſpectantia, quæ tribus ſequentibus
38 titulis explicantur: tertio † agreditur tractatus ad ipſas perſo-
nas Eccleſiaſticas ſpectantes,&primo ratione ordinis, in qua re agit
de duplici Sacramento;de Ordine nempe,& Vnctione ipſa, in qua,
& de extrema agi poteſt, & de ipſis ſacramentis in genere, vt patet,
ex his,quæ à titulo.5.de Poſtul. Prælat.vſq; ad titulum 23.de Off.Ar-
chid.iuxta illa etiam, quæ dixit Hoſt.in ſumma,in principio de Sacr.
39 Secundo † ratione officiorum, quorum occaſione,etiam illa, quæ ad
ipſa ciuilia iudicia ſpectant explicantur, quæ quidem in fine ſecundi
40 libri perfectionem recipiunt. Tertio † ſubdit quædam ſpectantia
ad ipſos clericos ratione eorum,quæ ad vitam, & mores eorum ſpe-
ctant, quæ quidem toto tertio libro declarantur, in qua quidem re
quoniam clerici sũt,aut ſeculares, aut regulares, primo quidem de,
ſecularibus,deinde de regularibus,poſtremo,de omnibus ſimul agit.
Secunda pars incipit in tit.de regularibus; tertia,ibi de cõſecratio-
ne Eccleſiæ,in qua quidem re,etiam illud animaduertendum eſt, qđ
ipſorum Eccleſiaſticorum actus, vel ad vitam, & mores ſimpliciter
ſpectant,vel etiam ad rerum adminiſtrationem,& de prioribus, agit
in primis quattuor titulis ipſius tertij libri,quo vero ad res, hæ ſunt,
41 vel temporales, vel ſpirituales, & quidem † de temporalibus rebus
ipſorum Eccleſiaſticorum,tam ratione Eccleſiæ,quam proprij,egit à
titulo quinto de præbendis,vſq; ad tit.28. de ſepult. res autem ſpiri-
tuales,vel ſunt religioſæ,vel ſunt ſacræ,& ſanctæ, vel ſunt ipſa ſacra-
menta,vt declarat Io.Paulus Lanz. in ſuis Inſt. Iuris Pont. lib. 2.§.1.
42 de prioribus† igitur, nẽpe de religioſis,agit à dicto titulo de ſepul.
43 vſq; ad titulum 40. de Conſecrat. Eccl. Ibi † incipit agere de rebus
Sacroſanctis,vt ſunt Eccleſiæ ipſæ conſecratæ,& de Sacramentis,quę
in ipſis adminiſtrantur,& omiſsis illis duobus, de quibus primo li-
bro egit,de quattuor poſt dictum tit.agit, nempe de Euchareſtia tit.
41.de Baptiſmo,& Confirm.tit.42.& ſeq.& de pœnitentia tit. 46.&
44 ſeq.Decens † igitur erat,quod cum matrimonium ſit quoq; Eccleſię
Sacramentum,adeo vt Apoſtolus ad Efeſeos cap. quinto dixerit, ma
gnum eſſe Sacramẽtum,in Chriſto,& Eccleſia,cap.debitum ſupra de
bigamis,teſtatur hic in ſumma Hoſt.in primis verbis, vt ab eo exor-
dium caperet quartus decretalium liber, imo de eo totus iſte liber
agit,&cum ſponſalia matrimonium antecedant,& ſecũdum aliquos,
eius

Digitized by Google

eius ſacramentalia ſint, vti exorciſmus Baptiſmi, quos Cuc. hoc tit. nu. 1. rettulit, D. Thom. in 4. diſtinc. 27. de eis præmittit.

De ſponſalibus, Caput Secundum artic. I. De Nomine.

SVMMARIVM.

1 *Q*VAERIT *primo, hæc dictio qualiter capiatur, deciditur capi vel pro re, nempe pro Arris,*
2 *Vel pro actu, iure Ciuili ſolum veniunt ſponſalia verè, non matrimonium, ratione ætatis inualidum:*
3 *Neq; obeſt l. ſi vxor §. ſi minor ff. de adult. cum vtatur dictione quaſi, & ibi perpenduntur l quæſitũ ff. eod. l. cũ hic ſtatus §. 20. ff. de don. inter vir. & vx.*
4 *Neq; in §. diui, cum ibi proprie capiatur.*
5 *Iure Pontificio, ſponſalia matrimonium ſignificant, vel cum ante pubertatem (contrahuntur,*
6 *Vel vbi aditur dictio de præſenti,*
7 *Vel vbi alias inualidum, nec conſumatum, & coſenſu accipi debet cap. tertio loco ſupra de præſump.*
8. 9. 10. *Quod, & triplicite declaratur, ex cap. 2. eod in 7.*
11 *Neq; obſtant contraria, cum vtantur dictione deſponſata, quia etiam nupta (deſponſata dicitur.*
12 *Quamuis, & ſoli ſponſæ conueniat.*
13 *Apud latine ſcribentes, in genere, pro ſolemni celebratione matrimonij,*
14 *In ſpecie, pro nuptiali conuiuio.*
15 *Quod factum eſt, quod ſit futuræ copulæ, & traductionis promiſſio;*
16 *Et, quod matrimonium per ſtipulationem contrahatur.*
17 *Proprie vero capiuntur, pro promiſſione futurarum nuptiarum:*
18 *Et ita hic capiuntur, cum ſubdat, & de matrimonijs.*
19 *Quæritur ſecundo, vnde dicantur; deciditur dici, vel à dictione ſponſio,*
20 *Vel ſponſor.*
21 *Quæritur, quæ ſponſionis ſignificatio ſit attendenda.*
22 *Deciditur eam; vt ſponte factam promiſſionem ſignificet.*
23 *Quæritur, an nuptiæ ſponſalia dicantur:* 24 *Deciditur, quod non.*

AGredior ſecundã partẽ, & ſex propoſitos de ſpon. articulos. Quod attinet ad primum articulum de nomine ipſorum ſponſaliorum, tres propoſitę à nobis ſunt declarandæ quęſtiones, prima, quid hæc dictio ſponſalia ſignare valeat, vt videamus quo ſenſu hic capiatur; ſecunda, vnde dicatur, tertia, num huic actui alia nomina contigerint.

1 Quo ad primum, reperio ſponſalia capi altero de duobus modis, vel pro

Digitized by Google

pro re, vel pro actu, pro re ſponſalia nuncupabantur munera, quæ ſponſę, vel ſponſo dabantur, ſeu arræ nomine, ſeu eſſent pignora, quę à græcis vocantur επαύλια, vel ανακαλυπτήρια, quas Iuſtin. largitates ſponſalitiorum vocauit, & ſponſalitias arras, ita capiuntur primo Regum cap. 18. & in l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur, & ex Rub. & l. 1. in C. Theodoſ. ſi prouinciæ rector, vel ad eum pertin. ſponſalia dederint, licet in Iuſtinianeo Cod. dicatur ſponſalitias arras, & ex .l. patri eodem, C. Theod. de ſponſ. Quod verum probauit Alc. lib. Parerg. 1. cap. 2. quin, & Varro lib. 5. de lingua lat. voluit ſponſam dictā fuiſſe pecuniam nuptiarum cauſa ſponſo promiſſam. Quod Couar. hic parte prima cap. 1. num. 2. retulit, proprie tamen hoc ſenſu venire arras tantum cenſeo. Hoc autem ſenſu hic non capi in confeſſo omnibus eſt.

Pro actu vero altero etiam de duobus modis capitur, vel pro ipſa matrimonij celebratione, vel pro futuri coniugij promiſsione; primo modo animaduertendum eſt, quod aut agimus prout in iure capitur, vel prout apud latinæ linguæ ſcriptores, prout in iure, vel agimus ſecundum leges ciuiles, vel agimus ſecundum ius Pontificium, & prout in diuinis ſcripturis, & Eccleſiæ conſtitutionibus continetur.

Quod igitur attinet ad ius ciuile, quidam fuerunt in ea ſententia, vt matrimonium contractum ante ætatem à iure ciuili præſcriptam, ſiue copula ſequatur, ſiue non ante dictam ætatem nunquam matrimonium appellari eo iure, ſed dici quidem ſponſalia, prout Iulian. probauit, quem refert Vlpian. in .l. cum hic ſtatus. §. ſi quis ſponſam ff. de donat. inter vir, & vxor. Contrariū autem verius eſt, licet enim verum ſit, matrimonium prædictum eo iure non dici matrimonium,
2 non † tamen dicitur ſponſalia, niſi ipſa ſponſalia vere contracta ſint, expreſſe Vlpian. tum ibi, tum in l. quæſitum ff. de ſponſal. ex Papin. & Labeonis ſententia probauit vtroq; in loco, quod ſentit etiam Couar. num. 10.

3 Nec me mouet textus in l. ſi vxor §. ſi minor ff. ad l. Iuliam de Adult. quia vtitur ea dictione quaſi ſponſa, quæ eſt nota impropriętatis, inuēs propriè ſponſam non eſſe, licet ſuperueniente ætate ſit vxor, vt ibi colligitur, & ita intelligo textum in dicta l. quæſitum, quicquid ibi Accur. Elucinatus ſit, non enim de neceſsitate requiritur ad hoc vt quis ſit vxor, quod ſponſalia præcedant; ex eo igitur, quod nuptiæ præceſſerunt, licet inualidę, ſuperueniente ætate conualidantur, in quo textu etiam Accurſ. reprehendunt Bud. & Duar. & Couar. vbi ſu-

pra, quod illam dictionem collatæ exponat ideſt factæ; ſiquidem dilatæ propriè ſignificat, vt probat tex. in l. ſi res æſtimata ff. de iure dot. Conc. tamen ibi defendit gloſæ expoſitionem, per tex. in d. l. cum hic ſtatus §. 20. ff. d donat. inter vir, & vxor, quãdo aliter exponendo nullus videtur ſenſus d. l. quæſitum: verum animaduerti, quod ad mentẽ Bud. poſſumus dicere, neq; ſponſalia dici eas nuptias, quæ contrahuntur hoc pacto, te in vxorem recipio, tum cum nubilis eris adeo, vt illico abſq; alia declaratione ſis vxor, & ita dicantur nuptiæ collatæ, & hoc pacto differunt hæ duæ leges, quæ alias idem omnino ſignificarent, aduerſus ea, quæ ſcripſit Iuſt. in §. qb. primæ C. cõſtitutionis.
4 Neq; obeſt tex. in d. l. ſi vxor. §. diui, quia ibi etiam ſponſalia propriè capiuntur, quod Couar. vbi ſupra, & nu. 7. probat, vbi plures recenſet. Iure autem pontificio ſponſalia, etiam matrimonium ſignificant, altero
5 de duobus modis; primo modo † matrimonium illud, quod ante pubertatem fuit contractum malitia, & potentia ætatem non ſuplente, nam illud, licet matrimonium non ſit, in vim ſpõſaliorum ſuſtinetur, & ſponſalia illud dicitur, ita probatur in cap. vnico §. idem quoq; de deſponſat. Impuberum lib. 6. Dec. conſilio 368. Cuc. hoc tit. nu. 14. Secundo modo, pro matrimonio conſenſu contracto per verba de præſenti, vt inquiunt noſtri, non autem actu conſumato, in qua tamen re animaduertendum eſt, quod hæc opinio, licet ſit communis, vt per Panorm hic nu. 3. & 4. & ꝭ in c. penult. per Felinum hic num. 1. col. 2.
6 verſ. Item aduerte, per Couar. vbi ſupra nu. 3. Attamen † ego reperio, vel quod in iure noſtro ſponſalia tum demum matrimonium ſignifi-
7 cant, ſi adijciatur dictio de præſenti, vel vbi † matrimonium fuerit inualidum, nec conſumatum. Nam eo caſu, tamquam ſponſalia operatur publicæ honeſtatis impedimentum, ita procedit textus in cap. Tertio loco ſupra de præſump. & illud quoq; matrimonium impropriè ſponſalia dici, neq; in eo habere locum diſpoſitionem Cõc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de Reform. matrim. (vbi ſtatuitur, impedimentum iam dictum hodie primum gradum conſanguinitatis non excedere, vbi ſpõſalia ſint valida, quod ſi ſunt inualida prorſus tollit) voluit Pius V. in quadam ſua bulla, quæ incipit ad Romanum anni 1568. Kal. Iulij, quæ eſt impreſſa poſt dictum Conc. & in Petri Matthæi compilatione 7. Decret. hoc tit. cap. 2. ex cuius conſtitutionis tenore poſſumus colligere.

8 **Quod vbi lex ſimpliciter ſponſaliorum mentionem facit, eiuſque verba poſſunt intelligi vtroq; modo, debeant intelligi de promiſſione fu-**

ne fu-

ne futuri coniugij, quod & hic Felinus col. 1. cenſuit.

9 Secundo, quod vbi corrigitur ius antiquum verbum ſponſalia eod. ſenſu, & proprie capi debet, vt ibidem legitur.

10 Tertio, ꝙ vbi non eſt par ratio in vtroq; modo factis ſponſalijs, eodem pacto intelligi debent, argumento textus in l.non ſine C. de bonis quæ liberis; ſiquidem alio ſenſu ſponſalia ſimpliciter prolata à iure non reperio.

Neq; me mouent iura, quibus noſtri conantur probare paſsim in iure noſtro ſponſalia, etiam matrimonium iam dicto modo contractum nuncupari, vt in cap. veniens ſecundo huius initij, & c.fin. infra eod. c.2.& c.fin. infra de ſponſa duorum, cap. ex publico ſupra de Conuer. Coniug. c. coniuges, & cap. qui diſponſatam 27.q.2. nam in his omnibus iuribus non vtuntur Summi Pontif. dictione iam dicta ſponſalia, ſed vtuntur dictione diſponſata, ſeu verbo deſponſari. Nam re-
11 perio, † quod etiam apud antiquos de ſponſata nupta dicebatur; Sueton. in Cæſare c. j. „ Dimiſſa Coſſutia, quę familia æqueſtri, ſed admo
„ dum diues prætextato deſponſata fuerat, Corneliam vxorem, &c. Cic. ad Q. fratrē lib. 2. Epiſt. 5. „ Dederã ad te litteras antea, in qui-
„ bus erat ſcriptum Tulliam noſtram Craſsipedi pridie nonas Aprilis
„ eſſe deſpõſatam, ibi.n. conſtabat matrimonium cõtractum, vt ĩ dicã.

Vbi enim promiſſam tantum nuncupare volebant deſponſam appellabant, vt idem Cic. ad Atticum lib. 1. Epiſt. 3. probat, Statius 10. Thebaidũ „ Thalamo deſponſa viro, & tex. in l. miles. §. quærebatur. ff. ad l. Iul. de Adult. ad quod deſeruit Rub. infra de Clandeſtina deſponſatione, illa enim dictio de, quid auget, & deſpondere, finem ſponſioni facere etiam ſignificat, quod auctor Teſau. ling. lat. verbo deſpondere ſecunda ſignificatione tradit, & ſponſa à deſponſata ita differre videtur, quemadmodum apud nos Italos hi duo loquẽdi modi, E ſpoſa, & è ſpoſata, vnde Felinus hic latè demonſtrat ſponſæ, ſponſiue appellatione non venire virum, & vxorem, quod firmauit Sannaz. in l. quæſitum §. ſi ſponſa num. 1. ff. de Priuil. credit.

12 Non tamen inficiabor, quin, & prædicta dictio deſponſata futuri coniugij promiſsionem tãtum ſignificet, quemadmodum colligitur ex c.fin. infra eod. ex c. acceſsit infra tit. 1. ex dicto c. qui deſpõſatam 27. q. 2. Deuter. c. 22. Nam, & vxor aliquando ſponſam tantum ſignificat, vt ex dicto cap. Coniuges, & dicto cap. qui deſponſatam colligitur, & ibi latè per Gratianum, & hic per Couar. cap. 1. num. 4. c. egreſſus itaq; 27. q. 2.

13 Apud autem Latine ſcribentes reperio, ſponſalia etiam capi dupliciter, vel in genere pro ipſius matrimonij ſolemni celebratione, Sigonius de Regno Italiæ lib. 1. ſub anno 590. Ibi Idibus Maij magni
14 fico apparatu ſponſalia celebrata, & alibi ſæpè; in ſpecie † pro nuptiali conuiuio, vnde eſt dicta generica ſignificatio fortè deſumpta, Cic. allegata Epiſtola quinta lib. 2. ad Q. fratrem, vbi ſe ſponſalia dediſſe dixit, quod conuiuium interpretatur.
15 Prædictam autem ſignificationem, vt ſponſalia matrimonium ſignificent, nedum ea ratione locum habuiſſe, quaſi quod promiſsio ſit futuræ copulæ, & traductionis, vt Panorm. & Felinus hic tradiderunt,
16 ſed ex eo, quod matrimoniũ per ſponſionem, ideſt ſtipulationem, contrahatur dixerunt Alc. in l. pronũciatum §. matrem ff. de verb. ſignif. probatur in c. penult. ꝟ eodem, tradidit hic Couar. allegato nu. 3. neq; hoc quoque ſenſu hic capitur.
17 Pro futuri autem coniugij promiſsione magis propriè ſponſalia capiuntur, & communiter, vt in l. 1. & 2. ff. eod. l. ſponſio ff. de verb. ſignif. c. noſtrates 30. q. 5. c. ad Romanum, vbi notãdus textus, eod. lib. 7. Sinodo. Trid. Seſſ. 24. de Refor. matr. c. 3. quod, & atteſtatus eſt Sannaz. in l. quæſitum §. ſi ſponſa nu. 7. ff. de Priu. Credit. & hoc
18 ſenſu capitur in hac rubrica, quod confirmatur † ex adiectione illarum dictionum, & matrimonijs, cum ex dictione, & oſtendatur diuerſitas, vt dicebat Acur. in Rub. ff. de iur. & facti ignor. quod ſi in generico ſignificatu caperetur, vtiq; iam dictę dictiones vacarent contra diſpoſita à Gregorio IX. in proœmio §. ad cõmunem, ibi,, re
,, ſecatis ſuperfluis, deſeruit etiam primum, quod ſupra ex allegato c. ad Romanum collegimus, quod verba propriè in dubio ſunt intelligenda, vnde ſecundum hunc ſenſum explicabimus ſequentes quæſtiones, & articulos.
19 Quo ad ſecundam quæſtionem, vnde dicantur, reſpondeo, quod dicta ſunt, vel à dictione ſponſio, quæ ſtipulationem ſignificat, & à verbo ſpondeo deducuntur, quod ſtipulanti promittere ſignificat, prout probatur in l. 2. ff. eod. & in l. ſponſio ff. de verb. ſignif. vbi Alc. & in l. ſciendum eſt ff. de edil. edic. eo quod per ſtipulationem contrahebãtur, vt in l. 2. ff. eodem habetur. Colligitur ex Gellio Noc. Attic. lib. 4. c. 4. ex l. 1. ff. eod. Hoſt. hic in ſumma nu. 2. Alciat. lib. Parerg. 1. c. 2. & in dicta l. ſponſio.
20 Vel ſecundum aliquos à dictione ſponſor, qui is dicebatur, qui alterius facti promiſſor erat, eo quod moris fuit apud veteres, vt

qui

qui vxorem ducturus erat, non ab ea, ſed ab eo, vnde ducenda erat ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri, vt Gellius Seruij ſulp. teſtimonio vbi ſupra rettulit, & hanc deriuationem probauit Alc. dicto c. 2. & Couar. vbi ſupra num. 1. in fine, facit text. in c. honorantur 32. q. 2. idquè ſecundum proprietatem vocabuli, & mores Romanorum, verum eſſe facilè probari poteſt.

21 Verumtamen prout hoc tempore ſponſalia fiunt, crediderim ab ea ſponſionis ſignificatione deduci debere, quæ dictioni naturalis eſt. Si etiam attendamus tempus ante ſtipulationis inuentionem, de qua per Doctores in Rub. ff. de verb. oblig. vbi dixi, cum & ante ſponſalia inuenta conſtet Deuteron. cap. 22. vt ſequenti articulo dicam.

22 Huius autem dictionis ſponſio naturalis ſignificatio ea eſt, vt ſponte factam promiſsionem præſeferat; deducitur enim à dicto verbo ſpondeo, quod ſponte promittere dicebatur, cùm à ſponte deducatur, & veteres eo verbo pro ſponte dico vtebantur, & deinde pro ſponte promitto. Hinc, & ſponſor, qui ſponte non ab aliquo rogatus promittebat dicebatur, quod & Accur. in rub. nouellæ 4. ſeu in authen. de fideiuſſ. probauit, & Alciat. d. c. 2. licet idem Alc. contrarium teneat in dicta l. ſponſio; veram tamen Accur. opinionem probauit Feſtus ex Verio, vt Alc. d. c. 2. rettulit, & Auctor Theſauri Linguæ Latinæ verbo ſpondeo in principio, ex Cic. ad Attic. & in Philipp. contrahuntur enim ſponſalia nudo tantum conſenſu, quod probatur in l. 4. ff. eod. & inter abſentes, vt in c. Veniens infra qui clerici, vel vou. quod ꝗ in 4. articulo, in modi circumſtantia explicabo, inter quos abſentes non cadit ſtipulatio, l. 1. ff. de verb. oblig. &, vt alias in Rub. dicti tituli probaui, quod, & Goff. hic num. 1. tradit.

Interim nec illud reticere volo, ſponſionem dictam etiam eſſe actum quendam, quo quis ſponte ſe quid daturum promittebat, ni tale quid fieret, repromiſsioq; ſequebatur, & ſtipulatio hinc inde, dabāturq; pignora, quæ ſponſiones dicebantur, de qua loquitur textus in l. quibus in rebus ff. de Aleat. Elegans eſt Plinij locus lib. 9. c. 35. de ſponſione Cleopatræ, & Antonij, huius etiam ſponſionis meminit in Summa Hoſt. num. 2. & latè Bud. in l. 2. verbo vindicias filiæ ſuæ à ſe abdicaſſe ff. de origine iuris. Hinc etiam forte ſponſalia dicta ſunt, & promiſsiones iam dictæ, & pignora, ſeu arræ, quæ dabantur. Hinc actio ex ſponſo dicebatur, tàm illa qua agebatur

tur ex prædicta ſponſione, quàm illa, qua agebatur ob ſponſalia, ibid. Bud. probat, & Gell. vbi ſupra Præpoſ. hic nu. 2.

23 Quo ad tertiam quæſtionem, Sanazar. in d. l. quæſitum. §. ſi ſponſa nu. 8. ff. de priuileg. credit. fuit in ea ſententia, vt nuptiæ, etiam ſpõſalia ſignificent, & ita exponit illum tex. & tex. in l. in poteſtate. ff.
24 hoc tit. Verum ego cenſeo vtroq; in loco poſſe nuptias propriè capi, non pro ſponſalibus: neq; me mouet, quod iuri de futuro nõ poſſit renunciari, quia ibi renunciatur iuri præſenti, orto ex nuptiarum promiſsione, cuius executio licet in futurum trahatur, obligatio tamẽ eſt pręſens, & id prouenit, etiam ſecundum naturam ſtipulationis, quæ obligationem in futurum confert, vt probatur in l. 5. ff. de verborum obligatione.

De origine. Secundus Articulus.

SVMMARIVM.

1 *QVæritur, quo iure inuenta, & deciditur quod prodita fuere, vel iure gentium;*
2 *Vel naturali humano;*
3 *Quod colligitur Deuteron. c. 22. & c. qui deſponſatam 27. q. 2.*
4 *Ex tex. in c. egreſſus 27. q. 2.*
5 *Quæritur ſecũdo qua ratione, & deciditur, vt pro futuris coniugijs daretur aliqua certitudo.*

QVo ad ſecundum articulum de origine, ꝓpono itidem duas ſupra narratas quæſtiones examinandas.
1 Quo ad primam, nempè, quo iure, cenſeo ego eod. iure prodita fuiſſe ſponſalia, quo omnes ferè contractus prodiere, nempè gentium l. ex hoc iure ff. de Iuſt. & Iure §. Ius autem gen tium in Inſtit. de Iure Nat. Gent. & Ciu. Cum enim iam ante iure diuino, ſeu naturali humano proditum eſſet matrimoniũ, vt ĩ ſeq. c. hoc eod. artic. dicam, gentes ad futuras ſibi coniuges co
2 pulandas hunc ſponſaliorum contractum adinuenere, vel † ſaltẽ iure ipſo naturali humano, cum eo quoq; iure fidem ſeruare homines tenerentur, l. cum amplius. §. is natura ff. de reg. Iur. l. 1. ff. de pactis

Sannaz.

Sannaz. in Rub. nu. 39. ff. de verb. oblig.

3 Moueor ex textu in c. qui deſponſatã 27. q. 2. ibi. „ Nam diuinæ le„ gis eſt mos ſponſas appellare coniuges, vnde innuitur eo quoq; : tempore, quo homines tùm iure gentium viuebant, & ſponſas fieri, ac ſponſalia celebrari, quod confirmatur ex loco Deuteron. ibi citato, qui c. 22. legitur, vbi conſiderantur quattuor caſus, primus ſi dormierit vir cum vxore alterius, ſecundus ſi puellam virginem deſponderit vir, & alius in Ciuitate concubuerit cum ea, vbi elicitur virginitatem exigi in deſponſata, quod ſecus eſt in vxore; tertius ſi in agro reperit vir puellam, quæ deſponſata eſt; quartus ſi inuenerit vir puellam virginem, quæ non habeat ſponſum, ex quo toto contextu clare elicitur, etiam argumento à contrario ſenſu, virginem ſponſum habere poſſe, ſponſam differre ab vxore, licet, & vxor appelletur, & ſic eo tempore ſponſalia à matrimonio fuiſſe ſeiuncta, & ſponſaliorum cõtractum adinuentum, & eo quoq; tempore ſponſalia dici munera
4 ſponſæ, habetur, 1. Regum c. 18. vt ſupra dixi, confirmatur † ex textu in c. egreſſus 27. q. 2.

Circunſtantiæ autem, quæ in huiuſmodi adinuentione, ac origine affuerunt, cum ignorentur, nec à nobis tradi poſſunt.

5 Quo ad ſecundam quæſtionem, qua ratione ſint inuenta ſponſalia, arbitror non aliam extitiſſe, niſi cum forte, ob aliquod impedimentum, non poſsint homines ad inuicem nuptias ipſas illico contrahere, vel aliquo reſpectu nolent, & potiſsimum ob ætatem, quod videtur conſideratum in allegato loco Deuter. vt tamen aliquò modo valerent homines ſibi conſulere pro futuro coniugio, huiuſm. promiſſionis, & ſponſaliorum contractum adinuenere, qui adeò efficax eo tempore videbatur, vt puella deſponſata vti vxor quodammodò haberetur, & ita homines ob præſtitam fidem obligabantur, quemadmodum, & in cæteris contractibus, vt voluerunt noſtri in c. ex parte 2. huius initij ſup. de Off. deleg. Dec. in Rub. ſupra de except. nu. 8. dicta l. cum amplius §. is natura ff. de Reg. Iur. cum ſimilib. Sannazar. in Rub. nu. 39. vbi ſupra, & hoc quoq; colligitur ex præcitato loco Deut. dum vult violatorem ſponſæ alterius occidi, eo quod humiliauit vxorem proximi ſui, dicto c. qui deſponſatam, exemplo eorum, quæ habentur Leuitici c. 20. quod ex Gell. citato in loco declarat, & Præpoſit. hic nu. 2.

DE

De Eſſentia. Tertius articulus.

SVMMARIVM.

1 Quæritur primo diſſinitio, & an in l. 1. ff. eod. ea ſit.
2 Probatur non eſſe diſſinitionem verba Florentini:
3 Quia in diſſinitione vnicum debet eſſe genus:
4 Et illa verba non omnibus ſponſalibus conueniunt.
5 Probatur diffinitio c. noſtrates 30. q. 5.
6 Probatur quod dictio repromiſſio loco generis ſumenda non eſt.
7 Melius recipi poſſe dictionem ſponſio.
8 Declaratur genus, nempè dictio promiſſio.
9 Declaratur differentia nempè Nuptiarum.
10 Declaratur proprium nempè futurarum.
11 Id intelligitur, quando re vera effectus in futurum trahitur:
12 Et ſubijciuntur, quæ ad perfectam diffinitionem ſpectant.
13 Quæritur 2. quotuplicia ſint ſponſalia, & deciditur quædam eſſe incerta,
14 Cum ex pluribus certis vna non expreſſa promittitur, & hæc ſunt inualida:
15 Vel certa, quæ ſunt, vel non pura,
16 Vel conditionalia,
17 Vel conditione neceſſaria, quod pura contrahi non poſſunt,
18 Vel voluntaria, quæ vel eſt contra ſubſtantiam matrimonij, nec ſunt ſponſalia;
19 Vel talis, quæ vti impleta habetur, & ſunt pura:
20 Vel conditiones ſunt honeſtæ, & ſunt inualida, licet non quo ad omnes effectus:
21 Vel in diem, & ſunt valida, licet illi liceat recedere poſt tempus per quem non ſtetit:
22 Vel pura, quæ ſunt, vel valida, & hæc propriè ſponſalia ſunt:
23 Vel inualida, quæ nullos ſponſaliorum effectus habent. &
24 Prouenit inualiditas, vel à neceſſitate, vel ex delicto,
25 Quod eſt vel in Deum, & eſt aut in fide, quando vnus tantum eſt fidelis:
26 Vel in voto, dummodo non eſſet omnino inualidum:
27 Vel in homines, & tunc vel reſpicit matrimonium, vel eius promiſſionem præſentem.
28 Vel tranſactum violatum.
29 Vel futurum promiſſum.
30 vel quo ad alterius.
31 vel quo ad alia, tum cum contrahitur perpetua inhabilitas ad contrahendum matrimonium:
32 vel ex alia coniunctione:
33 vel à voluntate, qui caſus ſummatim explicantur, & nu. 34. & 35.

Quo

Digitized by Google

QVO ad tertium articulum de eſſentia, duas præmiſſas quæſtiones videamus, primo ad cognitionẽ rei in genere, quid ſint ſpõſalia, ſecundo ad dignoſcẽdas earum partes, ſeu ſpec ies quotuplicia ſint.

1 Quo ad primum, diffinitio ſponſaliorũ traditur, vt pleriq; voluerunt, per Florent. in l. j. ff. eod. vt ſint mentio, & repromisſio futurarum nuptiarum, quam retulit Hoſt. in ſumma hic nu. 1. & licet communiter probatum videatur hanc eſſe diffinitionem ſponſaliorum, ego tamẽ

2 † cenſeo huiuſmodi Florent. verba nullatenus pro diffinitione capiẽda, ſed ſolum eſſe deſcriptionem pro vt ipſa ſponſalia celebrabãtur.

3 Moueor ea ratione, quia in diffinitione vnicum debet eſſe genus, cui omnes differentiæ, quæ illi anectuntur ſubijci debent, cum non optimum ſit genus, quod ſub ſe non comprehendit omnes ſuas ſpecies, ad quarum differentiam, differentiæ, & proprium inuenta ſunt, quod Dialectici tradiderunt, & Bud. in l. omnis diffinitio, ff. de Reg. Iur. Silueſt. Aldobrandinus Clementis VIII. nunc Pontificis Max. pater in §. plebs autem in Inſt. de Iur. Nat. Gent. & Ciu. Hic autem adſunt duo verba, quæ vel vtraq; loco generis capi poſsũt, vel ita diſpoſita, vt vnum aliud ſub ſe tamquam genus continere nõ valeat, quia ponuntur vti diuerſa, quæ verba ſunt, dictio mentio, quæ memoriæ quandam factionem ſignificat, quam ea ratione poſuiſſe Florent. voluerunt nonnulli, quaſi volens Græcos imitari, qui dictionem habent μνηστεία, quæ, & memoriam, & deſponſationem ſignificat, vt retulit hic Couar. c. 1. in princ. Confirmatur per Theſaurum linguæ Grecæ dicta dictione, & dictio repromiſsio; prima enim denotat primi petentis, ac promittentis actum, ſecunda repromittentis, & ſic diuerſos diuerſorum actus, qui nulli generi ſubijciuntur. Idq; etiam confirmatur Sulpicij loco à Gellio relato allegato lib. 4. c. 4. ſicq; eſt relatio formæ ipſorum ſponſaliorum, pro vt antiquitus fiebant, & ita intelligendo, non erit inepta dicta dictio mentio, ibi poſita, vt videtur innuere Couar. vbi ſup.

4 Secundo, quia credo, quod ſi huiuſmodi verba capiantur tamquã diffinitio, quod omnibus ſponſalibus non conueniant. Non enim neceſſe eſt, quod fiat illa mentio, & illa repromiſsionis ſtipulatio, pro vt præſefert illa dictio repromiſsio, vt mox dicemus, ſat enim eſt, qđ quoquomodo declarent cõtrahẽtes ſe inuicẽ ducturos, vt ꝓbatur in c. Veniens ſecundo huius initij ĩ. eod. quod ĩ. ſeq. articulo dicã.

5 Meliorem igitur arbitror illam eſſe diffinitionem ipſorum ſponſaliorum, quã contineri in c. Noſtrates 30. q. 5. dixerunt hic Panorm.

C Alex.

Alex.de Neuo,n.4.Sang.n.2. vt ſint promiſſio futurarum nuptiarũ, & licet Couar.vtatur dictione repromiſſio, eo quod dicta dictio reci
6 procas promiſſiones ſignificet,ex proprietate vocabuli. Ego tamẽ † non recipiendam hanc dictionẽ loco generis cenſeo, quia repromiſſio proprie refertur ad illius promiſſionem,quæ præcedentem habet vel interrogationem,vt voluit Alc.in l.ſatiſdationis nu.1.ff. de verb. oblig.& ſic requiritur ſtipulatio, vel alterius conſimilem promiſſionem,Cic.pro Q.Roſcio. Repromittis tu ab hinc triennium Roſcio? quid recita iſtã reſtipulationem clarius? Quid autem ſit reſtipulatio declarat Bud.in d.l.2.verbo vindicias filiæ ſuæ abdicaſſe, ff. de orig. iur. non autem poteſt referri ad ſimplices promiſſiones vtriuſq; ſed vel ad vltimam,vel ad illam,quæ in ſtipulatione fit:melius poſſet reci
7 pi dictio ſpõſio, † ſecundũ genericã ſignificationẽ ſupra relatã, qua vſus eſt Patern. Auus, in d.l.quæſitũ,§.ſi ſponſa,n.7.ff.de Priuil.cred.
8 Loco igitur generis ponitur dicta dictio promiſſio, quæ ſimplex hoc caſu valida eſt, & ſimpliciter relata intelligitur cum effectu,§. ſi ſcriptum in Inſt.de inutil.ſtipul.l.ſciendum,ff.de verb.oblig.cum alijs citatis,à Iaſ.in l.lecta tertio notabili,ff. ſi certum petatur.
9 Loco differentiæ ponitur dictio nuptiarum ad diſtinguendas haſce promiſſiones à promiſſionibus,quę de alijs actibus,vel ẽt rebus fiũt.
10 Proprij vero locum ſibi vendicat(hiſce.n.tribus partibus perfectam conſtitui diffinitionem Dialect.tradiderunt,vt in Adag.proœmio c.j. & apud Quint.Inſtit.Orat.lib.7.c.4.Cic.in Topicis,& Bud.in d.l.omnis diffinitio ff. de reg. iur.habetur) dictio futurarum ad differentiam matrimonij,ſeu nuptiarũ præſentium,quæ & ipſæ nudo conſenſu perficiuntur,l.nuptias ff.de reg.iur. c.ſufficiat 27.q.2.cum ſim.de quibus ĩ. c.ſeq.Hoc enim præcipuum in ſe habent ſponſalia, vt promiſſio ad nuptias futuras trahatur,qđ ſupra primo artic.declaraui.
11 Hinc fit,vt licet verba in præſenti ſonent, ſi tamen in futuram promiſſionem trahantur,ſponſalia ſint,ſic & è contra vbi in futurum ſonant,ſi tamen in præſentem conſenſum trahantur,ſponſalia nõ ſint, vt probatur in c.ex parte, ĩ. eod.c.ſi quis diuinis 30. q.5.c. ſuper eo, infr.de cond.appoſ. c.vnico,§.Idem quoq; de deſponſat.impub.lib.6 cũ ſim. Nã intelligo nuptias futuras cũ effectu,provt verba cũ effectu ſp intelligi dñt,l.penul.§.penul.ff.ne quis eũ qui facit,l. quoties,ff.q ſatiſd.cog.c.fin,vbi gl.ĩ.eo.c.relatũ,vbi gl. de cler.nõ reſident.c.qualiter.ĩ.de pactis,cũ alijs citatis per Iaſonem in l. hoc edictum, §. hæc autem verba nu.6.ff.quod quiſq; iuris:rebus.n. non verbis leges imponuntur.

Digitized by Google

ponuntur l.2. C.communia, de leg.

12 Hinc fit, vt præd.diffinitio, neq; ita breuis ſit, quin omnia diffinitorum indiuidua comprehendat; neq; ita verboſa, vt quid in illa vacet, vel vt ſub illa veniant illa, quę ſponſalia nõ ſunt: & hoc pacto fit vt diffinitio cum diffinito conuertatur, & è contra, ipſaq; diffinitio ſit breuis, & hęc omnia ſunt illa, quæ perfectam, & optimã conſtituunt diffinitionem, vt docent prædicti, nec nõ Accur. & alij in d.l. omnis diffinitio ff. de reg.iur. Bart. in l.j.ff.de dolo, & l.j.ff. de teſtam. Card. in c.perpendimus.infra de ſenten. excom.

13 Quo ad ſecundam quæſtionem, ſponſaliorum diuiſiones plures à noſtris traduntur; verum animaduertendum eſt, nõ eſſentia, vt plurimũ differre, ſed quoad modum, huiuſmodi ſunt diuiſiones Hoſtieſ. hic in ſum.nu.4.Cuchi, in Inſtit.hoc tit.nu.13.melior tamen diuiſio quo ad eſſentiam mihi videtur illa, quam tradidit Aldobr.in §. ſi vxor in Inſt. de nuptijs, in prima gl.nos tamen breuiter tantum diffiniemus, quas ſubſtantia differre diudicabimus. (dam certa.

Sũma igitur diuiſio eſt ex Aldobr. vbi ſupra, vt quędã ſint incerta, quę-

14 Incerta ſunt, vel cum quis ex pluribus mulieribus, certis tamen, vnã ducere promiſit, paterq; vel ipſæ idẽ promiſerunt, optione data, vel vni, vel alteri, vel è contra, cum aliqua mulier ex pluribus certis uiris modo præmiſſo vnum ducere promiſerit: Hæc autem incerta ſponſalia proprie ſponſalia non ſunt, neq; omnes ſponſaliorũ effectus habent, ſolumq; quandam naturalem obligationem inducunt, donec certa reddantur. Ita autem diffiniri poſſunt, vt ſint incerta promiſſio futurarum nuptiarum de certis perſonis: Hæc autem cum à certis differant in ſubſtãtiali promiſsione, & ſic in genere eſſentia differre

15 Certa autem ſunt, vel pura, vel non pura. (dñr.

16 Non pura, vel ſunt conditionalia, vel in diem, quæ quoq; ſecunda diuiſio colligitur ex Lancell.in §.rurſus contrahuntur. in Inſtit. hoc tit. de ſponſal.

17 Conditionalia, vel cõditio apponitur de neceſſitate, quod pura tũc contrahi non poſſunt, vti ſunt ſponſalia cũ præſide prouinciæ contracta, de quibus in l.ſi quis officio, ff.de ritu nupt.debent.n. habere hãc conditionem, vel tacitam, vel expreſſam ſi finito officio cum eo contrahenti libuerit, vt in l.j.C.ſi rector prou.vel ad eum pert. & omnino

18 conditionis euẽtus eſt expectandus, vel ſunt † volũtariæ, & tunc aut ſunt conditiones contra ſubſtantiã matrimonij, vel non, primo caſu non ſunt ſponſalia, ſed prorſus inualida, Lancell. vbi ſupra, §.ſi tamen

Digitized by Google

c.fin.infr.de cōd.appoſ. ſuper de ſponſ.c.ſolet, 32.q.2.Rom. in Rubr, nu. 14.ff.ſolut.matrim.quicquid in caſu ſponſaliorum aliter ſentiat Adri.ſuper 4.quæſt.7.& 9.pro vt dubiam eius opinionem fatetur Couar.p.2.c.3.§.j.nu.7.& ſentit contrarium nu.11. quod patet potiſſimum ex eo exemplo, donec inueniam aliam honore, vel facultatibus ditiorem; nam clarum eſt huiuſmodi contractum, cum habeat conditionem ſuſpenſiuam, vt probat tex. in c.ſuper eo.d.tit.Goffred.hic in ſum.nu.2.& infra dicam non eſſe matrimonium, ſed ſponſalia; attamen ibi deciditur nullum eſſe contractum, cum hæc conditio ſit contra ſubſtantiam actus etiam ſponſaliorum, ideo vtroq; modo irritatur, vt nec conditionalia ſint ſponſalia.

19 Secundo caſu, aut cōditiones ſunt turpes, vel impoſſibiles, & tales, quæ regulariter a iure reijci poſſint, vel habētur vti impletæ, aut ſunt honeſtæ, ſeu Canonicis inſtitutis conſentaneæ.

Primo caſu habentur vti pura, et conditio reijcitur, vt Lācel.in §.hoc tā vbi ī.tradidit, Hoſt.in ſum.infr.de cōd.appoſitis, quod probatur in c. 1.ibi ſecundum communem, melius in c. fin.eod.Couar.p.2. c.3. §.2. cuius dicta potius ad hunc actum, quàm ad matrimonium ſunt referenda, per illa, quæ de matrim. 3.art.dicam.

20 Secundo autem caſu ſunt etiam inualida, nec proprie ſponſalia, donec pura non efficiantur, quod qualiter contingat, mox declarabimus, ita ponit Hoſt. vbi late in ſum.infr.de cond.appoſ.ſuper deſpōſ. c.vnico, §.fin.eod.in 6. Ea autem poſſunt diffiniri, vt ſint promiſſio futurarum nuptiarum, ſub legitima conditione, et ſponſalia conditionalia intelligo etiam ſi matrimonium contraheretur ſub conditione ſuſpenſiua, etiam copulę tantum, quia non matrimonium, ſed ſpōſalia ille contractus eſſet, d.c.ſuper eo, infr.de cōd.appoſ.Goffred. in ſūma hoc tit.nu.2.infr.præcitato loco declarabo, quæque late Couar.de cond.cōſenſu præcitato in loco dixit hic referenda ſunt.

21 Sponſalia in diem, quæ ſunt promiſſio futurarum nuptiarum intra certum tempus, vt colligitur ex c.ſicut ex litteris infr.eod.valida cenſeo, & habere ſponſaliorum effectus, licet liceat illi recedere poſt tēpus per quem non ſtetit, ſiquidem tempus non in modum differēdæ, ſed in modum finiendæ obligationis ibi ponitur, quare conſenſus nō eſt ſuſpenſiuus, propterea cum ſpecie non diferant de eis in temporis circunſtantia dicemus.

22 Pura autem ſpōſalia, vel ſunt valida, quæ propriæ ſponſalia ſunt, vel inualida, quoniam autem inualiditas prouenit etiam ex deffectu cir

cumſtan-

cumſtantiarum de quibus infra ſeq. articulo dicemus, et operatur ſpõſaliorum diſſolutionem, quæ eccleſiæ iudicio, vt plurimum fit, proin de de eis congruentius infra, & ſeq. & vltimo articulo dicemus, exin deq; etiam quæ valida ſint dignoſcere poterimus, argumẽto eorum, quæ tradit Iuſt. in princ. in Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

23 Verum hic breuiter pro cognitione eorum, quæ infra dicenda ſunt, primo illa diffiniemus, deinde referemus, ſũmatim qualiter inualiditas poſsit dignoſci, quo ad pr. poſsũt diffiniri, vt ſint futurarũ nuptiarum inualida promisſio, & inualida à validis hoc tempore ita differre ſentio, vt inualida nullatenus ſint ſponſalia, nec vllos ſponſaliorũ effectus habeant, vt infra 5. art. dicam, Sin. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap. 3.

24 Quo ad ſecundum inualiditas prouenit, vel à necesſitate, vel à voluntate, à necesſitate prouenit, vel ex delicto, vel ex coniunctione inter ipſos contrahentes; delictum conſideratur, vel in Deum, vel in homines, in Deum, aut eſt in fide, aut eſt in voto.

25 In fide, vt quando vnus eſt fidelis, alius autem vel infidelis, vel hereticus, c. caue, & ſeq. 28. q. 1. c. quanto, infr. de diuortio, gl. in c. j. 35. q. 5. l. fin. C. hoc tit.

26 In voto, ſiue ſimplex, ſiue ſolemne, ſiue tacitum, ſiue expreſſum, dũmodo non eſſet votum omnino inualidum ſponſalia inualida ſunt, c. rurſus, c. cõſuluit, inf. qui clerici, vel vou. c. quidã. §. de cõuer. cõiug.

27 Quo ad homines, vel reſpicit matrimonium, vel alia, quo ad matrimonium, vel alterum, vel eum quod contrahitur, alterum, vel eſt proprium, vel alterius perſonæ, proprium, vel eſt præſens, vel non præſens, præſens cum iam contraxit aliud matrimonium, vel ſponſalia, quæ tamen valida ſint, neq, hactenus diſſoluta, c. ſicut ex literis, c. ſi inter §. eod. c. j. infra de ſponſ. duor.

28 Non præſens, vel ex delicto, quod fuit commiſſum, tum cum primũ contractum fuit, vel ex comiſſo poſtea; primum euenit, cum ſcienter fuit contractum cum perſona, cui ſine inceſtu, vel ſacrilegio iungi nõ poterat, ſecundum cum fuit violatum thorum, vel ſpes coniugij.

29 Quo ad eum quod contrahitur, hi caſus pendent à voluntate, præterquam, ſi de facto cum ſanctimoniali contraxiſſet.

30 Quo ad alterius inualidantur quæcunq; ſponſalia cũ quacunq; perſona contracta, cum perpetuo in pænam inhabilis ad contrahendum matrimonium homines efficiuntur, vel eo quod alterius vxorẽ, quis rapuerit, vt habetur, in c. ſtatutum eſt, 27. q. 2. vel quod polluit torũ,

ſibi

ſibi ſanguine iunĉti.

31 Quo ad alia inualidantur, vt ꝙ ſponſalia, vel ex quocunq; inceſtu ſecundum aliquos, vel ex homicidio presbiteri.

32 Ex alia coniunĉtione inter ipſos contrahentes, vt puta conſanguinitate, affinitate, adoptione, publica honeſtate, cognatione ſpirituali, de quibus oĩb. ĩ. ſuis locis, & potiſsimũ, ſexto articulo dicemus.

33 Voluntate inualidantur, vel eo quod non affuit conſenſus, vel ſi affuit fuit erroneus, vel rõne perſonæ, vel ratione conditionis ſeruilis alterius tantum ex contrahẽtibus, vel ratione impotentię ignoratę.

34 Quod ſi erroneus non fuit cõſenſus prouenit ex qualitate alicuius contrahentis, vel ex faĉto inter ipſos contrahentes ſecuto, ex qualitate, vel ex ſubieĉtione aliqua, quæ eſt cum eo, cum quo contrahitur, ex qua oritur pręſumptio vel metus, vel inſinuationis, vt inter minorem, & tutorem, vel curatorem, inter iudicem, & ſubieĉtũ, vel ex reuerentia, quę alicui debetur in exigendo conſenſu, vt in filio familias ſine conſenſu patris, minoris, ſine conſenſu tutoris.

35 Ex faĉto, vel ex matrimonio pręcedenti, ſeu ſponſalib. quæ non erant diſſoluta tum cum ſecunda fuerunt cõtraĉta, ignorante eo, cum quo ſecunda contraxit, vel quando fuerunt contraĉta cũ raptore, dũ rapta eſſet in rapiẽtis poteſtate, ꝗ oĩa latius ĩ. 4. & 6. art. declarabo.

Quartus articulus de qualitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Habet ſex circunſtantias.*
2 *Perſonas, quæ ſunt, vel principales, qui ſunt vel ipſimet contrahẽtes,*
3 *Qui prohibentur vel defeĉtu intelleĉtus, ſiue proueniat ex infantia,*
4 *Præterquam ſi malitia ſuppleat ætatem,*
5 *Vel ſi poſt infantiam rata haberentur.*
6 *Vel ex præſumpto metu, vel inſinuatione.*
7 *Vel ex conditione.*
8 *Vel illi, in quorum poteſtate ſunt, qui diſſentiendo poſſunt inualida ea efficere,*
9 *Si ſunt impuberes.*
10 *Etiam puberes:*
11 *Quia prohibetur matrimonium, &*
12 *Quia iure ciuili res clara eſt, neq; iure canonico contrarium eſt diſpoſitum.*
13 *Neque quoad irritationem à pari procedunt matrimonium, & ſponſalia.*
14 *Et potiſſimum id habet locum, quoad effeĉtum compulſionis.*

15 *Quod*

15 *Quod procedit iam dictis expreſſe contradicentibus.* 16 *Vel acceſſoria.*
17 *Res, quæ interueniunt, vel vt declaretur ſponſalia contrahi,*
18 *Quod ſubaratione fit:*
19 *Quæ ſimpliciter abſq; verbis contrahuntur, vel matrimonium*
20 *Si obſeruabatur mos regionis, in ipſo contrahendo,*
21 *Vel ſponſalia eod. modo.*
22 *Vel neutrum quando conſtare poterat vel aliter fieri, vel alia mente.*
23 *Hodie autē, aut cōcurrunt ſolēnitates neceſſariæ Conc. trid. & eſt matrimoniū.*
24 *Aut non concurrunt, & fit ab eis quos veriſimile eſt velle ſponſalia contrahere, & ſunt ſponſalia.*
25 *Vel obſeruatur mos regionis in contrahendis ſponſalib.* 26 *Aliter non.*
27 *Præcedentib. autem verbis, & ſi matrimonium ſonent, ſi matrimonium defectu ſolemnitatum ſit inualidum erunt ſponſalia.*
28 *Vel vt firmentur, & res interueniebat, vel pro fidei ſecuritate,*
29 *Et dabantur pignora.* 30 *Vel arræ.*
31 *Vel pro aperiendo maiori conſenſu, & dabantur vel munera, vel etiam dos.*
32 *Locum, qui conſideratur, vt inſpiciatur conſuetudo ad hoc vt ſponſalia contracta dicantur.*
33 *Tempus, quod conſideratur, vel quando in ipſis ſponſalibus apponitur.*
34 *Vel tempus quo cōtrahitur, num aliquo tēpore prohibita ſint ſponſalia cōtrahi.*
35 *Nulloq; tempore prohibita eſſe probatur, præterquam tempore officij pura.*
36 *Et an ex tempore contractus, ſponſalia contracta dicantur.*
37 *Quantitatem, vbi quæritur an quis poſſit contrahere plura ſponſalia, & diuerſis temporibus.*
38 *Eodem tēpore reſpectu eiuſd. perſonæ poteſt dūmodo magis firma ea reddātur*
39 *Quo ad diuerſas perſonas non.*
40 *Modum, vbi quæritur quot modis contrahantur*
41 *Sponſalia, & contrahuntur vel tacito conſenſu, ſeu præſumptiue, vt cum verbis contrahunt matrimonium, iuris vero interpretatione ſponſalia.*
42 *Et quoad puberes locum habere poteſt.*
43 *Seu vere, vel ex facto preſenti, & ſi re, vel taciturnitate vel ex facto ſubſecuto, vel in genere quo ad omnia ſponſalia.*
44 *Quod primū cōſideratur in copula ex quà, quæcumq; inualida valida efficiūtur.*
45 *Niſi ea ſit quæ dirimat etiam matrimonium.*
46 *Itidem in facto permanenti ex cohabitatione.*
47 *Vltimo in facto tranſeunti, vt oſculo, ac amplexibus.*
48 *Quod ſi parentes contra erunt filiorum nomine, niſi contradicant tacito conſenſu, ex taciturnitate contrahuntur.*
49 *Quod ſi contradicant ſiue filius ſiue filia, inualida ſunt.*
50 *Ex l. in ſponſalibus 1. §. in ſponſalib. ff. eod.*
51 *L. ſponſalia cum l. ſeq. in princ.* 52 *Et in l. in ſponſalibus 2. ff. eod.*

53 Neque

53 *Neque lex penult. C. eod. de hoc agit, quemadmodum nec l. ſed ea .ff. eod. & c. 1. infra tit. 1. cum loquantur ex debito honeſtatis, non neceſſitatis.*

54 *Quod ſi alij prædicta attenduntur:*

55 *Vel expreſſo conſenſu, quo vel ex inualidis valida fiũt, vt ſi conditionalia pura,*

56 *Si incerta, & inutiliter contracta certa, ac valida redduntur.*

57 *Vel pure contrahũtur, vel inter abſentes, ꝙ ipſi inter ſe per epiſtolas contrahãt:*

58 *Vel quod alij eorum nomine ipſis ignorantib. contraxerunt ratum habeant:*

59 *Vel quod ipſi mandatũ dederunt, in qua re aut non interuenit pænitentia contrahentium, & ſunt ſponſalia.*

60 *Aut interuenit, nec conſtat, & ſunt ſponſalia.*

61 *Si conſtat ſiue id denunciauit procuratori,*

62 *Siue non, non ſunt ſponſalia:*

63 *Quia in his quæ pendent à conſenſu eo deficiente nil agitur.*

64 *Et argum. ab odio repudij de quo in l. licet C. de repudijs ad fauorẽ matrimonij.*

65 *Et ex tex in c. fin. de procurat. in 6.*

66 *Neque .n. conditionalis conſenſus prodeſt, vbi non eſt acceptatus;*

67 *Neque ex mandato, & acceptatione ſecuta poſt pęnitentiam poſſunt conualidari contractus perſonarum, qui a conſenſu pendent.*

68 *Vel inter præſentes contrahebantur vel ſimplicia cum ſemel tantum ſe inuicem ducturos expreſſis verbis conueniebant:*

69 *Vel firmata vel verbis ſimplicibus, vel iuramento.*

70 *Vel facto, in quo vel res interuenit, vel ſimplex eſt, quod verſatur vel circa copulam, vel citra, vel facto permanenti vti cohabitatione.*

71 *Vel facto tranſeunti.*

1 AGredior quartum de qualitatibus, pro quibus dignoſcẽdis ad ſex propoſitas circunſtantias recurrendum cenſeo, nempe perſonæ, rei, loci, temporis, quantitatis, & modi. Quo ad pſonas poſſunt cõſiderari vel pſonæ principales, vel acceſſorię.

2 Principales ſunt illæ, quæ de neceſsitate requiruntur, hę autẽ ſunt, vel ipſimet contrahentes, vel illi, in quorũ poteſtate ſunt cõſtituti. Quo ad contrahentes, vt dignoſcamus, qui poſsint contrahere videndum eſt qui prohibeantur, vt colligitur ex tex. in c. cum apud infra eod. l. nec non §. quod eis ff. de procur. & in princ. in Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, ſed omiſsis illis prohibitionibus, quæ aliunde proueniunt, quam à perſonæ qualitate intrinſeca, de quibus infra vlt. art. dicemus quo ad diſſolutionem.

3 Quo ad iam d. prohibitionem conſidero ſponſalia non poſſe contrahi vel intellectus defectu, ſiue proueniat ex naturali infantilis ætatis impedimento, vt in c. veniens, in c. gemma infra eod. & c. ex

litte-

litteris, c. ad diſſoluẽdũ ꝟ. de deſponſ. impub. ſiue proueniat ex accidentali propter morbũ furentis, vt in c. neq; furioſus 32. q. 2. c dile-
4 ctus ꝟ. eod. l. ſicut ff. eod. Rom. in Rub. ff. ſol. matrim. nu. 7. dubium † tamen eſt quo ad infantes ſi malitia, ſeu diſcretio ſupleat ætatẽ, nũ eo caſu prohibiti dicantur, in qua re ego cum cõmuni ſententia cenſeo nõ prohiberi, quã opinionem probauit gl. in c. iuuenis. ꝟ. eod. & de magis cõm uni teſtatur Couar. j. parte c. 2. nu. 1. & Cuc. hoc tit. n. 11. qui eidẽ ſententiæ ſubſcripſerunt, qđ quidem ea potiſſimũ ratione probatur, qđ ſponſalia vti valida à ſolo conſenſu pendent, c. ſufficiat 27. q. 2. c. ſufficit ꝟ. eod. l. in ſponſal. 2. huius initij ff. eod. vnde vbi adeſt talis intellectus quo ad eũ qui cõtrahit, vt ſciat quid agat, & conſentiat, dicendũ eſt valere ſponſalia. Verum tamen eſt quod in dubio nullus diudicatur habere intellectũ ad id aptũ niſi completo ſeptenio, l. in ſponſalib. 2. huius initij ff. eod. l. ſi infanti §. fin. iuncta l. potuit C. de iure delib. Couar. vbi ſ. nu. 2. verũ ex vehementi pręſumptione aliter poſſet iudicari, vt in c. iuuenis infra eod.

5 Poſſunt tamen huiuſmodi ſponſalia etiam valida reddi, ſi poſt ſeptenium vel verbo, vel facto ratificentur, quod ꝟ. in modi circumſtantiæ dicam, & probatur in c. vnico in princ. vbi gl. de deſponſ. impub. lib. 6 quod explicant ijdem Couar. vbi ſupra nu. 3. & Cuc. nu. 12.

6 Vel ex alia qualitate, quæ prouenit, vel ex poteſtate, quam aliquis cõtrahentiũ habet in alium, vel ex diſparitate cõditionis; primo modo prouenit, vel ex poteſtate tuendi, vel ex iuriſdictione; in primo caſu eſt tutor, qui prohibetur pupillam deſponſare, imo & filio illam tradere, vt in l. tutor. ff. eod. l. cum hic ſtatus §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxo. Rom. in Rub. ff. ſol. matr. nu. 3. In 2. caſu eſt rector prouinciæ, qui prohibetur, tam ipſe, quàm ad eum pertinentes ſponſalitias arras dare, vt in l. vnica C. ſi rector prouin. vel ad eum pert. hic tamẽ eſt animaduertendũ quo ad ipſum, quod aut ſimpliciter ſponſalia cõtraxit, aut ẽt arris datis firmauit; ſi ſimpliciter, vel abſq; conditione, & sũt oĩo inualida, d. l. vnica, aut ea lege, vt fiat matrimon. poſt officiũ, & valent Iure Ciuili, non aũt vt Iure Canonico habeãt effectũ cohactionis, & ita intelligo tex. in l. ſi quis officium. ff. de ritu nupt. quia iure ciuili liberũ erat recedere, l. j. C. eod. ſi arris datis, aut abſq; conditione vt ſupra, & vt ſupra erant omnino inualida, aut ea lege vt mulier, q̃ receperat poſſet libere recedere finito officio arris tantũmodo redditis, & ſub hac conditione poſſunt ſuſtineri modo iam dicto, d. l. ſi quis officium, de qua re infra 5. art. latius dicemus, quo ad eum pertinentes, vel contraxerant opera ipſius rectoris, & eod. modo eſt di-

D ſtin-

Digitized by Google

ſtinguendum,vt ſupra dixi,aut nō & erant omnino valida,d.l.vnica.

7 Secundo modo id prouenit,vel ex cōditione ſeruili, vt ſi vnus eſt ſer uus,alius aūt liber,quo caſu iure ciuili vti inceſtæ nuptię habebātur, l. cū ancillis.C.de inceſt.nup.vel ſi vnus eſt libertus alius Senator,vel eius filius.l.Iulia.ff.de ritu nupt. quos quidē caſus hoc quoq; tpre in ſponſalibus durare cenſeo,vt iuſtā prębeant cauſſam recedendi à ſpō ſalibus non tamen ſemper illa inualida diudicarem, nec qđ omnino de neceſsitate ſint diſſoluenda,vt iure ciuili cauetur, proinde de hac re latius infra dicam vlt. art.

8 Quo ad illos in quorū poteſtate cōtrahētes ſunt,nō inelegāter dubitari pōt.an neceſſarius ſit eorum conſenſus,adeo quod eius deffectus inualidet ſponſalia,& qualiter dato quod inualidet,id fieri dicatur.

Quo ad primū,vt eliciamus caſus claros ita diſtinguendū eſt, quod aut

9 ſunt impuberes,aut puberes, primo † caſu res videtur ſat clara, quod poſſint parentes,vel tutores infringere ſponſalia,quod probari videt̄ hoc argum. maioris efficaciæ eſt votū religionis,quo ad obligationē quā ipſa ſponſalia,& difficilius ſoluitur religionis ingreſſus quā ſpō ſalia,vt probatur in c.rurſus ꝟ qui cler.vel vou.c.ex parte 2 huius ini tij,c.ex publico ꝟ de conuer.coniug.c.1.vbi gl.de voto lib. 6 Couar. par. 2.c.7.§.4.nu.5.& ꝟ.vlt.art.dicam.Sed clarū eſt huiusm.religiōis ingreſſum deffectu conſenſus prædictorū poſſe retractari, c.pueri 22. q.5.c.puella 20.q.2.& ꝑ totū, ergo & multo magis locū habere dēt, quoad ſpōſalia,arg.Auth.multo magis.C.de ſacroſ.eccl. cū ſimilib.

10 Secundo caſu res videtur magis dubia,ego tn̄ crediderim, qđ in puncto iuris poſſit deffendi huiuſm. ſponſalia poſſe ſaltem infringi, quæ quidem opinio,& iuribus videtur probari, & rationibus, iuribus, ex tex.in c.aliter,in c.noſtrates.30.q.5.in c.honorantur.32.q.2.& q. 3. per totum,in quib. iurib.omnib.habetur,quod ſponſalia fieri non debent inſcijs parentibus, & propinquis, & eis in quorum poteſtate

11 contrahentes ſunt. Rationibus † primo quia clarum eſt prohiberi matrimonium etiam clandeſtinū iam dictis inſcijs factū, vt ex dictis iurib. colligitur, & probat Sin.Trid.ſeſſ.24.de refor.matrim. c. 1. in princ.in illis verbis. „ Nihilominus ſancta Dei eccleſia ex iuſtiſsimis „ cauſis illa ſemp deteſtata eſt, atque prohibuit; ſed clarum eſt quod quæ prohibent matrimonium,licet illud non dirimat,dirimunt tamē ſponſalia,quod colligitur ex c.veniens,& c.rurſus ꝟ.qui cler. vel vou. l.oratio.ff. eod. quia tunc ille,qui contra prohibitionem legis matrimoniū cōtrahere ꝓmiſit, nō tenet̄ adimplere ꝓp legis ꝓhibitionē, l. pacta q̄ cōtra.C.de pactis,c.nō eſt obligatorium de reg. iur. in 6.

12 Se-

12 Secundo, quia dato quod hoc de iure Canonico ſit dubiũ, de iure tñ Ciuili clarũ eſt, vt probatur in l. ſponſalib. prima huius initij. ff. eod. & huius dominij conſtit. in c. matrimonia de pęnis, ſed habemus quod vbi quid iure Canonico eſt dubiũ, quod iure Ciuili clarũ eſt, tunc attenditur etiam in foro eccleſiaſtico iuris ciuilis diſpoſitio, vt tradunt communiter ſcribentes in c. 1. ꝟ de oper. nou. nunciat. vbi probatur, & in c. penult. eod. tit. in c. Rainucius, & c. Rainoldus ꝟ de teſtam. c. per venerabilem §. rationibus ſupra qui filij ſunt legit. ergo, &c.

13 Neq; me mouet, quod ſolum eorum conſenſus ſit neceſſarius in nuptijs de quorum coniunctionibus agitur, vt in c. ſufficiat 27. q. 2. in c. cum locum, & in c. cũ apud inf. eod. Syn. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. 1. in princ. ponit, & Gratian. allegata 30. q. 5. & 32. q. 2. per totum, & cum idem diudicetur de ſponſalibus, quod & de matrimonio, vt colligitur ex l. oratio ff. de ſpõſal. idẽ de eis diudicãdũ vr. Nam reſpondeo, quod quo ad prohibitionẽ verum eſt, quod à pari procedunt matrimonium, & ſponſalia, & ita procedit d. l. oratio, ſed quo ad irritationem ſecus eſt, quod ꝟ ex ſexto articulo in preſenti, & ſeq. c. demonſtrabo; matrimonium enim cum ſit ſacramentum, & in fide ratum, vis ex deffectu circumſtantiarum irritum reddi poteſt, iuxta illud D. Mathæi c. 19. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, neq; obeſt tex. in c. videtur infra, qui matrim. accuſ poſſunt, quia loqtur de irritatione matrimonij ex defectu eorũ conſenſus facienda.

14 Data tamen veritate contrariæ opinionis, vt ſponſalia ſint valida, id intelligi debet, quo ad effectum impedimenti publicæ honeſtatis iuſtitiæ, non quo ad compulſionem: vidi enim quandam Rotę Rom. deciſionem manu ſcriptam in Curia Epiſcopali noſtra Papiæ, qua diſponitur filiumfam. ſi à patre exheredaretur propter ſponſalia eo inuito contracta, poſſe recedere à ſponſalibus, qua deciſione attẽta fuit ita per Vicarium d. Curiæ Marium Antoninum virum præſtantiſs. iudicatum in cauſa cuiuſdam nobilis filij fam. qui inſcio patre, & deinde contradicente ſponſalia contraxerat.

15 Quo ad ſecundum, concludendum eſt tum demum irrita poſſe reddi ſponſalia, ſi parentes, vel iam dicti expreſſe contradixerint, alias conſenſus dicebatur præſtitus, vt colligitur ex c. 2. 20. q. 2. l. in ſpõſalibus prima huius initij in fine ff. eod.

16 Quo ad acceſſorias, hi ſunt nuncij, vel procuratoris, per quas etiã perſonas nobis licet ſponſalia contrahere, Lanz. §. litteris, & §. ſeq. in Inſtit. eod. vti infra in modi circunſtantia dicam.

17 Quo ad rem, res in ſponſalibus conſiderari poſſunt, vel quod eorum

Digitized by Google

interuẽtu declarẽtur prima ſpõſalia cõtrahi, vel cõtracta cõualidãt.
18 Quo ad primum caſum ſciendum eſt contrahi ipſa ſponſalia ſubarratione,quæ fit,vel immiſsione anuli in quarto manus leuæ digito, qui anularis appellatur,vel etiam aliarum rerum, vel inſignium traditione,pro vt in diuerſis regionibus varij ſunt gentiũ mores, quod declarat Hoſt. in ſum. hic §. quod ſint ſpecies,Lanz. in §.cõtrahitur, & ibi in gl. verbo ſubarrationem in Inſtit. eod. probatur, & in c. ſi quis vxorem,& c. ſeq. 27.q.2.c.fin. infra tit.1. vbi glo. c. noſtrates, c. fœminæ 30. q.5. cum ſim.
19 Hæc autem ſubarratio aliquando fiebat ſimpliciter, aliquando præcedentibus verbis,ſi ſimpliciter olim attendebatur quomodo hic actus gerebatur, vt aliquando diudicaretur matrimonium, aliquando ſponſalia, aliquando neutrum.
20 Primus caſus contingebat ſi ita ſubarratio fiebat quemadmodum conſueuerunt illi facere in ea regione,qui contrahebãt matrimoniũ, neq; in contrarium aderat ex quo aliter diudicari poſſet, quod colligitur, ex d.c.noſtrates,d.c.fœminæ 30.q.5. gl. & Panorm. in d. c.fin. inf. tit.1.Lanz. vbi ſupra.
21 Secundus caſus contingebat quando ita fiebat ſubarratio,quemadmodum conſueuerant illi facere,qui ſponſalia contrahebant, quòd Panorm. vbi ſupra declarat.
22 Tertius caſus quando conſtare poterat aliter fieri,vel alio animo, quòd cætera ſolemnia conſueta non adhibebantur, vel ioco fiebat, vt idem Panorm. vbi ſupra declarat.
23 Hoc aũt tempore cenſeo ſic diſtingui poſſe,ꝙ aut in huiuſm. ſubarratione cõcurrant cæteræ ſolemnitates neceſſariæ Conc. Trid.ſeſſ.24 de refor. matri.c.1. de quibus inf. ſeq. c.4. art. dicemus,& erit matri
24 moniũ,d.c. fœminæ,aut † nõ, & tunc aut fit ab eis,quos veriſimile eſt velle ſponſalia contrahere,vel quod iam id extraneis declarauerint, licet non inter ſe,vel quod fieret pñtibus parẽtibus,cognatis,vel propinquis,quos non eſſet veriſimile hoc pati,niſi id ea mente fieret,eſſentq; perſonæ in quibus veroſimiliter caderet huiuſmodi præſumptio,& hoc caſu cenſerem eſſe ſponſalia,& ita intelligi pót tex. in d. §. contrahitur, ratio eſt ex Pan. cit. in loco nu.7.ꝙ in dubio ſemp eſt iudicandum pro matrimonio,c. ex litteris ſupra de prob. & c.fin.de
25 re iud. Aut † prædicta non concurrũt, & tunc aut mos regionis eſt ita ſponſalia contrahere vt illi ſubarratione illa contraxerunt, & erunt ſponſalia, vt ſupra diximus in prima diſtinct.
26 Aut aliter contraxerunt, nec ſponſalia cenſerẽ c. illud ſupra de præ ſumpt.

ſumpt. Panorm. in d.c. fin. nu.7. verſ. ſi verba non intercеſſerunt.

27 Vbi verò præcederent verba ipſam ſubarrationem, tunc conſiderandum eſt, an vnus tantum contrahentium loquatur, an ambo, primo caſu conſiderandũ ẽ, quod ſiue ſonẽt in matrimonium, ſiue in vim ſponſaliorum erit prout prolata verba ſonãt, cæteris tñ habilibus concurentibus, vt declarant, Hoſt. Henric.& Doc. in c.tuæ inf. eod. Cou.p.2.c.4.nu.3. Secundo verò caſu videndum eſt, an illa ſonent in matrimonij contractu, an in ſponſaliorum. Primo caſu olim erat matrimonium, c. tenor ſupra de re Iud. c. fin. infr.tit. 1. cum ſim. quod etiam cenſerem, & hoc tempore verum, ſi concurrerent cæteræ neceſſariæ ſolemnitates Conc. Trid. cit. in loco, ſed ſi illa non concurrerent res poſſet diſputari, an ſaltem huiuſm. inualidũ matrimoniũ in vim ſponſaliorum valeret, arg. c. fin. infra de deſpon. impub. ꝙ videtur probare Lanz. in §. & ideò in Inſtit. hoc tit. & hæc quoq; poſſent dici ſponſalia præſumpta, eo enim quòd conſtat contrahentes voluiſſe contrahere matrimonium, videntur, & id voluiſſe, vt ſponſalia cõtraherent, arg. l. oratio ff eod. potiſsimum cũ ex hoc actu etiã ſponſaliorum contractus denotetur, d. c. noſtrates 30.q.5. niſi fortè conſtaret hoſce voluiſſe vti matrimoniũ tantũ valere, non vti ſponſalia, arg. l. ex teſtam. C. de fideicomiſſ. quod de æquit. Canon. põt tollerari, cum in his nõ vis verborũ, ſed iuris poteſtas ſit attendenda, vt in ſim. dicebat hic Gof. in ſum. n.2. verſ. ſimiliter; licet fortè de rigore iuris ciuilis res poſsit eſſe dubia, per tex. in l. cum hic ſtatus §. ſi q̃s ſponſam ff. de don. inter vir. & vxor. in caſus tamen contingentia animaduere deberet Iudex qua mente id factum extiterit.

28 Secundo caſu non fieri, ſed firmari ſponſalia dicebantur, nam rei interuentu ſponſalia corroborantur, quando præter conſenſum verbis declaratum, vel ſubarratio interueniebat, vel aliqua res ab vno alteri dabatur. Primũ probatur in d.c. noſtrates, d. c. fæminæ 30. q.5. d. c. ſi quis vxorem, & c. ſeq. 27. q. 2. cum ſim. ſupra cit.

Rei autem datio interueniebat pro fidei ſeueritate ſeu pignore, vel pro aperiendo maiori conſenſu.

29 Primo caſu dabantur pignora, vel arræ; pignus enim, & ſi proprie ꝓ ſecuritate creditoris, vti hipoteca datum capiatur, vt in l. ſi rem alienam ff. de pignorat. act. habetur, pignus etiam illud dicitur, ꝙ fidei ſeruandæ cauſa datur, & vbi non ſeruatur amittitur, & ita capitur à Budeo in l. 2. verbo vindicias filiæ ſuæ abdicaſſe, pagina mihi nona

30 ff. de orig. iur. Arræ † autẽ ſunt, quæ dantur ea mente, vt ſi is qui dedit nolit ſeruare fidem illas amittat, alias ſecus l. ex empto. §. is qui

vinum

vinum ff. de Action. empti ab ebraica dictione Arabon, quæ pignus ſignificat, eadem dictione, & Græci vtuntur eod. ſenſu.

31 Secundo autem caſu dabatur, vel munera q̃ Iuſt. largitates ſponſaliciorum vocauit, vt in l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſc. pet. & habetur toto tit. C. de donat. ante nuptias, vel dabatur etiam dos l. quæſitum §. ſi ſpōſa vbi Sannaz. ff. de priuileg. cred.

32 Quo ad locum, locus in ſponſalibus poſſet conſiderari, vel quo ad cō trahenda ſponſalia, vel quo ad ipſa diſſoluenda, de ſecundo agitur in c. de illis infra hoc tit. & dicemus infra in 6. art.

Quo ad primū iſtud breuiter determinatur ex illis, quæ ſupra in rei circunſtantia dixi, vt loci conſuetudo poſsit operari, vt ſponſalia cōtracta dicantur, & ſi non expreſsis verbis id factum dignoſcatur, quādo illæ ſolemnitates adhiberentur, quæ eò loci adhiberi conſueuerunt in contrahendis ipſis ſponſalibus, vt contingere poſſet in ipſa ſubarratione, iuxta tradita per Panor. in d. c. fin. nu. 7. inf. tit. 1.

33 Quo ad tempus, tempus in contrahendis ſponſalibus poteſt conſiderari duobus modis, vel quando in ipſis ſponſalibus tempus aponitur, an eo caſu dicantur valida, vel inualida, de qua re ſupra dixi 3. art. & inf. nōnulla ſubijciam, & habetur in c. ſicut ex litteris infra eod. & per Hoſt. in ſum. hic nu. 10. ex quorum dictis cenſeo valida, ſiue apponatur in modum finiendæ obligationis, vt in d. c. ſicut, ſiue differēdæ, vt ſi dicat tranſactis paſcalibus feſtis contraham, licet primo caſu huiuſmodi præfixio temporis iuſtam præbeat cauſam diſſoluēdi ſpōſalia, de qua re inf. vlt. art. dicam, vbi ēt declarabo illa, quæ ſpectant ad tempus legale, de quo in d. c. ſicut, & in l. ſæpe ff. eod. l. 2. C. eod. & l. liberum C. de repudijs.

34 Secundo modo poteſt conſiderari tempus ipſum quo contrahitur, in qua re duæ examinari poſſunt quæſtiones, prima num aliquo tempore prohibita ſint ſponſalia contrahi, ſecunda num ex contractus tempore ſponſalia contracta fuiſſe dicantur.

35 Quo ad primam concludendum eſt nullum eſſe tempus, in quo ſpō ſalia contrahi non poſsint, etiam feriato quoquo modo, nec eo etiā quo ſolemnes nuptiæ prohibentur, iuxta diſpoſitionem Trid. ſinod. ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. 10. c. capellanus, vbi omnes ſupra de ferijs, c. non oportet cum tribus ſeq. 33. q. 4. quia tantum ſolemnitas nuptiarum, ſeu nuptiæ ſolemnes prohibentur, non matrimonium, & per conſequens nec ſponſalia, arg. l. orario ff. eod. de qua re inf. ſeq. c. hac ead. circunſtātia latius declarabo. Ita nec iure ciuili intra annum luctus, quo tempore Matrimonium non poteſt contrahi abſq;

in-

infamiæ nota, ſponſalia prohibentur, neq; aliqua pena irrogatur, neq; inducitur priuatio lucri, vt in l. ſolet. ff. de his qui not. infam quẽadmodum, in quacumq, temporis, ſeu ad tempus prohibitione contigebat, vt præſes ꝓuinciæ, qui durante adminiſtratione matrimonium contrahere non poteſt cũ ſubdita, poterit tamen contrahere ſponſalia, l. ſi quis officium ff. de ritu nup. l. vnica §. fin. C. ſi rector prouin. vel ad eũ, &c. hoc tñ vltimo caſu cẽſeo conditionalia ſi inibuerit poſt tempus, quod prioribus caſib. ſecus eſſe arbitror; ſiquidem obligatio eſt pura licet diferat̃ executio, vt & de matri. inf. ſeq. c. dicã.

36 Quo ad ſecundam quæiſtonem conſiderari poſſet in modo contrahendi conſuetudo, quæ eo tempore obſeruabatur ad dignoſcendum an ſponſalia fuerint contracta vel ſimplicia, an etiam matrimonium, in qua re poſſet conſiderari tempus ante Concil. Trid. per illa quæ habentur in c. ad Romanam eod. in 7. & c. ſanctiſsimus, cum 2. ſeq. de conſang. & affin. eod. lib. 7. ſecundum Petri Mathæi compilationem, arg. eorũ quæ declarat Panor. in d. c. fin. inf. tit. 1.

37 Quo ad quantitatem, hic quæri poteſt an quis poſsit cõtrahere plura ſponſalia, in qua re diſtinguendum eſt, quod id poteſt intelligi vel diuerſis tẽporibus, hoc eſt quando prius contracta ſponſalia amplius non ſubſiſtunt, in quo caſu res videtur clara poſſe contrahi, niſi aliter impediatur, iuxta illa, quæ infra declarabimus, arg. tex. in c. vni-
38 co §. fin. eod. in 6. aut† poteſt intelligi eod. tempore, id eſt prioribus nondum re vera diſſolutis, in qua quidem re diſtinguendum eſt, ꝙ aut loquimur reſpectu eiuſdem perſonæ, vel diuerſarum, primo caſu, ſiue prima ſint conditionalia, ſiue in diem, ſiue pura concludendum videtur ſecunda poſſe contrahi, ratio eſt, quia prima firmantur, & maior conſenſus declaratur, & ſi ſecunda itidem conditionalia eſſent in diem, vel pura; cenſeo tamen quod ſi conditionalia poſsint ſub eadẽ conditione, vel minori, niſi eſſet neceſſaria, vel in diem, vel pura conſtitui, ſi in diem, vel intra idem tempus, vel proferri tẽpus; ſi in modũ finiendæ, vel pura poſſe conſtitui, quod ſi tempus ſit in modum differendæ poteſt reſtringi dilatio, niſi de neceſsitate apponatur, non aũt adici poteſt aliqua conditio, vel tempus reſpectiue reſtringi, vel proferri, ſi pura itidem pura poſſunt effici, non in diem, vel conditionalia; ſiquidem licitum eſt magis firma ea facere non infirmare, c. ex litte ris ſupra de prob. c. fin. ꝯ de re iudic. præter in ꝯdictis caſibus, & cathecumeni, vt infra vlt. art. p. parte dicam.

39 Quo ad diuerſas perſonas qualiter priora ſponſalia ſecunda impediant contrahi, cum iſtud reſpiciat ipſorum ſponſaliorum effectus declara-

clarabimus inf. ſeq. art. & nonnulla etiam in 6. interim tenete regulariter non poſſe contrahi, vt in c. ſicut ꝫ eod. vbi omnes. Couar. p. par. c. 4. nu. 2. Cuch. hoc tit. nu. 21. Flor. p. 3. tit. 1. c. 18.

40 Quo ad modum quæritur quot modis contrahantur ſponſalia, in qua re conſiderari ſolent à noſtris tres diuiſiones, prima quòd aut tacito conſenſu contrahuntur, aut expreſſe, ſecunda quod aut inter abſentes, aut inter præſentes, tertia quod aut ſimpliciter contrahũtur, aut etiam firmantur, nos tñ omnia primæ tm̃ diuiſioni ſubijciemus.

41 Sponſalia igitur contrahuntur vt dixi, vel tacito conſenſu, vel expſſo; tacito contrahuntur vel præſumptiue, vel vere, pręſumptiue contrahuntur, vbi tum cum contracta ſunt præſumunt contrahentes ſpõſalia contraxiſſe, licet verbis ipſis expreſsis contraxerint matrimonium, vt contingit, vel quando ambo ſunt impuberes, ſeu alter eorũ tantum, in quibus malitia, & potentia ætatem non ſupleant contraherent matrimoniũ, cum enim huiuſm. contractus in vim matrimonij non valeat, valet tamen in vim ſponſaliorum, quod ſ̃ primo art. declaraui, probatur in c. à nobis, & in c. fin. ꝫ tit. 1. c. 1. §. idem quoque de deſponſ. impub. lib. 6. cuius rei rationem belliſsime explicat Lãcel. in d. §. cõſenſu, & trib. ſeq. in Inſtit. eod. Goffr. hic ĩ sũma nu. 2.

42 Id etiam quo ad puberes poſſet habere locum ſi hoc tempore cõtraherent matrimonium non ſeruata forma neceſſaria Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matrim. iuxta illa quæ ſupra declarauimus in rei circunſtantia, licet ibi etiam ſubarratio interuenerit, attamen hoc quoque caſu militant relatæ Lanzel. & Goffredi rationes in ſup. poſitis locis, quod nota, quia eſt nouum in hac materia.

43 Vere autem tacito conſenſu ſponſalia contrahuntur, vel ex facto, ꝙ tum interuenit, vt quando vel re contrahuntur, ꝙ ſ̃ in rei circũſtãtia declaraui, vel ex præſentia, cum ab alio contrahuntur, & taciturnitate ſi pater ſit quo ad filium, l. in ſponſalibus prima huius initij, l. ſed ea quæ patris ff. eod. c. 2. in princ. ꝫ de matrim. contr. contra interd. eccleſiæ cum ſim. Couar. p. 2. c. 4. nu. 4. vel ex facto ſubſecuto, quod factum conſideratur, vel quo ad ſponſalia in genere contracta, vel quo ad illa, quæ alij eorum nomine ipſis de quorũ nuptijs agitur inſcijs contraxerunt, quo ad nuptias in genere id euenit, vel copula, vel alijs ſignis.

44 Copula cum ex ea quæ incerta, quæ conditionalia, quæq; inualida ſunt, & per conſequens nec vere ſponſalia, pura, certa, ac valida, & ꝑ conſequens vere ſponſalia efficiuntur, quo caſu olim in matrimoniũ tranſibant, iuxta tex. in c. de illis, & c. fin. ꝫ de condit. appoſitis, c. ſicut

ex

Digitized by Google

ex litteris inf. eod Hoſt. hic in ſumma nu. 10.& inf. de condic. appo ſitis, Couar. p. 1. c.4. nu.7. hoc autem tempore cum amplius nō trā ſeant in matrimonium, niſi ſeruata recitata forma Conc. Trid. vbi ē concludendum cenſeo, quod ſaltem ſponſalia illa pura efficiantur, & uere ſponſalia, argumento eorum quæ habentur in c. ad Romanū eod. in 7. vt nempè eiuſd. Conc. diſpoſitio ita intelligatur, vt minus quam fieri poſsit ius antiquum corrigat, deſeruiunt illa, quæ tradit Lancel. in. §. conſenſu, cum 3. ſequentib. in inſtit. eod Cuch. hoc tit. nu. 13. deſeruit, tex. in d.c. fin. inf. de cōd. appoſit. vbi dicitur, ꝙ videtur à conditione receſſum.

45 Hęc tamen intelligi, ac declarari debent quo a d inualiditaté, quan do inualiditas talis non ſit, quæ dirimat etiam m a trimonium, iuxta illa quæ inf. in c. ſeq. vlt. art. declarabimus, alioquin neq; ſponſalia valida effici poſſent, ſecundum illa quæ inf. 6. art. dicemus, & quo ad conditionalia, quando conditio de neceſsitate fuiſſet appoſita, ꝙ pura contrahi non poſſent, donec enim conditio impedit, pura effici nequeunt, l. ſi quis offitium ff. de ritu nupt. l. 1. C. ſi rector prouin. vel ad eum pert. & sm̄ illa, quæ inf. 6. art p par. de cathecu. dicā.

46 Alijs ſignis, vel facto permanenti, vel tranſeunti, permanenti, vt ex cohabitatione; ſiquidem is, qui inutiliter contraxit, vt qui ante ſepte nium, ſi poſt ſeptenium cohabitauit, conualidantur dicta ſponſalia, et valida efficiūtur hoc tacito conſenſu, ꝓut colligitur in c. duo pue ri inf. tit. 1. id in eo etiam habet locum, qui metu contraxit, & poſt vim ſponte cohabitauit, iuxta tex. in c. ad id quod inf. eod.

47 Facto tranſeunti poterant etiam hiſce modis contracta ſponſalia ve ra, ac valida effici, oſculo, ac amplexibus, quod ſentit tex. in c. vnico de deſponſ. impub. lib. 6. ſentit Couar. p. par. c. 4. §. 2. iſtis aūt caſibus, quando aliter quam copula firmantur ſimpliciter conualidātur ſponſalia prædictis modis contracta, non autem ſi incerta, vel conditionalia ſint pura efficiuntur.

48 Quo ad illa, quæ alij eorum nomine ipſis de quorum nuptijs agitur inſcijs contraxerunt qualiter tacito conſenſu vere ſponſalia contrahi dicantur vt dignoſcamus, ita diſtinguendum eſt, quod aut parentes promiſſerunt, aut alij, ſi parentes aut filij expreſſe non contradicunt poſt ſcientiam, aut contradixerunt. Primo caſu dubitatur an dicātur rata ſponſalia. Nam Hoſt. hic in præcit. loco videtur ſentire ꝙ non; verum in tit. ſeq. §. & quæ ſponſalia verſ. ex his patet ſub nu. 9. tenet ꝙ conſentire dicatur, & per conſequens confirmentur, & valida ſint, cuius opinio confirmatur ex tex. in c. 2. in princ. inf. de matri. contra-

tracto contra interdictum Eccleſiæ, l. ſed ea quæ patris, & l. in ſpōſa libus prima huius initij in fine ff. eod. colligitur ex c. fin. ibi, extra voluntatem parentum, vel ſuam, 32. q. 2. & ex tex. in d.c. 1. inf. tit. j. ibi, aliquo modo, & ibi, debet adimplere, ſi .n. ad id tenetur, vtiq; id cenſetur agere ad quod tenetur, l. quædam mulier ff. de rei vend. l. 1. circa finem C. de impon. lucrat. deſcrip. lib. 10. l. tutor datus ff. d' fideiuſſ. cum ſim. cui ſuffragatur illa deciſio, quod pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona, & vox patris vox filij dicitur l. fin. C. d' impub. & alijs ſubſt. §. ei vero qui in Inſtit. de inutilib. ſtipul. cū alijs citatis per Accur. in §. ſed ſui, verbo exiſtimantur in Inſtit. de hęred. qual. & diff. ſuffragatur, & illa ratio, quòd ſemper præſumitur patrē optimum conſilium pro filio ſuſcipere, ex quibus ceſſat ꝙ nonnulli dixerunt non adeſſe diuerſitatis rationem inter patrem, & extraneum; ſiquidem extraneus potuit ita affectu moueri erga eum, cui fidem dedit, vt illi id magis vtile eſſe exiſtimauerit, licet non ita ſit, quo ad eū cuius nomine promiſit, quod in patre præſumendum non eſt, & propterea facilius DD. voluerūt intelligi filium conſentire patri, quam extraneo; ſuffragatur, & ratio paternæ obedientiæ, cui potiſsimū quo ad hoc quod reſpicit familiæ perpetuitatem obedire tenetur, d.c. 1. niſi forte poſſet argui metus illatus, etiam à parente, iuxta illa, quæ declarat Couar. p. 2. c. 3. §. 6. nu. 5. & ſeq.

49 Secundo aūt caſu, aut promiſsio erat facta pro filio, & eo caſu non ſuſtinebantur ſponſalia, videtur colligi in l. filiofam. ff. eod. Aut pro filia, & hoc caſu aut agimus de iure Ciuili, & filia cogebat, patri cōſentire, niſi haberet iuſtam cauſam recuſandi, iuxta tex. in l. penul. C. eod. & in l. ſed ea, quæ patris ff. eod. Aut iure Pontificio, cuius diſpoſitioni hoc caſu ſtandum eſt, iuxta illa quæ inf. in declaratione capituli primi dicam, & tunc requiritur, quod non contradicat, vt in c. ex parte M. mulieris ꝫ de reſtit. ſpoliat. & hęc eſt communis noſtrorum diſtinctio; verum ego cenſeo, ꝙ nulla ſit differentia inter filiū, & filiam, neq; inter ius Pontificium, & Cæſareum, ſed alio diſtinctionis fœdere rem conciliandum, vt ſiquidem dicamus, filiofam. expreſſe diſſentiente, nullatenus contrahi ſponſalia, ſiue maſculus, ſiue fæmina ſit, & ita intelligendus eſt tex. in d. l. filiofam. ff. eod. licet .n. vtatur illa dictione filiofam. tamen ita exponi debet, vt ibi ponatur in genere, quo caſu maſculinum cōcipit fæmininū, ſiquidē filiāfam. conſentire opportere ꝫ dixerat in l. anteced. in fine, quare illa verba veniunt quodāmodo declaratiuè.

50 Secūdo id probat tex. in l. in ſpōſalibus prima huius initij §. in ſpō ſali-

ſalibus ff. eod. vbi dicitur eorum conſenſum deſiderari, qui & in nuptijs, at in nuptijs eo diſſentiente, de quorum nuptijs agitur non celebrantur, l. nuptias ff. de reg. iur. ergo, &c.

51 Tertio pro hac eadem ſententia eſt tex. in l. ſponſalia cum l. ſeq. in princ. ff. eod. vbi expreſſe dr̃, eorum conſenſum in ſpõſalibus neceſſarium, de quorum nuptijs agitur, & quod in ſponſalibus filiamfam. conſentire oporteat, poſt modum in l. ſeq. dicitur, quod intelligitur filiam patri conſentire, niſi euidenter diſſentiat, ĩnuens quod ſi diſſentiat defectu cõſẽſus inualida ſint, fruſtatoriaq; eſſet huiuſm. adiectio ſi vellet nolletuè cogeretur filia, pro vt idẽ de patre dicit in d.l. in ſpõſalibus §. fin. quo diſentiente clarum eſt eo iure ſponſalia non valere, ꝙ ſ̃ in perſonæ circunſtantia dixi, & proinde ſeqtur alia lex filiofam. quaſi continuatiuè, & ita intelligendo conueniunt cum I. P. iuribus in d.c. ex parte, c. vbi non eſt 30.q.2.c.fin. 32.q.2.c. ſufficit 27.q.2. ibi, qui conſenſus, &c. c. cum locum inf. eod. cum ſim.

52 Quarto ad idem eſt tex. in l. in ſponſalibus 2. ff. eod. dum vult infantes non poſſe contrahere quia non intelligunt ꝙ agunt, ꝙ fruſtra eſſet ſi omnino patris voluntati obtemperare tenerentur.

53 Neq; huic aſſertioni obſtat d.l. pen. C. eod. quia ibi ne verbum quidem de expreſſo diſcenſu, ſed ſolum agitur num filia teneatur magis voluntati Patris obtemperare quam tutoris, ſic nec d. l. ſed ea ſecũdo reſponſo, cui in iure Pontificio ſimilis eſt diſpoſitio capituli primi inf. tit. 1. in illis verbis dẽt adimplere, illa .n. iura ſunt intelligẽda, vt filius quidem debeat voluntati patris obtemperare ex debito honeſtatis, & reuerentiæ, quod ſi id non agat, ipſi debito non ſatiſfaciunt, non autem, ꝙ ex hoc debito inferatur, ꝙ inuiti, & contradicẽtes ſpõſalia cõtrahãt, ꝑ vt ita huiuſm. loca exponit Bern. in d. c. 1. tit. 1. in 1. gl. & in gl. verbo debet, & hoc pacto conciliãtur Cæſareũ, & Põtificiũ ius in hac quæſtione, iuxta tradita ꝑ Hoſt. hic in ſum. nu. 7.

54 Si verò fuerunt alij, quàm parentes, qui promiſſerunt tacito conſenſu verè ſponſalia effici nequeunt, niſi modis ſ̃ relatis in genere, ꝙ potiſsimum haberet locum ſi à coniunctis, vel tutoribus fuerunt cõtracta arg. d.c. ex parte, & d.l. penul. ff. eod Couar. p. 2. c. 4. nu. 4.

55 Expreſſo conſenſu etiam dupliciter contrahi dicuntur, vel ꝙ ex inualidis valida facta ſint, vel quod pure contrahantur. Primo modo id euenit, vel quod ſint conditionalia, vel quod incerta ſeu inutiliter cõtracta, conditionalia nempè, & incerta inualida eſſe ſ̃ in diuiſione ſponſaliorum diximus, c. vnico eod. in 6. ſi conditionalia id dupliciter euenit, vel conditionis euentu, quia tunc reſoluuntur in pura,

Digitized by Google

iuxta illa, quæ habentur toto tit. inf. de condict. appoſ. c. fin. inf. tit. j. vel ꝙ conditio expreſſe remittatur, iuxta declarata per Lanzelot. in §. ſub conditione in Inſtit. eod.

56 Si incerta, & inutiliter contracta id euenit, tum cum expreſſo conſenſu, cum id fieri poteſt, vel certa, vel valida redduntur.

57 Pure autem contrahuntur, vel inter abſentes, vel inter præſentes, inter abſentes id dupliciter contigit, vel quod ipſi inter ſe per litteras contrahant, vt cum inuicem paciſcuntur de futuris nuptijs contrahendis, vt probatur in c. veniens inf. qui cler. vel vou. Lanz. in §. litteris in Inſtit. eod. l. 4. & l. fin. ff. eod. Hoſt. hic in ſumma nu. 6.

58 Vel quod alij abſentis nomine contrahant, idq; poteſt dupliciter euenire, vel quod is cuius nomine contrahitur eſt ignorans, vel quod eſt ſciens, quod ipſe mandatum dedit, vel ſit eius conſenſu, in primo caſu contigit, quando expreſſe poſt ſcientiam ratum habet, l. hæc ita ff. eod c. cum apud, & c. cum locum inf. eod. c. ex parte M. mulieris de reſtit. ſpol. c. fin. 32. q. 2. c. vbi non eſt, 30. q. 2. c. ſufficit 27. q. 2. cum alijs citatis per Hoſt. hic in ſumma nu. 7. verſ contrahuntur.

59 In ſecundo vero caſu, quando contrahentes mandatū dederūt, vel eorum conſenſu per abſentes ſponſalia cōtrahūtur, conſiderādū eſt, quod aut non interuenit pænitentia contrahentium ante contracta ſponſalia, aut interuenit.

Primo caſu certum eſt eſſe ſponſalia, vt probatur in c. ex parte 2. huius initij ſ de conuer. coniug. c. 2. infr. de matr. contrac. contra interd. Eccleſ. l. 4. & l. ſeq. ff. eodem.

60 In ſecundo autem caſu rurſus ſubdiſtinguendū eſt, ꝙ aut nō cōſtat de pænitentia, aut conſtat; ſi non, adhuc ſunt ſponſalia ea rōne, quod de occultis Eccleſia nō iudicat, c. ſicut tuis in fine inf. de ſimonia, l. q abſenti in princ. ff. de acquir. poſſ. l. in diem ff. de acqua plu. arc. l. ſi pęnituit ff. de diuort. q̃ rōnem belliſsime explicat hic Hoſt. in ſūm. n. 7.

61 Vbi aūt conſtat de pęnitentia tunc, aut id denunciauit procuratori, vel miſſo ſeu ei, cum quo contrahenda erant is qui pænituit antequam procurator, vel nuncius alterius conſenſu interueniente ſponſalia celebraſſet, aut nuncius, vel procurator, vel is, cum quo contrahuntur, mutatæ domini voluntatis nullam habuit ſcientiam ante cōtracta ſponſalia; In primo quoq; caſu huius ſubdiſtinctionis, res clara videtur nulla extitiſſe ſponſalia, arg. c. in noſtra, & c. mandato ſ d' procur. & in l. ſi quis alicui ff. de acquir. hæred.

62 Secundo autem caſu res dubia videtur, cenſeo, tamē nō recedēdum eſſe ab opinione Hoſt. hic in ſum. nu. 7. in 3. ſpeciali, verſ. ſolutio, nem-

nempè nulla etiam hoc caſu eſſe ſponſalia, quæ quidem opinio omiſ ſis ſuperuacuis probatur infraſcriptis fundamentis.

63 Primo ꝑ tex. ĩ l. ſi quis mihi bona §. fin. in l. qui ſeruum, & in l. ſi qs alicui ff. de acquir. hæred. vbi habetur, ꝙ in acquirenda bonorũ poſ ſesſione, atq; hæreditate, cum hæc acquiſitio potisſimum pendeat à conſenſu eius cui acquiritur, quo deficiente, nulla eſt acquiſitio, ſi deficiat conſenſus mandantis antequam procurator petat, quod dominus furere incipiat, non obſtante aditione, vel agnitione, nulla ei neq; hęreditas, neq; bonorum poſſesſio acquiritur, ſic in caſu noſtro, cum ſimus in contractu ſponſaliorum, qui potisſimum à conſenſu pẽdit, & quo ſublato cætera fruſtrantur, c. vbi non eſt 30. q. 2. c. ſufficit 27. q. 2. vnde hoc caſu nec voluntas coacta eſt voluntas, c. veniens ad nos inf. eod. nec dolus facit conſenſum, c. tua nos inf. eod. vbi tempore contractus deficit vere contrahentis conſenſus, iam ille contractus nullus debet diudicari.

64 Secundo citatur tex. in l. licet C. de repudijs, vbi libellus repudij datus etiam ignorante marito operatur repudium, hincq; elicitur, vnius tantum diſſenſu poſſe dirimi matrimoniũ; atqui facilius impediuntur ſponſalia ne contrahantur, quam matrimoniũ dirimatur, vt ſ͠ diximus, vnde poſſumus ratiocinari à maioritate ra ionis, Auth. multo magis C. de Epiſ. & cler. item arguendo à contrario per contraria, nempe vt idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, iuxta tex. in l. ꝙ iuſsit ff. de re iud. cum ſim.

65 Tertio hoc probat, etiam tex. in c. fin. de procur. in 6. vbi ſola mandati reuocatio ſufficit, vt matrimonium ſit nullum, nec requiritur intimatio; Atqui id, quod operatur matrimonij inualiditaté circa cõſenſum, etiam operatur ſponſaliorum inualiditatem, l. in ſponſalib⁹ 1. huius initij §. in ſponſalibus, l. ſponſalia, & l. oratio ff. eod. vnde, vt dicebat Hoſt. nec verè, nec interpretatiue, hoc eſt, nec per ſe, nec per alium concurrit conſenſus, cũ in primo mandante defficiat, quib. ſic ſtãtib. facili negotio poſſum⁹ diluere illa, q̃ ꝓ cõtraria opin. citãt.

66 Primo igitur obijcitur ex tex. in l. qui abſenti in princ. ff. de acquir. poſſ. vbi dr̃, ꝙ qui abſenti ſeruo ſcripſit eum liberum eſſe, videtur ei⁹ fuiſſe mentis, vt cum ſeruus certior ſit factus, tum liber ſit, ſic in propoſito noſtro, ille qui ſcribit, vel nuncio iubet, vt ſponſalia cõtrahat, videtur fuiſſe eius mentis, vt cum primum ſponſa certior facta ſit, & acceptet, ſponſalia contracta dicantur. Clarũ ẽt eſt, quod qui ſemel conſenſit, etiam ſub conditione, nõ põt ab huiuſm. conditionali conſenſu, & ſi pendeat ab arbitrio alterius, recedere, vt in ſimili probatur

tur in c. de illis 1. huius init. inf. tit. 1. & c. 1. ſm nr̃um intellectum de quo inf. 5. art. dicam, inf. de condic. apoſ. ꝯ deſponſation. & c. facit tex. in l. in diem ff. de aq. plu. arc. purificata igitur conditione valida ſunt dicenda ſponſalia, per illa, quæ ſupra de conditionalibus ſponſalijs dicta ſunt, & per conſequens recedere non licet, arg. eorũ quæ tradit Silueſt. Aldob. in §. ſi vxor, in Inſt. de nup. ꝯ prima gl.

Ad iſtud fundamentum poſſumus dupliciter reſpondere; primo ex mẽte Hoſt. quòd prædicta intelligantur quando iam ille conſenſus, etiã conditionalis, eſt acceptatus à parte, quod illa conditio ſit ſciẽter ab vtraq; parte conſtituta, & acceptata; ſed tempore, quo iſte deſtinauit, illa deſtinatio non eſt acceptata, ergo pōt pænitere: Neq; obſtat allegata l. qui abſenti, quia ibi dicitur ſeruum non eſſe liberum, niſi vbi certior ſit factus, antequam enim certior fiat, dicitur dandæ libertatis deſtinatio, non libertatis datio, ſed ex ſola deſtinatione, quis cogi non pōt ante acceptationem alterius, qui n pænitere poſsit, quod ſi id tolleratur in datione libertatis, multo magis debet tollerari, vbi quis agit de ſe ipſo perpetuo obligando, arg. à maioritate rationis, præterea & 2. ſubſiſtente rationis diuerſitate à fauore libertatis, ad odium cohactionis in ſpõſalibus, iuxta tex. in c. requiſiuit, inf. eod. facile poſſumus argumentum à ſimili euitare.

Secundo obicitur, de l. ſi pœnituit ff. de diuor. vbi miſſo libello repudij, & acceptato ab alio, licet mittentem pæniteat ante acceptationem, tamen matrimonium diſſoluitur, quod ſi id tolleratur in diſſolutione matrimonij, quæ odioſa eſt, multo magis debet tollerari in contrahendis ſponſalibus, quæ ſunt fauorabiliora l. 1. vbi oẽs ff. ſol. mat.

Reſpondeo, quòd ibi dicitur matrimoniũ adhuc ſubſiſtere, & licet poſſit ille, cui miſſus fuit libellus diſſoluere, tunc tamen ab iſto, nõ à primo mittente erit diſſolutum, ſicq; colligitur, non diſſolui ex eo, ꝙ miſerit libellum, pęnitentięq; alius non ſit conſcius, ſed eo quod iſte ita vult, vnde poteſt retorqueri. Hæc tamen procederẽt attenta iuris ciuilis diſpoſitione, cui ſtandum non eſt, vt inf. in cap. 1. dicemus.

67 Tertio obicitur per illa, quæ habentur in c. mandato ſupra de procur. cum ſim. vbi habetur, quod ex mandato, & acceptatione ſecuta proceditur, & proceſſus ſuſtinetur, donec aduerſarius mutatæ volũtatis ſit conſcius, etiam quod mandatum fuerit reuocatũ; ratio eſt, qa nemo ignorans decipi debet, l. ſi ignorans ff. locati; iſtud .n. procedit quo ad rerum contractus, & quo ad iuditia, in quibus potiſsimũ etiam inuiti obligantur, l. eius qui in prouincia ff. ſi certum pet. cum alijs hic à Fel. citatis nu. 6. ſecus in contractibus ratione perſonarũ,

qui

qui potiſsimum à conſenſu pendēt, vnde nec dolus pōt operari abſq. conſenſu contractus validitatem, d.c. tua nos inf. eod.

68 Inter præſentes, expreſſo conſenſu contrahebantur ſponſalia, vel ſimplicia ſeu nuda, vel duplicia ſeu firmata.

Simplicia cum ſemel tantum ſe inuicem ducturos expreſsis verbis conueniebant, c. præterea primo huius initij, c. ſi inter inf. eod. ſed hic non ineleganter dubitatur, an omnia verba, quæ ſonant in futurũ efficiant, vt ſponſalia contrahantur; ſiquidem habemus tex. in c. ſi quis diuinis 30.q.5. vbi qui iurauit mulieri ſe eam legitimam vxorem habiturum, dicitur contraxiſſe matrimonium, non ſponſalia, ꝙ idem videtur probari in c. ex parte inf. eod. vbi qui promiſit aliquem ꝓ marito habiturum, & ei tanquam viro fidem ſeruaturam, dicitur matrimonium contraxiſſe, quod attinet ad primum aliqui reſpondent, ꝙ aut verba futuri temporis reſpiciunt principium actus, & tunc contrahuntur ſponſalia, vt ſi promittant ſe inuicem ducturos, iuxta tex. in c. de illis, inf. eod. vel reſpiciunt executionem actus, vt ſi promittant, ꝙ ab eo tempore pro coniuge tenebit, vel pro marito habiturã, vel ei fidem ſeruaturũ, ſeruaturamue, & hoc caſu erit matrimonium; neq; .n. hæc fieri poſſunt, niſi præcedat matrimoniũ, ꝙ ſentit Panor. in d.c. ex parte; verum ego animaduerti, ꝙ tex. in d. c. ſi qs diuinis, qui colligitur ex nouella Iuſt. 74. apud Iulianum anteceſſorem c. 4. ſecundum verò vulgatam editionem, & Conc. in §. qm̃ in aut. quibus modis naturales efficiantur legitim. c. 5. habetur, procedit quando ſecuta eſt copula, quòd etiam in nouis correctionibus Greg. 13. apud ,, Iulianũ legi huiuſ. verba dr̃,, ſi tñ ei coniuncta fuerit: Quod aũt attinet ad c. ex parte, dico adeſſe verba præſens tp̃s ſignificantia, ſiquidem illa dictio teneret, & ſeruaret, ſubiunctina ſunt pñtis temporis, & quæ ſequuntur, licet in futurum ſonare videantur, tñ ad pñs referũtur, ex reg. l. qui filiab. in princ. & l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. quod præcedentia ſubſequentia declarant, & ècontra, præterea ,, illa verba ,, fidẽ tamq̃ viro ſeruaturam, denotant matrimonium præceſsiſſe, quoniam non ead. fides in ſponſalibus adeſt, quę in matrimonio; aliud cenſerem, ſi ſimpliciter dictum eſſet, eum pro marito habiturum, quia iſtud ad futurũ matrimonium interprætari poſſet. Animaduerterẽ tñ ad alia requiſita in contrahendo matrimonio de quibus inf. ſeq. c. hac ead. circumſ. dicemus, arg. eorũ quæ dicebat Sannaz. resp. 2. de ſponſ.

69 Duplicia ſeu firmata erant firmata vel verbis, vel facto; verbis, vel ſimplicibus, vt quando duplicabantur, vt s̃ in quantitatis circumſt.

dixi-

diximus, vel iuramento. c. præterea 2. huius initij, c. de illis, c. commiſſum, & c. requiſiuit inf. eod.

70 Facto, vel ſimplici, vel rei interuentu, quæ attinent ad rei interuẽtũ dixi ſ in rei circunſtantia. Facto aũt ſimplici firmantur hoc tempore vel copula, vel citra copulam, quæ ad copulam attinent declaraui ſupra in primo membro. Citra verò copulam, vel facto permanenti, vel tranſeunti. Permanenti vt ex cohabitatione, vt colligitur ex c. duo pueri inf. tit. 1. c. ad id quod inf. eod. quandoquidem ſi ex hoc facto firmantur inualida, vt ſ dixi circa tacitum conſenſum, multo magis valida firmari debent, ſiquidem ante Concil. Trid. diſpoſitionem ex traductione, & cohabitatione ſponſalia in matrimonium trãſire magis cõiter receptũ erat certis in caſibus, iuxta illa quæ declarat Couar. p. par. c. 4. §. 2. l. mulierem ff. de rit. nup. ergo multo magis firmari dicunt, ad illa tamẽ quæ ibi ſcripſit Couar. Adde ſcripta per Sannaz. Reſp. 1. de ſponſalib. nu. 3. vol. 1.

71 Facto tranſeunti firmantur vti oſculo, vel amplexibus, quod ſentit expreſſe tex. in c. vnico de deſponſ. impub. lib. 6. faciunt tradita per Couar. in præcitato loco.

Quintus articulus, De Effectibus.

SVMMARIVM.

1 *Effectus ſponſaliorum conſiderantur, vel quo ad obligationem perſonalem, quæ reſpicit vel contrahentes tantum, vel ratione impedimenti, ne cũ alio contrahant, ꝙ ſi communi conſenſu contrahantur ſecunda, locum non habet.*

2 *Si vnius tantum conſenſu, vel non ſunt pura, vti conditionalia, pendente conditione habet locum.*

3 *Non pendente ſi ſiant pura habet, ſi defficit non.*

4 *Si in diem aut nondum aduenit dies, & habet, aut aduenit, & tunc ſi contrahit, per quem non ſtetit non habet.*

5 *Aut is per quem ſtetit, & tunc aut ante quam ab altero diſſoluãtur, & habet.*

6 *Aut poſt nondum peracta pænitentia, & habet peracta non.*

7 *Aut pura, quæ vel ſunt inualida, aut ea ex cauſa, ex qua poteſt abſq; Eccleſiæ deciſione recedere, & ſequenda eſt diſtinctio, de qua ſup. nu. 4. vſq; hic.*

8 *Aut ea non eſt cauſa, & tunc aut eſt voluntaria, & Eccleſia iudicium requiritur, vt eff ctus habeat locum.*

9 *Aut eſt neceſſaria, & idem eſt concludendum.*

10 *Vel ſunt valida, vel intra pupillarem ætatem ante aduentum pubertatis habet (locum.*

11 *Poſt ſi fuerunt ſimplicia non habet locum.*

12 *Si fuerunt firmata iuramento vbi pubertati proximi eſſent, & doli capaces, habet locum.*

13 *Vel poſt pupillarem ætatem, & habet locum niſi adſit rationabilis cauſa recedendi, & ſi ſecunda ſint iurata, & copula firmata.*

14 *Vel pro fidei obſeruatione, & vt iſti teneantur ad contrahendum tam in foro pænitentiali.*

15 *Quàm in foro iudiciali, in quo dubitatur, an ſint ſolum monendi, an etiam poſſint excommunicari.*

16 *Et quo ad incerta, & conditionalia ſola monitio locum habet, & inualida.*

17 *Niſi ad validitatis caſum peruenirent.*

18 *Quo ad valida ſi ſubeſt rationabilis cauſa recedendi, nec ſponſalia ſint firmata, ſolum monitio locum habet.*

19 *Si ſint firmata copulæ interuentu, vel præſumptione habebit locum cohactio.*

20 *Si non ſubeſt, & ſint firmata vt ſup. idem dicendum eſt.*

21 *Quod ſi ſimplicia, vel ſolo iuramento firmantur, cohactio etiam locum habet;*

22 *Nam tex. in c. requiſiuit loquitur electiuè, non priuatiuè, & nu. 26.*

23 *Reprobata communi ſolutione vbi dubitetur de ſcandalo.*

24 *Nec non & illa, quod intelligatur vbi adeſt rationabilis cauſa recedendi.*

25 *Et Nouiſſima Couar. par. p. c. 4.*

27 *Rationeſque ibi allatæ apponuntur ad demonſtrandam cohactionem euitandam, vbi aliud datur remedium.*

28 *Vel id poteſt intelligi ab Epiſcopo auctoritate ordinaria.*

29 *Et vt ad perſonarum defenſionem ad inuicem teneantur, tam quò ad carnale crimen; quo caſu puniuntur pæna legis Iuliæ de adult.*

30 *Et eandem exiſtimat, quæ & pro adulterio imponitur,*

31 *Et iure diuino,*

32 *Et iure Ciuili, ex l. ſi vxor §. diui Seuerus, & §. ſi minor ff. de adult.*

33 *Ex l. hæc verba ff. eod.*

34 *Et Iuſt. in §. item lex in inſtit. de pub. iud. intelligitur de l. Iulia de pudicitia.*

35 *Et licet huiuſm. coitus proprie non ſit adulterium, non tamen infertur, quin eadem non ſit irrogata pæna.*

36 *Hinc reffelitur opinio Butr. in c. 1. inf. de adult.*

37 *Et gloſa in c. 3. inf. de ſent. excom.*

38 *Et Nauarri in c. conſideret, de pænit. diſtinc. 5.*

39 *Quam quo ad offenſionem perſonæ, ex qua tenentur l. Pompeia de paricid.*

40 *Vel ipſorũ etiam conſanguineos, inter quos nullũ poteſt eſſe matrim. & ſpõſos.*

51 *Quod olim extendebatur vſq; ad quartum gradum,*

42 *Hodie primum gradum non excedit.*

43 *Non tamen quo ad aſcendentes, & deſcendentes.*

44 *Et conſtitutio Benect in c. lex diuinæ 27. q. 2. intelligitur vbi ſolus pater contraxit, & omni in caſu abrogata dici poteſt ex c. iuuenis infra eodem.*

45 *Et etiam ad inualida præterquam defectu conſenſus;*

46 *In qua re ſi ſponſalia fuiſſent contracta ante Concil. Trid. poſt vero matrimo-*

nium dubitatur an eſſet diſſoluendum.

47 Hodie ſi ſunt valida, & copula firmata durant vſq; ad ſecundum gradum, item & inualida.

48 Quæ, vbi ita non ſint, effectum non habent.

49 Quod procedit, etiam quo ad ſponſalia contracta ante pubertatem.

50 Et ſi intra ſeptenium, ſi adſit vehemens præſumptio, vel malitiæ, vel conſenſus poſt ætatem.

51 Non tamen ex ſolo aduentu ætatis vti valida habent hunc effectum.

52 Idq; etiam habet locum, quo ad illa, quæ expreſſis verbis de præſenti contrahũtur, iuris tamen interpretatione in futurum ſonant.

35 Vel conſiderantur quo ad obligationem realem, quæ prouenit vel ex rei interuẽtu, quæ dantur, vel pro fidei ſecuritate, in quibus is eſt effectus, vt eas vel tãtundem lucretur, per quem non ſtetit.

54 Præter vbi alias licite conuentum ſit.

55 Quod ſi ſequatur matrimonium nullum lucrum fieri poteſt;

56 Quia arræ dantur, vt illas amittat, qui fidem non ſeruat,

57 Et in pœnalib. ſtricta eſt facienda interpretatio,

58 Neq; argumentum à contrario ſenſu ex l.3.C.eod. rectè deducitur, neq; procedit, vbi in caſu contrario aliter ſtatutum eſt.

59 Receptum tamen eſt, vt ipſis arris coniuges in communione fruantur.

60 Quod ſi non ſequatur matrimonium ex cauſa extrinſeca neceſſaria abſq; diſcẽſu effectus locum non habet.

61 Et ſi ſcienter id datum ſit eo ignorante, qui recepit.

62 Nam ob affectatum matrimonium potius dicitur in nullam, quam in turpem cauſam datum.

63 Neq; improbantur ſponſalia, licet matrimonium ſequi non poſſit, & tum demũ data ammittuntur, ſi ſequatur matrimonium.

64 Neq; ius fiſci poteſt à poſſidente opponi.

65 Si diſcenſu vtriuſq;: idem eſt dicendum.

66 Si vnius tantum aut habet iuſtam cauſam recedendi, culpa, & deffectu alterius, quæ vel prouenit ex delicto, & tunc lucratur eas recedens.

67 Niſi ea lege contracta ſint, vt finito officio alius contrahat ſi velit, arraq; datæ ſint, vt ſeipſum tantum adſtringeret.

68 Vel prouenit ex dilatione, in qua ſi fuit præfixum tempus idem dicendum eſt.

69 Si non, ſi alter omnino abſens fiat idem eſt dicendum,

70 Alioquin arras reddendas cenſeo.

72 Si præter alterius deffectum idem dicendum eſt,

72 Quod ſi non habeat iuſtam cauſam recedendi, & ſit perfectæ ætatis effectus locũ (habet.

73 Si vero minor iure Ciuili, aut interuenit parens maior, & locum effectus habet, ſi non, non habet.

74 Cenſet tamen ſufficere ætatem, quæ matrimonio apta eſt ſecundũ ius Pontificiũ.

75 Vel dantur pro aperiendo maiori conſenſu vti munera, quo caſu ſi ſequebantur nuptiæ, & ſimpliciter dabantur, tranſibant in donationes propter nuptias, ſi

vero

vero conferebatur in diem matrimonij, tranſibant in donationem inter virum, & vxorem.

76 *Si non ſequebantur nuptiæ ex morte alicuius reſtituebantur munera, præterq̃ in caſu l. ſi ſponſo C. de donat. ante nup.*

77 *Idq; etiam ſi ex alio impedimento proueniente ex cauſa neceſſaria,*

78 *Quod ſi alicuius diſcenſu dos reſtituebatur; quo vero ad munera ſi ſtabat ꝑ dantem lucrabantur, ſi per recipientem ſimpliciter reſtituuntur, ſecundum tamen caſus ſupra declaratos.*

79 *Re non interueniente poteſt conſiderari intereſſe ex ſola promiſſione, vel quod ſit in contractu appoſita pœna.*

80 *Quo caſu iure Ciuili non valet*

81 *Iure vero Canonico vbi eadem adeſt libertas recedendi, alias ſecus.*

82 *Quia poſſunt excommunicari, & pœnæ à Iudice imponi.*

83 *Et quia ceſſat ratio finalis, iuris Ciuilis diſpoſitionis.*

84 *Differunt autem arræ, & pœnæ iure Ciuili, quod in traditione arrarum, arguitur maior conſenſus, ex receptione maior ingratitudo.*

85 *Suffragatur ratio æqualitatis ſeruandæ, & quod interim re data fruitur.*

86 *Et quod arrarum datio eſt genus ſponſionis, quòd fieri poteſt ſup quocũq; facto.*

87 *Non appoſita pœna cõſideratur intereſſe, quod iure Pontificio ſemper debetur.*

88 *Iure vero Cæſareo ſi eſt expreſſa quantitas, ea non debetur.*

89 *Si non eſt expreſſa ratione damni emergẽtis debetur, illud tamen, ꝙ ꝓbatũ erit.*

90 *Quod ſi in promiſſionem intereſſe deductum non eſt, non debetur.*

1 CVM fruſtra ſit de re aliqua quęrere quid ſit, niſi in quo nobis ſit profutura dignoſcamus, decens eſt vt quintũ articulum agrediamur, videamuſq;: qui ſint ipſorum ſponſaliorũ effectus, qui quidem poſſunt conſiderari, vel quo ad obligationẽ perſonalem, quæ potiſsimum ius Pontificium reſpicit, vel intereſſe pecuniariũ, vt noſtri inquunt, ꝙ potiſsimũ à iure Ciuili pẽdet.

Quo ad primos effectus hi reſpiciunt, vel contrahentes tantum, vel etiã eorum coniunctos, quo ad contrahentes, vel reſpiciunt impedimentũ ne iſti amplius valeant cum alio contrahere, vel vt ratione fidei præſtitæ ſibi inuicem ad aliqua teneantur, hæc aũt, vel reſpiciunt fidei obſeruantiam, quo ad contractum, vel perſonarum defenſionem.

Quo ad primum membrum reſpectu impedimenti, ne cum alijs cõtrahant hmôi effectus conſideratur, vel quo ad ſponſalia, vel quo ad matrimonium, de hoc vltimo agemus inf. ſeq. c. vlt. art.

In primo autem caſu ne dum operatur, vt alia ſponſalia ſequi non poſſint, ſed & contracta ſecunda dirimat, quod fuit à nobis tactum ſupra in quantitatis circunſtantia.

Qui effectus, vt qualiter locum habeat dignoſcamus diſtinguendum eſt

quod vel communi conſenſu contrahũtur ſecunda ſpõſalia, vel vnius tantum, ſi communi cónſenſu non habent hunc effe ctum prima ſponſalia, vt in c. 2. inf. eod. habetur.

2 Si vnius tantum, vel ſponſalia non ſunt pura, vel pura; ſi non pura vel ſunt conditionalia, vel in diem, ſi conditionalia, vel pendente cõditione, vel non; pendente conditione concludendum eſt effectum habere, iuxta notata in c. ſicut inf. eod. Hoſt. hic in ſum. nu. 12. & ĩ de cond. appoſ. & pro hac opinione ni fallor eſt indubius tex. in c. 1. d. tit. cuius verba etiam referuntur in c. quicumq; 27. q. 2. vbi dicitur, quod deſponſatio facta ſub conditione, quando vult infringi à contrahente id euenit, vt conditio remittatur, & deſponſatio irrefragabiliter teneat, ſicq; ex illo tex. colligi videtur, quod tunc in pęnam prima ſponſalia efficiantur pura, id tamen intelligi debet de ea conditione, cuius purificatio non pendeat à voluntate alterius, cuiꝰ conſenſus ſit expectandus, tunc enim non efficerentur pura, licet poſſet cogi ad expectandum conditionis euentum, & quamuis ſuprapoſitus intellectus ſit nouus, & contra communem, qui illum tex. intelligunt, & quo ad matrimonium, & quo ad turpem conditionẽ, quia huiuſm. cõis intellectus non caret diuinatione, cum nullum verbũ de turpi conditione, neq; matrimonium conditionale cõditione ſuſpenſiua datur, vt probatur in c. ſuper eo inf. de cond. appoſ. Couar. p. 2. c. 3. in princ. Goff. nu. 2. in ſum. dicam inf. ſeq. c. quod ſi de turpi intelligatur, clarum eſt, quod reicitur, quamuis ille nolit recedere, c. fin. d. tit. de condit. vrgere tamen in contrarium videtur tex. in c. vnico §. fin. eod. in 6. quia ibi dicitur, quod huiuſm. ſponſalia cõditionalia non habent effectus ſponſaliorum, & propterea ſecunda poſt modum contracta firma remanent, quia ibi loquitur quando ſecunda fuerunt contracta per verba de præſenti, quo caſu eſt matriimonium; præterea ibi dicitur nullam oriri publicę honeſtatis iuſtitiam, de quo effectu infra dicam, nõ ꝙ ille nõ teneatur fidẽ ſeruare.

3 Non pendente, vel conditio euenit, & fiunt pura, & per cõſequens habent effectum, aut deficit, nec habent d. c. vnico.

4 Si verò ſunt in diem, aut nondum aduenit dies, & effectus locũ habet, c. ſicut inf. eod. Hoſt. hic in ſum. nu. 10. aut aduenit dies, & tũc quo ad eum per quem non ſtetit locum effectus non habet.

5 Quo verò ad eum per quem ſtetit antequam alter per quem nõ ſtetit expreſſe prima ſponſalia diſſoluat locum effectus habet, vt in d. c.

6 ſicut, vbi † vero fuerũt diſſoluta vt ſupra effectus locũ non habet, iſte tamen non poteſt contrahere, niſi peracta pænitentia, vt ex d. c. ſicut colli-

colligitur, de qua re inf. nonnulla vltimo articulo dicemus.

7 Pura autem vel ſunt inualida, vel valida, quo ad inualida, aut ea eſt cauſa inualiditatis, qua attenta poteſt eorum aliquis abſq; Eccleſiæ deciſione recedere, de quibus inf. vlt. artic. dicemus, & tunc ſequēda eſt diſtinctio ſupra poſita quando ſponſalia fuerunt in diem contracta, & dies adueniat, vt res pēdeat à volūtate eius, q. pōt recedere.

8 Aut non, & tunc aut inualiditas ea eſt, vt pendeat, vel ex cauſa voluntaria, vel ex cauſa neceſſaria, primo caſu cenſerem ſecūda nō poſſe contrahi, niſi iudicio Eccleſiæ prima ſint diſſoluta, ꝑ illa, quę mox 9 dicam. Secūdo † caſu res dubia videtur, attamen ego cenſeo idem cōcludendum eſſe; moueor ex tex. in c. veniens ad apoſtolicam ꝟ eod. vbi etiam in caſu conſanguinitatis, vt ſecundum matrimoniū ſit validum neceſſe videtur, vt primum iudicio eccleſiæ ſit ſolutum, in illis verbis,, Mandamus quatenus ſi inueneritis, quod prædicta mulier ,, à priori viro iudicio Eccleſiæ fuerit ſeparata, &c. ſumendo argumētum à maiori ad minus, auth. multo magis C. de Epiſ. & cler. nec me mouet tex. in c. 1. de matrim. contrac. cont. interd. Ecc. quia ibi loquitur quando matrimoniū fuit ſecutum, quo caſu nō dirimitur propter ſponſalia, quæ præceſſerunt, quia longe diuerſa eſt ratio in ipſis tantum ſponſalibus; cum enim prohibeatur matrimoniū, vt ibi colligitur, ſponſalia debent, & prohiberi, & dirimi, arg. l. oratio ff. eod. vt ſupra in perſonæ circunſt. declaraui.

10 Si autem ſunt valida tunc vel intra pupillarem ætatem fuerunt contracta, vel poſt, ſi ante id conſideratur vel ante aduentum puberta-11 tis, & habent hunc effectum, c. de illis inf. tit. 1. vel † poſt aduentum pubertatis, & tunc, aut fuerunt ſimplicia, neq; habent hunc effectum, c. à nobis inf. de deſpon. impub. Couar. p. 1. c. 5. §. 2.

12 Vel fuerunt firmata iuramento, & tunc habent hunc effectum, & ita probat tex. in c. ex litteris 2. huius initij inf. eod. tradit Hoſtien. in ſum. de iure iur. §. quot comites. Animaduertendum tamen cenſeo, quod in d. c. ex litteris ille G. poſt primam fidem ſemel, atq; iterum accipere in vxorem iurauit, vt colligitur ex c. 9. eod. tit. in prima cōpilatione Bernardi præpoſiti Papien. quod iuramentum potuit eſſe præſtitum poſt pubertatem, quod innuunt illa verba,, quo volente ad ,, alia vota migrare, & prout in prima compil. legitur,, cumq; ipſo volente, &c. Innunt huiuſm. verba paulò poſt præſtitum iuramentum voluiſſe contrahere matrimonium cum alia, ſicq; colligitur aptū fuiſſe ad contrahendum matrimonium, & per conſequens puberem eſſe factum, illa enim omnia verba eadem verborum quodamodo ſtructu

ra

Digitized by Google

ra clauduntur,& ita in Concil. & apud Conc. legi teſtatur Ant.Aug. in notis ad d.c.9. verbo ſemel,& iterum;quicquid tamen ſit,id intelligendum eſt,vbi pubertati proximi eſſent,& doli capaces,vt in c.1. de delic. puer. Non tamen recipienda eſſe eorum iuramenta probatur in c. paruuli,& ſeq.22.q.5.

13 Si vero poſt pupillarem ætatem vnus tantum poſt prima contracta velit alia contrahere, prima habent effectũ impediendi ſecunda,præter vbi adeſt rõnabilis cauſa recedendi, de quibus infra ſeq. art. dicemus,quo tñ caſu iudicio Eccleſiæ facienda erit diſſolutio, vt diximus,& ibidem declarabimus. Quod habet locum, & ſi ſecunda ſint iurata c. ſicut ex litteris inf. eod. Flor.p.3.tit.1.c.18. Couar.1.par. c.4.nu.3. Cuc. hoc tit. nu. 21.

Idq; etiam locum habere cenſeo, & ſi copula eſſent firmata ſecunda, cũ amplius in matrimonium non tranſeant,quicquid antiquitus ſtatutum eſſet,niſi forte id fuiſſet ante Conc. Trid. promulgationem,quo caſu recurendum eſſet ad illa,quæ habentur in c. is qui fidem,& in c. veniens ad nos inf. eod. arg. c. cum ceſſante ſup. de appell. cũ ſimil. ſiquidem illa ratio hoc tempore ceſſat, ex diſpoſitione dicti Concil. ſeſſ.24.c.1.de refor. matrim.

14 Quo ad primum effectum ſecundi membri, vt iſti teneantur ꝓ fidei obſeruatione ad contrahendum matrimonium, hic effectus,vel conſideratur in foro pænitentiali,vel in foro iudiciali. In foro pænitentiali clarum eſt eos indiſtinctè teneri, vbi non adeſt rationabilis cauſa,quæ apta ſit diſſolutioni, de quib⁹ inf. ſeq. art.dicemus, grauiterque,& mortaliter peccare,qui fidẽ frangunt, quod explicat Couar. p.1.c.4.nu.2. & Cuchus hoc tit. nu.21. & ſi iuramento nõ eſſent ſpõſalia firmata,vt idem Couar.nu.3.verſ.2. hinc conſtat ibid. tradidit.

Hinc factum eſt,vt quando ſponſalia iurata ſunt,etiam ſi quis ex cõtrahentib⁹ poſtmodum velit religionẽ ingredi,admoneatur Alex.3.conſtit. in c. commiſſum inf. eod. vt prius nuptias contrahat, deinde omiſſa conſumatione religionẽ ingrediatur, ſi elegerit, vt infra dicã.

15 In foro vero iudiciali dubitatur,an per cenſuras Eccleſiaſticas, & etiam per excommunicationis ſententiam cogendi ſint ſponſi ad cõtrahendum matrimonium,vt colligi videtur in c. ſi inter c. præterea 1. huius initij,notandus tex. in c. ex litteris 2. huius initij,& c.ſicut inf. eod.c.1.inf. de ſponſa duorum; quandoquidem reſtragare videtur tex. in c. requiſiuit inf. eod. quo loci habetur potius eſſe monendos,quam cogendos,pro quorũ iuriũ conciliatione valde à noſtris laboratum eſt,quod vt facilius à nob. fieri poſsit,ſceligamus nõnullos

caſus

Digitized by Google

caſus claros, in quib. vel ſola monitio ſufficit, vel in quibus etiam ſu pradicta cohactio locũ habet, vt deinde in caſibus, in quibus res dubia videtur rem diſcutiamus.

16 In qua re primo reaſſumendo breuiter ſponſaliorum diuiſionẽ, quo ad incerta crediderim ſolum monitionem locum habere, propter quandam naturalem obligationem ex eis inductam, cum tamen vere ſponſalia non ſint, vt ꝟ in diuiſione diximus, ad quod deſeruiunt tex. in c. 3. cum ſim. ꝟ de pactis in l. 1. & in l. iuris gentium. §. nihil tã naturale ff. eod. tit. de pactis, nõ aũt eſſe cogẽdos ꝓbat in c. 2. ꝟ eo. Idem, & de conditionalibus dicendum eſt, vt in d. c. 2. & in c. vnico §. fin. eod. in 6. præterquàm in caſu ſupradicto, quod & de inualidis dicendum eſt. cum tunc nullos ſponſaliorum effectus habeant, vt in c. 3. de refor. matr. ſeſſ. 24 Sin. Trid. ſtatuit, non entis enim nullæ ſunt qualitates l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet. cũ ſim. poſſunt † tamen

17 & iſta aliquando habere hunc effectum, vt ſaltem in foro pænitẽtiali teneantur contrahentes illa adimplere, ſi ad validitatis caſum peruenirent, vt contigeret in ſecundis primis diſſolutis, quæ ea tantum ratione inualida eſſent, quod ſentit Innoc. in c. veniens ꝟ de iure iur. Couar. p. 1. c. 4. nu. 3. potiſsimum ſi eſſent iurata, & forte poſſent cogi, ſi alter bona fide contraxiſſet.

18 Quo ad valida, primo loco diſtinguendum eſt, vt ſupra antecedenti effectu dixi, in cuius diſtinctionis vltimo caſu rurſus diſtinguendum eſt, quod aut ſubeſt aliqua rationabilis cauſa recedendi ab ipſis ſponſalibus ex quib. ſponſaliorum diſſolutio fieri põt ex cauſa tamen voluntaria tantum, vbi tñ omnimo valida ſunt, iuxta illa quæ in ſeq. art. dicã, & tunc aut ſponſalia non erant firmata copulæ interuentu, vel vehementi eiuſdem pręſumptione, & crediderim iſto caſu ſolum monendos, non cogendos, pro vt hanc opinionem probauit Rota Rom. de qua dixi ſupra in perſonæ circunſtantia, eandem ſentit hic Cuch. poſt Hoſt. Panor. & alios, in d. c. ex litteris 2. huius initij, vbi expreſſe eſt tex. q ẽt clarius loqtur ſm̃ primã cõpilationẽ ꝺ qua mox dicã.

19 Aut fuerant firmata copulæ interuentu, vel vehementi eiuſdem præſumptione, & iſto caſu crediderim omnimodæ cohactioni locũ eſſe, iuxta ſupra citata iura d. c. ſicut ex litteris, c. is qui fidem, c. veniens inf. eod. tum ratione ſcandali euitandi, tum ꝙ huiuſm. copulæ nexus olim operabatur matrimonij contractum, & quod amplius à ſponſalibus recedi non poterat, vt declarat Hoſt. hic nu. 10. vnde licet ſublatus ſit ex Conc. Trid. diſpoſitione c. 1. de refor. matr. ſeſſ. 24 ille primus effectus inducendi præſumptum matrimonium, non tamen cęteri

ri debent corrigi, cũ iuriũ correctio, quantũ fieri pôt, ſit euitãda, pro vt in ſimili declarauit Pius V. in c. ad Romanum eod. in 7. Aut nulla adeſt probabilis cauſa, & tunc, aut ſpõſalia erãt firmata vt ſ̃, vel nõ.

20 In† primo quoq; huiꝰ ſubdiſtinctionis caſu ſatis cõcludéter vr̃ à nr̃is probatum habere locum omnimodã cohactionem', d.c. is qui fidem, d.c. veniens ad nos, & d.c. ſicut & per illa, quæ ſ̃ in modi circũſtãtia, quo ad duplicia ſponſalia diximus.

21 Secundo vero caſu, potiſsimum ſi iuramento firmata erant, res adhuc dubia eſt, ſiquidem tex. in d.c. requiſiuit loquitur ſimpliciter, & de ſpõſalib. iuramento firmatis, neq; cohactionem locum habere voluit, ex ibi recitatis rationibꝰ, ècontra tex. in c. 2. loquitur de pure tantum contractis ſponſalibus, c. vero ex litteris, & d.c. ſicut de iuramento firmatis, & omnibus modis inducendos, & eccleſiaſtica cenſura cõpellendos, expreſſe determinant. In hac recitatorum iurium contra-
22 rietate variæ afferuntur à noſtris diſtinctiones, ſiquidẽ † primo loco quidam exponunt d.c. requiſiuit, prius eſſe monendos, poſtea cogẽdos, ita enim illas dictiones potius quã interprætãtur ibi gl. gl. in d. c. ex litteris, & in c. non inuenitur 23.q.4. Verum huiuſmodi interprætatio cõiter eſt reprobata, quandoquidem rationes quæ ſubſequuntur nullatenus cogendam eſſe probant, nempe ꝙ matrimonia debent eſſe libera, ſi enim cogenda eſſet illa mulier matrimoniũ non eſſet liberũ, quod cohactiones ſoleant habere difficiles exitus, vnde cohactionem nõ faciendam cenſuit. Ego exponerem potius monendam, hoc eſt eligendam viam monitionis, quam cohactionis, non ta-
23 men priuatiuè, ſed electiuè, vt infra dicã. Altera, †quæ eſt cõis ſententia, ea eſt, ꝙ ſi ex cohactiõe dubitetur de maximo deſsidio, & ſcandalo, necnon & pertinacia, ſequenda ſit eo caſu deciſio d.c. requiſiuit, vbi vero de hoc veriſimiliter dubitari non poteſt, tunc ſequẽda ſit deciſio, d.c. ex litteris, quam probauit etiam Sannaz. paternus Auus in l. quæſitum §. ſi ſponſa nu. 7. ff. de priu. cred. & Cuchus hic nu. 20. Verum ego de hac ratione dubito; ſi quidem ſi rectè animaduertamꝰ ad caſum c. ex litteris pro vt in prima compilatione c. 9. ponitur, cauſa vertebatur inter magnates, inter quos affuerant inimicitiæ, & iam ille qui promiſerat ad alia vota migrare volebat, ad Sum. Pont. ꝓuocauerat, vnde de maxima pertinacia conſtabat, ſic & de maximo diſſidio, & de ſubortis adhuc inimicitijs, illis tamen omnibus non attẽtis, illos vinculo excommunicationis adſtringendos, & ipſum, & patrem Alex. tertius mandauit, quia periculoſum erat contra iuramentum venire, & in d. c. requiſiuit loquitur ſimpliciter de muliere, quę

renuebat

Digitized by Google

renuebat nubere, quod fuit in genere per Rapulenſem Epiſcopum à Lucio tertio quæſitum, neq; ibi de aliquo ſcandalo, quod oriri poſset mentio facta fuit.

24 Tertia eſt ſolutio, qđ tex. in d.c. requiſiuit intelligi debeat, vbi adeſt rõnabilis cā recedendi, prout, & in d.c. ex litteris expreſſe determinauit, verum hanc quoq; ſolutionem licet in ſe vera ſit, vt ſupra diſtinguendo dixi, exiſtimo diuinatione non carere, ſiquidē rationes ibi allegatę, q̃ ſup matrimonij libertate, & ſup difficultate coactionis fundatæ ſunt, militant ēt, vbi nulla recedēdi probabilis cā adeſt.

25 Quartam ſolutionem excogitarunt doctiſsimi Hiſpani Franc. à Victoria, in Relectione de Matrimonio par.j. Couar. epitomē huius libri par.j. c.4. qđ tex. in d.c. requiſiuit intelligit̄, de omnimoda coactione, ex qua inuitus cogeret̄ contrahere matrimoniū; neq; .n. ſine conſenſu cõtrahentis coniungendi ſunt, iuxta tradita per Hoſt. Butr. & Sang. in c.fi.ꝟ. de ſponſa duorum, nō tn̄ ex his infertur, quin moderata coactio adhiberi poſsit, ita tn̄ vt conſenſus, qui ex ea ſequēdus ſit, liber ſit, ne forte indiſcreta coactione, loco matrimonij, qđ nullū defectu cōſenſus eſſet, adulteriū cōmitteretur, iuxta tradita per Panor. in d.c. requiſiuit, & Fortuniū in c.1. de pactis n.30. Verū, & ſi indubitatā crediderim hanc eorū ſnīam in caſu propoſito, non tn̄ mihi vr̄ omnino ſatisfacere illis, quę in d.c. requiſiuit hēntur ibi .n. Rapulenſis Eps nō eſt percuntatus Lucium Pontificē reſpectu omnimodæ coactionis, ſed ſolū qua cenſura cōpelli debeat mulier, q̃ neglecta iuris iurandi religione nubere renuit, quæ quidē verba poſtmodū ad reſponſionē ſecutā, monenda eſt potius, quam cogenda; debent intelligi de quacunq; coactione, quo ad eccleſiaſticas cenſuras, cum à præcedentibus declarationem ſubſequentia accipiant, l. qui filiabus in princip. cum ſimil. ff. de leg. 1.

Scio ēt, poſſe animaduerti hanc Lucij 3. deciſionem eſſe poſitā in genere rōne mulierū ſimpliciter iurantium contrahere; ſcio itidem Alex. tertij conſtitutionē eſſe in caſu ſpeciali, de eo, qui bis, terue idē iuro firmauerat, & vir erat; Verū, quæ in muliere ſexus imbecillitas conſiderari pōt in primo caſu, ętatis ēt imbecillitas; in ſecūdo caſu conſideranda eſt, & licet videatur in caſu ſpeciali, tn̄ cum illa vim legis habeat, trahenda eſt illa diſpoſitio ad quoſcunq; caſus ſimiles, eandē rōnem habentes. Prætereà id ēt ſubijcio, qđ Lucij tertij diſpoſitio eſt poſterior dictę cōſtitutioni Alexandri tertij, ſed tn̄ cum in collectione facta per Raim. contraria, & ſuperuacua ſint reſecata, vt in prohemio decret. habetur non vtiq; affirmare debemus per vnā aliam corrigi,

rigi, quid igitur dicemus? ipſe excogitaui, nullam meliorẽ ex relatis ſolutionem eſſe, niſi vt dicamus Lucium tertium non negare, quin coactio fieri non poſsit, & ẽt debeat, ſed potius eligendã eſſe monitionis viam, quam ipſius coactionis; cum enim percunctaretur, ſimpliciter, qua cenſura illa mulier eſſet cogenda, admonet ipſum Epiſcopum, qui ſtatim ad eccleſiaſticas cenſuras recurrendum putabat, potius eſſe monendam, quã aliqua cenſura cogendam; illam .n. coactionem per cenſurã eccleſiaſticã faciendã, tum demũ faciendã cenſet, qñ nullũ amplius remedium datur, ad qđ deſeruit, qđ hř in c.non inuenitur in fi. 23.q.4. qui eodem modo exponitur, & ita ẽt exponen-
27 dus eſt. Neq; † me mouent illa, quæ de rõnibus ibi allatis dicuntur, nẽpe libera eſſe debere matrimonia, & coactiones habere difficiles exitus, quia ſunt rõnes quæ apponuntur ad demonſtandã ipſam coactionem quantũ fieri poſsit eſſe euitandã, non tñ tollunt quin eccleſia, quo iuſiurandi religio, & præſtita fides oĩno firma ſit, neq; temere violari debeat, non teneatur, & poſsit excõicationis vinculo eos inodare, ſaltem in pœnã violatæ fidei, & peccati eorum, qui hmõi religione neglecta id facere nolunt, qđ promiſerunt, argumento c.tã ſacerdotes, & c.ecce aũt crimina 24.q.3. & c.qñ vult 23.q.4. & eorũ, quæ ſ͞ diximus quo ad forum pnĩale; hæc.n. libertas põt aliter ẽt coerceri, vt probatur in l.fin. C.eod. vbi Accur. in verbo poteſtas, quod infra in reali obligatione dicemus; quo facto, ſi deinde nõ eſt dare remedium, qđ ille velit conſentire, vtiq; crediderim in coactione vlterius procedẽdum non eſſe, ex illis quæ Couar. præcit. loco nu. 4 & 5. declarat, cum duobus ſequentibus, & id ẽt locũ habere dẽt, & ſi iuřo firmata nõ eſſent ſponſalia, arg. tex. in c. iuramenti 22.q.5. Couar. vbi ſupra nu. 2. & eſt tex. in c. 2, infra eod. ibi modis omnibus inducendi.
28 Secundò excogitaui, num illa Alex. 3. conſtitutio debeat intelligi, vt Epiſcopus ex ſe non valeat, nempe auctoritate ordinaria, & ita intelligendũ ſit d.c. requiſiuit, ſed tum demũ cum id ſibi à ſummo Pontifice auctoritate apoſtolica fuerit mandatum vt faciat, qđ quidem videtur ex verbis ipſius decretalis ex litteris in prima compilatione appoſitis dignoſci, ſiquidem ibi legitur,, eũ moneas, & auctoritate
,, nřa diſtrictè compellas, ſiquidẽ cum de monitione agit, ibi ſimpliciter loquitur, cũ de coactione tũc id auctoritate apoſtolica faciendum eſſe cenſuit, qđ ſi aliquis forte obijciat, illa verba à Raim. omiſſa in Gregorij noni compilatione, proinde nullam faciendam eſſe ex eis illationem; Reſpondeo Raimondum, vt ſuperuacua reſecaret id feciſſe, virtualiter .n. hm õi verba ineſſe cenſuit illis verbis,, fraternitati

nitati tuæ mãdamus, quę ẽt apud Bern. ita legũtur ,, fraternitati tuę ,, per A. S. Pr. M. ad quod ẽt duplici coniectura ducor, ſiquidẽ illa verba, ,, eũ Epus cõpellere voluit, ita apud Bern. leguntur ,, cum Epus ,, ſub diſtrictione anathematis compellere voluit, quæ cõſulto omiſſa fuiſſe à Raim. dicebat Ant. Aug. in notis d.c.9. ſiquidem ne dubitaretur auctoritate ordinaria id Epiſcopo licere, licet ipſe cenſeam, qđ cum illa verba apponantur in facti narratione non inducant ius, niſi prout in deciſione firmata reperiuntur, imò cum in deciſione id expreſſe auctor. Apoſtolica faciẽdũ declarat, vtiq; quodãmodo appellare licuiſſe ipſi G. innuitur, cũ id auctoritate ordinaria fieri nequeat.

Secundò, quia idem Raym. omiſit Cęleſtini tertij conſtitutionem, quæ c.7. de iureiur. in 2. compil. Io. Galenſis, ſeu Valenſis habetur, in qua expreſſe diſponitur ,, ſi quis iurauerit, vt acciperet aliquam in vxorem, & ipſum poſtea pœnituerit iuraſſe, per cenſuram eccleſiaſticam ,, compellendus eſt, vt ſi aliud Canonicum non obſtat, ipſam accipiat, cum ex ea inductũ videatur id auctoritate ordinaria fieri poſſe, propterea conſulerem Epiſcopũ, vt inſpecta qualitate facti, & perſonarum, poſt adhibitã moderatã minarũ coactionem, iuxta Cuchi conſilium, ipſum ſummum Pontif. conſuleret, quo apoſtolica auctoritate illos deinde compellere poſſet; ita.n. Fernatinẽſis Epus Innoc. III. conſuluit, vt in c. ſicut ex litteris ꝟ. eod. colligitur, quod potiſsimum hoc tpe faciendum exiſtimo, antequã excõicentur, cum non ea ſit, q̃ olim ſpõſaliorũ religio, ex his, quæ Trid. Conc. ſtatuit de refor. matr. c.3. & libertas maximè cõmendatur in matrimonio, vt c.9. ſeſſ. 24. hr̃, ſententiaq; excommunicationis non ita de facili ſit proferenda, vt ſeſſ. 25. de refor. c.3. ead. Sinodus ſtatuit.

29 Quo ad perſonarum defenſionem, illud probatum eſt ſponſos teneri ẽt inuicem fidem ſeruare, & corpus ipſum à violatione illeſum alteri, tam quo ad carnale crimen, quam ad violationem perſonæ ſeruare, quod in c. quemadmodum. ꝟ. de iureiur. probatur, alioquin, primo caſu ex D. Seueri, & Antonini reſcripto in eos hmõi delictum vindicandum eſt, ad exemplum l. Iuliæ de adult. vt hr̃ in l. ſi vxor, §. diui, idq; ẽt in ipſos violatores locum hẽt, & ibidem hr̃, & in §. ſi minor ff. ad l. Iul. de adul. in qua tñ re non ineleganter à noſtris dubitatur, an ead. ſit pœna, an diuerſa, ſeu minor, in qua re Sannaz. in l. quæſitũ, §. ſi ſpõſa, nu. 2. ff. de priu. cred. quẽ ſecuti ſunt Couar. par. j. c. 1. nu. 8. & ſeq. & Cuchus hoc tit. nu. 5. & Felinus hic, fuerunt in ea ſñia, quod

30 non eadem ſit pœna, ſed diuerſa. Contrariam † verò ſñiam tenuerunt Bern. in c. quemadmodum verbo ſpõſam ꝟ. de iureiur. Panor. & Præ-

G 2 poſitus

poſitus in c.diſcretionem de eo qui cognouit cõſanguineam vxoris, Oldr.& Alber.in l.miles §.q uærebatur.ff.ad l.Iul.de adul. quam quidem ſententiam in puncto iuris veriorẽ ego arbitror, & ſi fortè à cõtraria ſententia in praxi non eſſet recedendum, eo quod mitior eſt, quæ in pęnalibus ſequẽda eſt,cap. odia de reg.iur.in 6.l. factum cuique ſuum §.in pęnalib.ff.de reg.iur.

Pro igitur poſteriore ſententia,quam amplectimur in puncto iuris, adeſt,& iuris diuini diſpoſitio, quæ à iure Pontificio recepta eſt, nec non à iure Ciuili comprobata.

31 Primo igitur id habemus Deut.c.22. ſi quidem ibi diſponitur puellam virginem,alteri deſponſatam,& violatam ab alio,& ipſam,& violatorem lapidibus obruendos,quemadmodum,& adulteri, vt colligitur Ioannis c.8.quam quidem ſentẽtiam comprobauit Greg.in c.qui deſponſatam 27.q. 2. in illis verbis,, ſi quis cuiuslibet hominis &c.

32 Iure autem Ciuili 2.confirmatur huiuſm.ſententia ex text.in d. l. ſi vxor §.D. Seuerus,& §.ſi minor, vbi habetur quod, & adulterium in ſponſa commiſſum vindicandum eſt,& pondero illa verba,, hoc id ẽ; nam eſt relatio ſimilium,& ſeu potius demonſtratio, & in d. §. ſi minor huiuſmodi delictum vti adulterium reputatur.

33 Tertiò huic etiam ſentẽtiæ ſuffragatur ipſius l.Iuliæ diſpoſitio,quæ refertur in l.hæc verba ff.eo.quæ & ſtuprum,& adulterium ſimul cõplectitur,& vtriuſque quodam modo eandem eſſe pęnam innuit promiſcueq; illam legem ſtuprum adulterium nuncupare,& adulterium ſtuprũ dicebat Papinia.in l.inter liberas §.1.ff eod.& Modeſt. in l.inter ſtuprum ff.de verb. ſign. & eandem etiam ſtupri in virginem pœnam l.diuina irrogatam probatur Deut. c. 22. neq; enim factũ eſſet, vt lex Iulia promiſcuè vnum pro altero ſumpſiſſet Καταχρηστικώτερον, ideſt abuſiuè aliquantum,ſi diuerſas inter huiuſm. delicta conſtituiſſet pęnas, qđ ſi id in ſtupro ſimplici locum habebat, quanto magis id

34 in deſponſata obſeruandum erat. Neq; † me mouet, qđ Iuſt. in §. itẽ lex in Inſt.de pub.Iud.tradidit,diuerſas eſſe pęnas ead.l.irrogatas ſtupri,& adulterij quandoquidem illam pęnę moderationem non l.Iul. de adult.conſtitutam eſſe arbitror, ſed alia l. Iulia, quæ de pudicitia inſcripta erat,quod etiam Ant.Aug.lib.de leg.in explicatione.l. Iuliæ de pudicitia tradidit: aliquando.n.confundebantur, vt quæ l. Iulia de adul.erãt ſtatuta,referrent ad l.de pudicitia,& ècõtra ſolumq; quo ad ius accuſandi diſtabãt,an iure mariti, an alio iure cõpeteret.

Quartò dato quod ſit diuerſa pęna, cum tamen D.Seuerus, & Ant. ad l. Iul.de adul.reſpexerint, vt colligitur ex illis verbis,, quia nec matrimo-

„ trimonium qualecunq; nec ſpem matrimonij violari permittitur, & „ eo reſcripto, iure ſponſi id competere determinatum ſit, quare apparet ad caput de adulterio loquentis dictæ legis reſpexiſſe Imperatores, vnde ſuccedit, & regula æquiparatorum in eo, in quo æquiparantur, iuxta tradita per ſcribentes communiter in l.j.ff.de leg. 1. Concludendum eſt eandem l.Iuliæ pęnam iure Ciuili irrogatam violatoribus tam ſponſæ, quam vxoris.

35 Neq; me mouet, quod huiuſm. coitus propriæ adulterium non ſit, vt in c.lex illa §.adulteriũ 36.q.1.d.l.inter liberas §.1. & l. ſtuprum, & l.ſi vxor, §.ſi quis vxore ff. eod. quod & Grat. in §. cum ergo 27. q. 2. tradidit, & gl.in c.ſi vero infra de ſen.excom.& latiſs.Couar.vbi ſup. nu.8.Bud.in d.l.ſi vxor, Alc.lib.diſpun.1.c.26.Valla Eleg. lib.6.c.45 adeo quod, de communi non ſit dubitandum, quia, & ſi crediderim eorum ſententiam veram, propriæ loquendo eſſe, & propterea d. l. ſi vxor, in §.ſi quis vxorem in illis verbis „ quia non cum ei nupta eſt, adulterium comiſit, & in d.§.ſi minor, ibi „ adulterium commiſerit, & ibi „ ex eo adulterio comiſit, interpretor iuriſcõſultũ Vlpianũ locutum eſſe more ipſius legis, hoc eſt promiſcè ſumendo vnum pro alio abuſiuè, vt dicebat Pap.in d.l.inter liberas, & Modeſtin. d.l.inter ſtuprum, ex hoc tñ non infertur, quin ead. non poſsit eſſe irrogata pœna, cum potiſsimum diuerſam ſtatutam non eſſe, ex reſcripto dictorum Imperatorum compertum non ſit; Crediderim tñ id locũ habere ſi virgo extitit, quæ deſpõſata fuerat, iuxta illa, quæ Deut.

36 c. 22.habẽtur; Hinc † fit, vt verum non exiſtimem, quod dicebat But. in c.1.ī de adult.vbi voluit pœnam illius c.eſſe impoſitam violatoribus ſponſæ alterius, quandoquidem ille tex.expreſſe refragatur dum inquit „ nondum deſponſatam.

37 Neq; gloſæ opinion in c.3. infra de ſent.excomm. dum voluit percutientem clericum inuentũ cum ſponſa apoſtolica abſolutione egere, ſi quidem cenſeo melius arbitratũ fuiſſe Couar. vbi ſupra nu.12. quod ẽt Cuch. ſentit hic nu.5. ſolius Epiſcopi abſolutionem ſuffice-

38 re, eod. † pacto, etiã optimè idem Cuc. reprobat illam cõem ſententiam, quã deffendit Mart.Nauarus in c.conſideret depęnit.diſt.5. quem refert, & ſequitur idem Couar. vbi ſupra nu. 14. Hanc huius ſtupri circunſtantiam non eſſe in confeſsione exprimendam, nam ob maioris pœnæ periculum, quæ capitalis eſt, videtur huiuſmodi circunſtantia aperienda, ſaltemq́ue ex eo, quod ſpes matrimonij violatur, & ſufficiens cauſa ad ipſa ſponſalia diſſoluenda præbetur, vt in d. c.quemadmodum ſupra de iureiur. habetur.

Quem-

Quemadmodũ, & illum peccare arbitror, qui alterius ſponſam in vxorem duxerit, licet adulterij pœnam non ſubeat, vt in l. miles §. quærebatur, ff. ad l. Iul. de adul. habetur; quia cauſam pręſtat, vt illa fidem violando à prima promiſsione recedat, ac mortale crimen committat, iuxta illa, quę ſ̄ declaraui in primo effectu huius ſecundi mẽbri.

39 Vlterius, ſecũdò caſu ſi occidatur ſpõſa teneri lege Pompeia de parricid. voluit Mart. in l. ſed ſciendum ff. ad l. Pomp. de parricid. qm̃, vt declaratur in l. pęnã parricidij §. qui alias d. tit. quod Conar. c. 1. in fi. primæ partis hic docet, lex Pompeia mitiorem pœnam ſtatuit, quàm more maiorum ſtatuta eſſet, ſolumq; pœna more maiorum introducta, in uere parẽtes locũ habuit ex recitatę Põpeię legis diſpoſitione.

40 Quo ad effectum reſpiciens obligationem perſonarum ratione conſanguineorum ipſorum contrahentium, his publicè honeſtatis iuſtitiæ impedimentum nuncupatur, quo impediuntur cõſanguinei contrahere matrimonium cum ſponſo, vel ſponſa ipſius ſanguine iuncti, quod impedimentũ adeo efficax eſt, vt etiam dirimat, ne dum impediat, nedum ſponſalia, ſed, & ipſum matrimoniũ ſi de facto contrahatur, filijque ſuſcepti à ſciẽter cõtrahentibus ſint illegitimi tanquam ex nullo matrimonio nati, c. ſpõſum infra eod. c. ſi quis primo, & ſecundo huius initij 27. q. 2. c. referrẽte infra qui filij ſint legitimi, c. porro. 35. q. 3. l. qui in adoptionẽ. ff. de adopt. l. ſi qua mihi, §. ſi vxor, ff. de ritu nupt. latè hic in ſum. Hoſt. §. quis ſit effectus, de quo effectu nonnulla, ẽt à nobis dicenda erunt infra c. ſeq. 5. & 6. art. Hic aũt quo adhunc effectum duo conſideranda ſunt, primum in quibus perſonis, ſeu in quo gradu locum ſibi vendicet hoc tempore.

Secundum in quibus caſibus, ſeu quo ad quę ſponſalia.

41 Quo ad primum, & ſi olim ita dijudicabatur, de hoc impedimento publicę honeſtatis iuſtitię, quod & de impedimento affinitatis proueniente ex ipſo matrimonio, de quo affinitatis impedimento ſequ. c. 5. & 6. art. dicemus, & nonnulla infra hoc c. ſeq. art.

42 Hodie autem primum tantum gradum conſanguinitatis non excedere ſtatutũ eſt p Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. matr. c. 3. qđ quidem, ità intelligẽdũ eſt, vt nemo de cognatione uiri, vel mulieris poſsit contrahere cum eo, qui alteri reſpectiuè in primo iuris Pontificij gradu fuerit iunctus, eodem modo nec ipſos contrahentes poſſe cum conſanguineis alterius eodem modo iuncti contrahere vt in c. iuuenis,

43 & in c. ſponſam infra eod. hr̃, & id quidem † intelligatur, quo ad collaterales, non quo ad aſcendentes, & deſcendẽtes, quia illi oẽs reputantur, ac ſi primo tantum gradu iuncti eſſent, vt habetur in §. ergo,

& §.

Digitized by Google

& §. ſi vxor in inſt. de nup. Rurſus id intelligere debemus, vt habeat locum etiam ſolutis prioribus ſponſalibus, quandoquidem illis ſubſiſtẽtibus duplex eſſet ꝓhibitionis cã, iuxta illa, quę ſupra diximus, quo ad contrahentium obligationem, vt in ſimili dicebat Iuſt. in §. ſocrum cum 3. ſeq. in Inſt. de nupt. licet illa non ſufficiat ad dirimendum matrimonium, vt ibi diximus.

44 His tamẽ, quæ diximus obeſt tex. in c. lex diuinę 27. q. 2. vbi licet ducere ſororem ſponſę, cui aduerſatur d. c. iuuenis. Verũ illam Bened. conſtitutionem abrogatam deinde Pontificis Eugenij conſtitutione apparet in d. c. iuuenis, quippe in prima Decret. cõpil. Bernad. Papienſis tit. ſeq. c. 1. illam retulerat, quæ deinde fuit omiſſa, tanquam abrogata, & vti quę nec vera continebat, in Gregorij compilatione, qua nunc vtimur, per D. Raym. ſiquidem nuperrimè à Sanctiſs. D. N. Clemẽte VIII. in Diuorum numerum dum hęc exararem relatus eſt, quamuis ille tex. loqui videatur, qđ ibi ſolus pater promiſerat, vt innuunt illa verba, cui primam iam decreuerat deſponſare.

45 Quo ad ſecundum quemadmodum olim res eſſet determinanda elegantiſsimè ſummi Pontif. noſtri Clem. VIII. pater Silueſter Aldobr. explicauit in §. ſi vxor in prima gl. in inſt. de nupt. cuius dicta etiam hodie deſeruire poterunt pro illis matrimonijs, quę contracta fuerũt

46 ante Conc. Trid. cum lex ad futura tantum trahatur: Dubitari † tamen poſsit ſi ſponſalia fuiſſent contracta ante Concil. Trid. poſt vero in caſu à Conc. permiſſo, ſed iure veteri prohibito contractum fuiſſet matrũm, an eſſet dirimẽdũ, & an adhuc duraret in eo caſu ꝓhibitio.

Dubitationem quippe faciunt Pij V. declarationes, quæ hodie habentur in c. 2. & 4. de conſ & affin. lib. 7. vbi declaratur cognationes ſpirituales, & affinitatem contractam ex fornicatione ante Conc. non impedire in caſibus ab eo permiſsis, & iure veteri prohibitis, quin matrimonium contrahi potuerit, & poſsit; ergo idem videtur dicendum in caſu noſtro, potiſsimum cum verba Conc. in d. c. 3. videantur referri etiã ad præterita, dũ inquit ,, iuſtitiæ publicæ honeſtatis im-
,, pedimentum, vbi & cętera prorſus tollit, quod ſi tollit, vtique tollit illud, quod aderat; in caſu vero cognationis ſpiritualis, & affinitatis iam dictæ, verba Conc. in futurũ omnino ſonare videntur.

Suffragatur, & ratio ipſius Conc. in illis verbis, ,, quoniam in vlterio-
,, ribus gradibus, iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſq; diſpen-
,, dio obſeruari, audiui tamen Pontificem noſtrum, eam Pij V. declarationem non fuiſſe ſecutum in cauſa diuortij, Henrici IIII. Francorũ Regis, & Margaritæ de Valois, quam primo in vxorẽ duxerat, propterea

pterea ego non auderem quicquam affirmare, niſi de conſuetudine quæ eſt optima legum interpres l.ſi de interpretatione, & l.maximè, ff. de legibus, ita obſeruaretur, vel non accedente ſummi Pont. declaratione, ſed quoniā raro id euenire poſſet, & ad ea, quæ frequentius accidunt maximè reſpiciēdum ſit, l. 3. cum ſeq. ff. de leg. Videamus quemadmodum iure nouo res ſe habeat, omiſsis his, quæ de incertis, & conditionalibus ſponſalibus, vbi vel certa, vel pura reddita non ſint, accipiamus tantummodo illam diuiſionem, quę ab eodémet Conc. hoc caſu refertur, ſiquidem de validis, & inualidis.

47 Quod igitur attinet ad valida, ſtatutum eſt durare hunc effectum in primo tantum gradu, vt ſupra dixi, ego tamen diſtinguerem, quod aut ſunt firmatæ copulæ interuentu, aut non primo caſu protenderem prohibitionem vſque ad ſecundum gradum, non tamen tanquā ex ſponſalibus prouenientem, ſed ex affinitate, ex illa copula cōtracta ſaltem tāquam fornicaria iuxta eiuſdem Conc. diſpoſitionē ead. ſeſſ. & tit. c. 4. quod idemmet de inualidis quacunq; ratione diudica-

48 rem, quę † inualida, vbi non eſſent firmata hoc pacto nullum amplius impedimentū poſſunt operari quacunq; ratione inualida ſint, vt ibidem diſponitur; de duobus tamen hic poſſumus dubitare. Primò de ſpōſalibus in diem celebratis, quoniam illa videntur ſub tacita quadam conditione celebrata, ſi ille intra certum tempus nupſerit, verū hanc propriè non eſſe conditionem, & ſponſalia valida eſſe ſupra diximus 3. art. 2. quęſt. quoniam obligatio eſt pura, dilatioq; eſt in modum finiendæ non differendæ obligationis, propterea crediderim ex eis adhuc durare impedimentum in gradu iam dicto, vt habetur in c. ſicut infra eod.

49 Secundò dubitari poſset, num ſponſalia contracta ante pubertatem habeant hunc effectum, quoniam ab illis licet recedere, poſt pubertatem, verum in hac quoque dubitatione cenſeo determinandum, habere; neq; .n. inualida hæc ſponſalia diiudicātur; ſequereturq; ferè innumerabilium iuriū correctio, neq; valet huiuſmodi argumentum, licet à ſponſalibus recedere, ergo ſunt inualida, quia multę ſunt cauſæ, ex quibus etiam valida ſponſalia irrita reddi poſſunt de quibus infra ſeq. art. dicemus.

50 Sed maius dubium eſt, an correcta ſaltem ſit diſpoſitio c. iuuenis J. eod. vbi ſponſalia fuerunt contracta vno exiſtente, intra ſeptēnium, & tamen ibi diſponitur ex illis oriri hunc effectum, in qua re primo animaduertendum eſt ad illa, quæ diximus ſupra in perſonæ circunſtantia, an malitia ſuppleret ętatem, vel an tacitè ſint cōfirmata poſt

exceſ-

exceſſam infantiam; Nam hiſce duobus caſibus crediderim locũ hře hmói impedimẽtum, ſponſalia quippe valida dijudicaré, vt ibi dixi. Sed dubium eſt, vbi prędicta non concurrerent, ſolaq; puella fuiſſet tentata, vt ibi vř caſus; ſi tamẽ rationes illius tex. perpẽdamus, vtiq; illud procedit ibi ea ratione, quia dubium erat, num ex parte ipſius minoris ſponſalia eſſent valida ob præſumptam malitiam, vel præſumprũ conſenſum poſt ætatem completam, etiam ex illis verbis „ quia ipſa „ coniux ipſius fuiſſe dř, ex quibus eliciturvehementem præſumptionẽ affuiſſe, quod illa puella fuerit ſpõſa, & ſic quod ſponſalibus conſenſerit, & conſenſui præſtando apta eſſet, quod optımè opinatus eſt ibi Bern. quicquid nonnulli illum mordeant, ſiquidem præſumptiuè loquitur, non quod ibi id expreſſe conſtet, malitiam ętatem ſuplere, &

51 ſecundum hunc ſenſum nõ erit correcta dicta decretalis: poſſet † quidem dici correcta diſpoſitio, c. litteris ĭ. de deſpon. Impub. vbi ex ſolo aduentu ętatis valida effici ſponſalia dicitũr, quo ad puberem, ſeu eum qui contraxit ſeptẽnio maior, quo ad hunc effectum; ſiquidẽ neceſſarium exiſtimo, quod tacitè, vel expreſsè is qui factus eſt ſeptẽnio maior conſentiat, cum abſq; eorum conſenſu ſponſalia non contrahantur, de quorũ nuptijs agitur, l. ſponſalia, l. in ſponſalibus prima huius initij, ff. eod.

52 Vlterius id intelligendum eſt quo ad ſponſalia, quæ de futuro ſunt contracta, non de præſenti, vt declarauit Pius V. in c. 2. eod. in 7. ex hac declaratione, de eo impedimẽto publicę honeſtatis, quod ex matrimonio oritur dicemus ĭ. c. ſeq. Hic autem poſſet dubitari de illis, quæ quidem expreſsis verbis de præſenti contrahuntur, iuris tamen interpretatione in futurum ſonant, & in eis locum habere Conc. diſpoſitionem cenſeo, non obſtante dicta declaratione, quoniã ibi ſum. Pont. illud tum demum verum exiſtimat, cum non in terminis ſponſaliorum, verè ille actus permaneat, ſed matrimonium verè eſt, vt colligitur ex illis verbis „ matrimonia per verba de pręſenti cõtracta, & ibi „ cum lõge maiorẽ prohibitionis rationem in matrimonio, &c. hinc colligere poſſumus illa omnia ſponſalia, à quibus ex cauſa licet recedere, ſi tamẽ ab initio valida fuerunt, hunc effectum habere, ſecus ſi inualida aliqua ratione dijudicentur.

53 Quo ad intereſſe pecuniarium, iſtud prouenit, vel ex rerum datione, quæ interuenit in ipſis ſponſalibus, de qua diximus ſupra in rei circunſtantia, vel ex ſola promiſsione. Res autem, vt ibi dixi, dabantur, vel pro fidei ſecuritate, vti pignora, vel arræ, vel pro aperiendo maiori conſenſu, vti munera, vel dos.

Quo ad eas res, quæ pro fidei ſecuritate dabantur, ſiue pignora, ſiue arræ, nam vti ſynonima dijudicantur l. 1. vbi Bald. C. ſi rector prou. vel ad eum pert. c noſtrates 30. q. 5. is eſt effectus ſecundum iuris Ciuilis diſpoſitionem, qui nec iure pontificio improbatur, vt eas res, vel tantundem is lucretur per quem nō ſtetit quo minus matrimonium ſe-
54 quatur, vt in l. 3. & in l. fi. C. eod. hic † tamen excutiendum eſt, quando demum is effectus locum habeat.

In qua re primo diſtinguendum cenſeo, quod aut in traditione rei appoſita eſt aliqua lex, ſeu pactum, aut non.

Primò caſu, aut lex non eſt improbata à Iure, & tunc prout dicta eſt ſeruari debet, l. in traditionibus. ff. de pact. hinc ſi cautum ſit, vt ſint recipientis etiā ſecuto matrimonio, ita ſeruandum erit, vt in ſumma hic nu. 3. Hoſt. tradidit; Aut eſt improbata, puta, quod cautum ſit, qđ vltra datum quadruplū ſoluatur, nam tunc non valet, cum d. l. fin. prohibitum ſit ſtipulari vltra quadruplum eo computato qđ datum eſt.

55 Secundò vero caſu, aut ſequitur matrimonium, aut non, ſi ſequitur dubitatur an acquirantur per eum cui dantur, & dubitationem faciunt primo loco tex. in d. l. 3. C. eod. vbi dicitur, quod arræ veniunt reſtituendæ danti, ſi ſponſus, ſponſauè decedant ante celebrationem matrimonij, ergo à contrario ſenſu non reſtituuntur ſi matrimonio contracto alter eorum deceſſerit, quod argumētū in iure firmiſsimū eſt, l. 1. §. huius ſtudij ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. cū cōcordant.

Secundò, quia ęqualitas inter contrahentes ſeruanda eſt, l. ſi id quod §. fin. ff. de verb. oblig. at ſi is, qui recepit nolit contrahere tantundē reſtituere tenetur, & receptum, quod danti acquiritur, vt in ſ. citatis iuribus habetur, ergo dicendum videtur, quod ſi adimpleat illud lucretur, vt ſub contraria conditione contrarium promiſſum intelligatur ratione dictæ æqualitatis ſeruandæ, his tamen non attentis contrarium verius eſt, quod probatur.

56 Primò, quia arræ, ſeu pignora in quocunque contractu, dantur tantummodo ad hoc, vt ſi ille, qui dedit nolit fidem ſeruare, quod illas in pœnam amittat, & ſi velit arræ reſtituantur, vel in pretio imputentur, quod explicat notabiliter tex. in l. ex empto §. is qui vinum ff. de actionibus empti; ſed in caſu noſtro, vbi alius lucraretur, & ſi is qui dedit contraheret, ſequeretur illud abſurdum, quod iſte, qui dedit adimplendo ita plecteretur, ac ſi ipſas nuptias non contraxiſſet, contra naturam ipſius contractus, & contra etiam rationem, qua factum eſt, vt huiuſmodi amiſsio, & lucrū fiat, vt homines alliciantur ad matrimonium contrahendum, & deterreantur à fide non ſeruanda, pro-

propterea

pterea nulla adeſſet maior ratio alliciẽdi contrahentes, vel deterren di potiſsimũ dantem, ſi vtroq; caſu, idem eſſet effectus, præterea animaduertendum eſt, quod ibi lex non diſtinguit, nec de dante, nec de recipiente defuncto, neque de ſponſo, neque de ſponſa, vnde intelligi debet de lucro faciendo tam à dante, quam à recipiente, clarũ autem eſt dantem nil lucrari, ſi matrimonium ſequatur, ergo nec recipiens quid lucrari debet, tum vt æqualitas ſeruetur, de qua in ſecundo contrario dixi, & Arg. ab æquiparatis in eo in quo æquiparantur, de quo per ſcribentes in l. 1. ff. de leg. 1.

57 Secundò. quia in pœnalibus ſtricta eſt facienda interpretatio, c. odia de reg. iur. in 6. l. factum cuiq; ſuum §. in pœnalibus ff. de reg. iur. cũ ſim. at arrarũ, ſeu pignorum amiſsio ſtatutum eſt vt fiat tantummodo, qñ per illum ſtat, qui dedit, ſi nõ contrahat, lucreturq; ſi per aliũ, ſiue à ſpõſo ſponſę, ſiue à ſpõſa ſpõſo data ſint, vt expreſſe determinat tex. in d. l. fin. C. eo. ergo vltra caſus exp̃ſſos nulla faciẽda eſt extẽſio.

58 Non obſtant modo in contrarium deducta, ſiquidem argumentum à contrario ſenſu, quod ex d. l. 3. deducitur non rectè deducitur in hũc caſum, qm̃ ibi ꝓbatur defuncto alterutro eorum ante cõtracta ſponſalia arras reſtitui, vnde argumentũ iam dictum poteſt altero de duobus modis deduci, primo non defuncto ante contractum matrimonium non reſtitui, ſiquidem ſupponendi ſunt ijdem termini in caſu contrario, vt contraria ſit in eo ratio, iuxta illa, quę declarat Bart. in l. 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.

Secundò quod defuncto poſt matrimonium ſecutum non reſtituantur, ſed in hoc caſu ceſſat cõtraria ratio, cum eo ipſo quod contraxit eadem ratio ſubſit, vt veniant reſtituendæ, ẽt per regulam quod contrariorum ead. eſt diſciplina per rationem ſ. probatã, pręterea, vbi neuter eorum defunctus eſt, tunc habemus legem hunc caſum aliter diſtinguentem in d. l. fin. quo caſu non procedit argumẽtum à contrario ſenſu; cum attendatur in caſu contrario expreſſa iuris diſpoſitio, ne ſequatur legum correctio, & abſurdum.

Non obſtat ratio æqualitatis ſeruandæ, quia in eo eſt æqualitas, vt non adimplens puniatur, adimplens vero lucretur, qđ ſi vterq adimplet, iã vterq; idem lucrari debet, & ſic ex mutuo lucro fit compenſatio, vt nemo in alterius præiudiciũ lucretur, alioquin eſſet inæqualitas, & ſic huiuſmodi argumentum retorqueretur, vt & ſ. dicebã.

59 Quo tãmẽ ad huiuſmodi arras, in hoc caſu Accur. in l. titia, ff. de verb. oblig. quem ſecutus eſt Hoſt. hic ſub nu. 3. fuit in ea ſententia, vt ipſę arræ remaneant penes ipſos coniuges, & illis in communione fruan-

tur,donec diſſoluebatur matrimoniũ,quod ét probauit idem Accur. in l.2.C.de inut.ſtip.per tex.in l.ea quæ ff.de donat.inter vir.& vxor. verum ille tex hoc non probat, & fortè iure probata non eſt eorum opinio, magna tamen eſt Accur. & Hoſt.auctoritas.

60 Si non ſequatur matrimoniũ,tunc aut id euenit ex cã extrinſeca neceſſaria,abſque eo qđ aliquis eorũ diſſentiat,aut ex diſſenſu alicuius. Primo caſu, concludendum eſt,huiuſmodi effectum locum habere non poſſe,quia tũc nulli imputari id poteſt, vt probatur in d.l.3. & in d.l. fin.C.eod.qui tex. nullo modo diſtinguit, & ferè omnes caſus refert,

61 quemadmodum id euenire valeat. Propterea † non cenſeo recipiendam Accurſ. declarationem ibi verbo tantundem,quod ſi ſcienter id datum ſit,videatur ab eo amiſſum, qui dedit,& per conſequens, aliũ ignorantem id lucrari ea ratione,qđ videatur datum ob turpem cauſam,quo caſu potior eſt rõ poſsidentis, vt probatur in l. penult.ff.de condic. ob turpem cauſam, & pro hac ſententia videtur tex. in l. cũ

62 hic ſtatus §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Nam † multipliciter Reſpondeo,primò,quod ob affectatum matrimonium potius dicitur in nullam, quam in turpem cauſam datum, nulla enim non turpis cauſa eſt expreſſa,vt probatur in l.1. C.de condic.ob cauſam,vt in ſimili dicunt Doct.in rubr.ff.ſolut.matr.

63 Secundò,quod non videntur omnino improbari ſponſalia,licet matrimonium ſequi non poſsit, ſed tum demum dara ob matrimonium nullum ex cauſa delicti contrahendum,Fiſco applicantur,ſi ſequatur matrimonium, vt expreſſe inquit tex.in d.l.cum hic ſtatus §. fin. vnde apparet, non rectè d. l. ſenſum Accurſ. percepiſſe, quod etiam probatur in l.ſi adulteriũ vbi Bart.ff.ad l.Iul.de adult. in l. qui contra vbi Salic. C.de inceſt.nupt.c. & ſi neceſſe ẽ. de donatio.inter vir. & vxor. Sannazarius in rubr.ff.ſolut.matr.nu.29. & ibi Alc.nu.22.& fortè illud addi poſſet vtiq; ſponſalia inter iſtos poſſe tolerari, ſi ſequatͬ hinc inde votum perpetuæ caſtitatis, vt de virginis ſponſalibus dicitur in c.Beata Maria,c. coniux, c.ſeq 27.q.2. Iuo p.8. c.14. vel donec contingat eos per ſummum Pontificem habiles ad matrimonium contrahendum reddi, quod ſentiunt in dictis locis doctores,cum primo caſu poſsit vti; ſoror haberi.

64 Tertiò quia Fiſci ius,cum ſit ius tertij, non poteſt à poſsidente opponi, vt probatur per glo.in l.is conſequenter,per illum tex.§.fin. ff. fam.ercif.Card. in d.c.& ſi neceſſe,facit tex.in l.2.ff.ſi ager vectig.vel emphit.pet.notat Bart.in l.2. ff.de exceptio.rei iud. cum alijs citatis per Sannazarium, & Alc. vbi ſupra, & numeris antecedentibus.

65 Si

65 Si alicuius, tunc vel vtriuſq; diſſenſu, vel vnius tantum, ſi vtriuſquè, idem cenſeo dicendum, quia id fit l. permittente, vt in c. 2. ꝟ. eod. quo caſu pęnam non meretur, l. graccus C. ad l. Iul. de adult. & quicquid ſit paria delicta mutua compenſatione tolluntur, & nil doloſus doloſo, nil Catilina Cęthego, c. fi. ꝟ. de adult. & c. ſignificaſti ꝟ. de diuor. cum enim vterque amittat, vterque lucretur, in ea cauſa ſunt, vt ex mutua compenſatione efficiatur, vt neuter amittat, et neuter lucretur, vt ſupra diximus in primo caſu, quando ſequitur matrimonium.

66 Si vnius tantum, tunc vel is habet iuſtam cauſam recedendi, vel non; ſi habet, vel id prouenit culpa, & defectu alterius, vel citra alterius culpam; ſi prouenit ex alterius culpa, id poteſt conſiderari, vel ex delicto ab eo perpetrato, quod efficit, vt iuſta dicatur diſſolutionis cã, vel ex dilatione commiſſa in cõtrahendo matrimonio. Si ex delicto, cenſeo ego, ne dum iſtum impune contrahere, ſed etiam arras lucrari, quoniam is in ea cauſa eſt, vt matrimonium contractum non ſit, & is damnum dediſſe dicitur, qui cauſam damni dat. Caſus autem, qui poſſunt conſiderari in hac ratione, erunt exprimendi, ꝟ. ſeq. art. ita probatur, in l. vnica C. ſi rector pro, vel ad eum pert. ſponſalitias arras dederint, licet ibi ſimus in cauſa exiſtenti non autẽ in cauſa ſubſecutiua; Hæc tamen exiſtens cauſa, non operatur diſſolutionem de neceſsitate, ſi quidem pendet à voluntate tantũ eius, qui cum rectore, vel ad eum pertinentibus, eiuſdem tamen rectoris opera contraxerunt, vt in fine d. legis habetur. Huic tamen reſcripto Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij, aduerſatur Pauli reſponſum lib. 2. ſent. l. ſi quis officium ff. de ritu nupt. vbi arras reſtituendas eſſe diſponit; inquit enim „ liceat ei hoc facère, arris tantummodo reddi-
„ tis, quas acceperat, quam legẽ adeo contrariam exiſtimauit Bald. in d. l. 1. vt illam iure veteri procedere dixerit, reſcriptum vero iure nouo; Huicque Baldi opinioni ſuffragatur temporum ratio, ſiquidẽ temporibus Aurelij Alex. Seueri Imper. ſcripſit Paulus, vt docet Alc. in l. 4. §. Cato ff. de verb. oblig. & longe poſt id ſtatuerunt Grat. Valent. & Theod. quos conſtat fuiſſe Imperatores 150. annis poſt Alexandrum. Hanc tamen opinionem non recipiendam eſſe defendit Franciſcus Grat. de conciliatione legum ff. & C. lib. 1. nu. 1. cum pluribus ſeq. Accurſ. autem vtroq; in loco, multas attulit diſtinctiones, quę forte diuinatione carere non videntur, quarum prima ea eſt, vt d. l. ſi quis officium intelligatur redditis arris ſponte ſua, quæ expoſitio, præter quod diuinatione non caret, eſt contra expreſſam legis diſpoſitionem, quandoquidem illa verba meram diſpoſitionẽ important,

Digitized by Google

portant, quod ſi in arbitrium conferrerentur vtique fruſtra appoſita fuiſſent, quæ ſuperfluitas eſt euitanda, vt in §. quibus primę C. conſtitutionis habetur.

Eodē modo, & ſecunda quando adhibuit minas in contrahendo, ſiquidem d. l. prima ſolum conſiderat qualitatem officij, num ex ea poſſit inferri terror contrahentibus, & ſic potentiam, non actum, inquit enim „ pōt eſſe terribilis, ſic nec tertia, quod Pauli reſponſum procedat, ſi poſt finem officij diſſoluantur, d. autē l. 1. ſi durante officio, qui ſenſus, ad d. l. 1. vt dixi diuinatione non caret, præterea iſtud eſt diuerſificare caſus, nec afferre diuerſitatis rationē, quoniam clarum eſt, non ita de facili illos poſſe declaraſſe voluntatis mutationem, tum cum adhuc adeſt terror, vnde iſte caſus de raro contingere poſſet: vnde eſſet maxima reſtrictio ad illum textum, cum leges ad id, qđ frequentius accidit maximè reſpiciant, l. 3. cum ſeq. ff. de legibus.

Ego quidem cenſeo, veram eſſe Baldi ſententiam, quod Imperatorum reſcriptum corrigeret illud, quod prius obſeruabatur, dum inquit „ iubemus, vt deinceps, quaſi innuat aliter prius ſtatutum fuiſſe, & diſpoſitionem Pauli, & iuris veteris, ſolum in caſu vltimo, in d. l. expreſſo locum habere voluerūt, vt poſt finem officij accedente mutuo conſenſu matrimonium poſsit contrahi, ſaluandos tamē eſſe compilatores ab huiuſmodi antinomia eo diſtinctionis fędere eſſe cenſeo, quod vtramq; legem poſuerint, quia vtraq; in ſuo caſu uera eſſe poſ-

67 ſit. Nam † diſpoſitio Pauli poteſt intelligi, quando ſponſalia ea lege contracta ſunt, vt finito officio mulier, quæ promiſit contrahere poſſit, arræque datæ ſint ab ipſo rectore, vt ſe ipſum tātum adſtringeret, Imperatorum autē reſcriptum intelligatur quando ſimpliciter ſponſalitias arras dederit, ſeu ſponſalia contraxerit, ne dum vt ſe ipſum obligaret, ſed & ipſam mulierem adſtrictā eſſe voluerit, ob dupli pęnam, qui quidem ſenſus ex verbis ipſarū legum facile colligi poterit.

68 Ex dilatione autem cōmiſſa in contrahendo matrimonio, tunc, aut fuit præfixum tempus ab altero contrahente, aut non, ſi fuit præfixum tempus, nec per ipſum ſtetit qui præfixit, labaturq; illud tempus, quod alius non contraxerit, licet expreſſe non denegauerit, & pręfigens ſit ille qui recedat, crediderim eum quoquè hoc caſu arras lucrari: moueor ex tex. in c. ſicut ex litteris ȷ. eod. quia culpa alterius id factum cenſetur qui intra promiſſum tēpus non contraxit, in hunc enim caſum videntur deductę ſtipulationes, prętérquàm ſi alter fuiſſet legitimo impedimento detentus, arg. l. ſæpę. ff. eod.

69 Si verò non fuit præfixum tempus, tunc aut alter factus eſt omnino abſens,

Digitized by Google

abſens, vel non. Primo caſu idem cenſeo dicendum, niſi prius per præſentem ſtetiſſet, vt in caſu c. de illis ij. eod. cum ex huiuſmodi abſentia diſſolutioni cauſam præbeat.

70 Secundo autem caſu, vbi poſſent ex lapſu temporis diſſolui, nec alter expreſſe diſſentiat, de qua re infra ſeq. art. dicemus, cenſeo arras reſtituendas, ſimpliciter tamen, nec huic effectui locum eſſe, arg. tex. in l. 2. C. eod. l. liberum C. de repud. l. ſæpe ff. eod. iure nempe pontificio, perpetua eſt obligatio, donec alter expreſſe deneget, quicquid de iure Ciuili aliter ſtatutum ſit, vt infra dicemus.

71 Si vero proueniat ex iuſta cauſa, citra tamen culpam alterius, tunc etiam huic effectui locus non eſt, ſed ſimpliciter tantum arræ ſunt reſtituendæ, vt probatur in d. l. fin. in §. his adijcimus C. eod. neq; enim per diſcedentem ſtetiſſe dicitur, cui licuit recedere, neq; per alium, cui nulla culpa adſcribi poteſt.

72 Si nõ habet iuſtam cauſam recedendi is qui expreſſe declarat ſe nolle contrahere, tunc vel fuit perfectæ ætatis annorum nempe 25. tum cum recepit, vel dedit, vel minor.

Primo caſu locum effectus habet, vt in d. l. fin. diſponitur.

73 Secũdo caſu, tunc iure Ciu. ita diſtinguebatur, quod aut traditæ fuerunt patri, matriuè, vel auo, vel ei, in cuius poteſtate erant, ſiue ſimul cum ipſo minore, ſiue ſeparatim, qui parentes maiores erant iam dicta ætate, aut fuerũt traditæ ipſi minori, ſeu eorũ tutori, vel curatori.

Primo caſu locum effectus habet, in qua tamen re illud valde mirandum eſt, quod de matre dicitur, quia neceſſe eſt, ſi filia ſuum obligare non poteſt, potiſsimũ ſi mater ſeparatim recepiſſet, vt videtur ex d. l. probari, quod, mater de proprio ſoluat, & tamen ipſa nullum lucrum percipere poſſet, cum filiæ quærantur arræ, ſi per alium ſtaret, contra illam regulam, quod eum ſequi debent incõmoda, quem ſequuntur commoda. c. qui ſentit, de reg. iur. in 6. niſi intelligamus matri acquiri, vbi per dantem ſteterit, vel id tolerari, quod matris potiſsimũ voluntate diſſoluta tunc eſſe dicantur, quia filia non ſoleat ab eius voluntate recedere; ſecundo vero caſu locum effectus non habet d. l. fi.

74 Hodie vero cenſerem ſufficere ętatem, quæ matrimonio apta eſt, vbi parentes nõ haberet, cũ iure pontificio, tunc irreuocabilia ſint ſponſalia, & idem dijudicetur de illis, ac ſi maiores 25. annorũ contraxiſſent, vt ſupra in perſonali obligatione diximus, poſſetquè habere locum, ſi poſt quam vnus diſſenſit, alter omiſſa coactiõne ad huiuſmodi arrarum conſecutionem, ſeu retentionẽm ſibi adiudicandum agat, nolitq; alium cogi, crediderim tamen re integra poſſe primo loco recedentem

cedentem adhuc contrahere, neque effectui iam dicto locus eſſet.
75 Quo vero ad munera, & dotem, ad eius dationis validitatem conſideratur an ſponſalia ſint cõtracta, nullis enim ſponſalibus contractis inualida eſt eorũ datio, vt probatur in l. cum hic ſtatus §. ſi quis ſponſam. ff. de don. inter vir. & vxor. ſic & nuptijs cõtractis, dicto §. ſi quis ſponſam, & recitata munera propter nuptias donationes nũcupantur, vt in l. fin in princ. ff. de donat. ante nupt. qualiter autem lucrum ex eis proueniat, ſic diſtinguitur, quod vel ſequebãtur nuptię, vel nõ.
Primo caſu, vel ſimpliciter dabantur ipſa munera, & tranſibant in donationes propter nuptias, & de eis idem dijudicabatur, quod, & de dote, vt ſtatuit Iuſt. in d. l. fin. cum authenticis ibi poſitis C. de donat. ante nupt. vel fiebat donatio, quę cõferrebatur in diem matrimonij, & tunc tranſeunt in vim donationis inter virum, & vxorem, vt in d. l. cum hic ſtatus, §. oratio verſ. ſi ſponſus ff. de donat. inter vir. & vxor.
76 Secundo caſu, tunc id proueniebat, vel ex aliqua cauſa neceſſaria, ex qua matrimonium ſequi non poterat, vel ex alicuius diſſenſu. Si ex cauſa neceſſaria, vel ex morte, vel ex alio impedimento, ſi morte reſtituuntur huiuſmodi munera, vt probatur in l. cum veterũ C. de donat. ante nupt. præterquam ſi à ſponſo ſponſæ eſſent data, & ſponſus eam oſculatus fuiſſet, hoc enim caſu dimidium eius quod datũ erat, ſponſa, eiusuè hæredes lucrabantur, vt in l. ſi ſpõſo C. eod. tit. de don. ante nupt. ſi ex alio impedimento, vel tale erat, quod prouenit à legis prohibitione ratione delicti prouenientis ex qualitate perſonarum, aut aliunde proueniebat.
77 Primo caſu à fiſco, tanquam ab indignis auferuntur ſi tamen de facto matrimonium contraxerunt, d. l. cum hic ſtatus §. fin. in fine; vendicanti tamen donatori crediderim hanc exceptionẽ opponi non poſſe, vt & de dote dicitur per DD. potiſsimũ per ſ̃ citatos in Rubr. ff. ſol. matr. & de arris ſupra diximus, tanquam in nullam cãm donata.
Secũdo autem caſu, datur repetitio tanquam, vt dixi, in nullam cauſam datum, vt probatur in d l. cum hic ſtatus §. ſi quis ſponſam, & in d. l. veterum C. de donat. ante nupt. & in l. quæſitum §. ſi ſponſa ff. de pri. cred. & iſtis caſibus à pari procedunt dos, & munera.
78 Alicuius autem diſſenſu, tũc quo ad dotem dabatur etiam repetitio, tanquam cauſa data, & cauſa non ſecuta, vt probat tex. in d. l. quæſitum §. ſi ſponſa ff. de priu. cred. vbi Sannazarius.
Quo vero ad munera, poſſunt conſiderari illi omnes caſus, qui ſupra in arrarum datione perpenſi ſunt; ſolum ea differentia eſt, an vno, vel altero modo datæ ſint res, qđ munera, ſi ſtabat per dantem lucrantur à recipiente,

recipiente, ſi vero per recipientem ſimpliciter reſtituuntur, nil autem additur, vt in arris contingit, idq; probatur per tex. in d. l. cum veterum. Ratio differentię ni fallor ea eſt, quod arræ dantur vtroq; conſentiente, & promittente, vt ex iuribus ſupra cit. colligi pōt, munera vero proficiſcuntur à ſola dantis voluntate, propterea ſat erat, quod recipiens renuncians nuptijs, remitteret ipſa munera.

79 Ex ſola autē promiſsione intereſſe pecuniarium in ſpōſalibus conſideratur, vel quod in ſpecie, ſit in earum contractu, appoſita aliqua pœna ei, qui contrahere noluerit, vel quod nulla ſit appoſita.

Primo caſu conſideratur an in euentum conditionis pœna debeatur, ſecundo vero caſu an agi poſsit ad intereſſe.

80 Quo ad pœnam, videtur dicendum nil poſſe pœnæ nomine conſequi à contrahentibus, cum ſit tam à iure Pontific. quam Cæſareo prohibita, vtpotè contra libertatem matrimonij, & cōtra bonos mores appoſita, prout iure noſtro habemus tex. in c. gemma ꝟ. eod. Iure Cęſareo in l. fin. C. eod. l. 2. C. de inut. ſtip. l. 2. C. de repud. l. Titia vbi Bart. & l. ſtipulatio hoc modo, & l. ſi ita ſtipulatus 3. huius initij §. ſi tibi nupſero ff. de verb. oblig. l. neque ab initio. C. de nupt. cum ſim.

81 Hanc autem concluſionem vtroq́ iure verā eſſe exiſtimo, vbi vtroq; iure ead. ſubeſt ratio libertatis recedendi à ſpōſalibus, vt contingit quando ab impuberibus contracta ſunt ſponſalia, quo in caſu loquitur tex. in d. c. gemma, ibi enim erant contracta à ſeptennio minoribus, & ſic ab illis, qui nondum perfectam intelligentiam, ac perfectum conſenſum habebant, quo ad quos adhuc durant iam dictæ rationes; quia impediretur libertas, cum iſtis liceat perfectæ ætatis factis recedere; vt ſupra diximus: ille .n. conſenſus perfectus conſenſus non eſt, & eſſet contra bonos mores, vt is, qui nondū conſenſum aptū hēt ad nuptias contrahēdas pęnę noīe ad ipſas cōtrahēdas obligaret.

Sed vbi diuerſa eſt ratio libertatis inter ius noſtrum, & ius Cæſareum, vt cōtingit, quando puberes ſunt, quo caſu iure ciuili liberum erat ēt recedere, l. 1. C. eodem, iure autem pontificio omnibus modis inducendos, & cogēdos eſſe ſupra probauimus, propterea ego ſemper fui in ea ſententia, vt hoc caſu, huiuſmodi pœnæ appoſitio valeat, & ſit ſeruanda, quicquid cōmunis ſit in contrarium, vt per Cou. par. 2.

82 cap. 3. §. 7. num. 5. Moueor primo † ex illis, quæ ſupradixi, quod huiuſmodi cōtrahentes poſſunt cogi, etiam per excommunicationis ſententiam, vnde multo magis poſſunt cogi per pœnę irrogationem, quoniam prius per multas pecuniarias eſſe cogendos laicos, quā excommunicandos ſtatuit Sin. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 3. ſi igitur poteſt

cogi per pęnas à iudice impoſitas ex legis diſpoſitione, multo magis debet poſſe cogi per pœnas à parte appoſitas, ex maioritate rationis, argumento authenticæ multo magis C. de epiſc. & cler. cum ſim. maioritatis aũt ratio deducitur, quia illæ quæ ſunt appoſitæ ex legis diſpoſitione per Iudices, citra partis volũtatem appoſitæ ſunt, quæ aũt ex cõuentione, in illis concurrit partium volũtas, vnde ſi inuiti obligantur multo magis volentes obligari debent, cum durius agatur cum homine, quam cum lege, vt infra in explicatione c. primi dicam d. l. fin. C. eod.

83 Secundo poſſumus argumentari à ceſſante cauſa, & rõne, argumento c cum ceſſante ſupra de appell. l. adigere §. quamuis ff. de iure patr. ex c. de illis primo huius initij, infra tit. 1. cum ſimil. non tantum quod ceſſet libertas, vt ſupra dixi, quantum qđ id non fiat lege permittẽte, & graue delictum is cõmittat, qui fidem hoc caſu frãgit, vnde, & pęna infligi poteſt ſumendo argumẽtum à cõtrario ſenſu ex l. Graccus C. ad l. Iul. de adult. & quod ſi pœna in quocunque contractu toleratur vbi à iure improbata non eſt, multo magis id tolerari debet, vbi committitur delictum, prout probatur in l. 1. ff. de pact. in l. 4 §. Cato, ff. de verbor. oblig. in c. 1. ſupra eod. tit de pact. cum concordantibus, quia vbi delictum ibi pœna infligi debet, argumento tex. in c. ex litteris ĵ. eod. hinc fit, vt in puncto iuris hanc ſententiam veriorem eſſe cenſeam, licet in Praxi durum eſſet recedere à priore ſententia, vti illa, quæ communiter probata eſt ab omnibus; quam veram, & ipſe quoq; cenſerem, quando aliqua probabilis cauſa recedendi adeſſet, iuxta illa, quæ ſupra de arris diximus, & infra ſeq. art. declarabimus, vel vbi maxima eſſet pœna, quod arbitrio iudicis permitterem inſpecta qualitate perſonarum, num ea eſſet vt libertas matrimonij tolleretur, per iam dicta.

84 Hic etiam quærunt noſtri, quænã ſit ratio diuerſitatis, vt arris datis, poſsit tantundem peti, ipſæque amitti, ex legis diſpoſitione, ex conuentione autem poſſumus earum ratione etiam quadruplum ſtipulari, vt in d. l. fi. C eod. pœnæ autem etiam ſimplici locus non ſit iure Ciuili, in qua re varias afferunt noſtri ſolutiones, verum omiſsis ſuperuacuis ego credo, quod nulla poſsit aſsignari magis concludẽs ratio diuerſitatis, quàm quod ex traditione arrarum, earumque receptione arguitur maior conſenſus contrahentium, quam ex nuda promiſsione, facile enim homines ad promittendum allici poſſunt, ſed non ità de facili ad tradendum, vnde cum tradunt magis deliberato animo id facere dicuntur, & voluntas alias variabilis magis iu-

ris

Digitized by Google

ris neceſsitati obligatur hinc videmus, quod cōtractus correſpectiui, in quibus iure Ciu. re integra locus eſt pœnitentiæ, ſi ſequatur ex parte vnius adimplementum irreuocabilis efficitur, ex eoque actio præſcriptis verbis datur l. 1. §. item emptio ff. de rerum perm. & l. naturalis ff. de præſ. verb. l. iuris gentium §. ſed cum nuda ff. de pact. cum ſim & licet in recipiente, hęc ratio non videatur ſubſiſtere, ſubeſt tamen ratio maioris ingratitudinis, quippe qui vidit dantem ita deliberato animo arras dare, & certus ſit recipiens eum nō modico deſiderio flagrare; credendum eſt, & ipſum ſaltem antidorali obligatione compulſum eod. mentis affectu recipere, quamobrem ſi recedat, vel ex eo quod ingratus exiſtit, vel ex eo, quod aderat magis perfectus conſenſus cum grauius peccare dicatur debet poſſe puniri.

85 Suffragatur ratio æqualitatis ſeruandæ, vt in arris dixi; ſuffragatur ſecundo quod interim is, qui recepit, re data fruitur quæ omnia ceſ-
86 ſant in pœna, & ſunt ex mente Baldi in l. fin. nu. 8. C. eod quibus † illud addi poteſt, quod arris datis, videtur quoddam genus ſponſionis, quod poteſt fieri ſuper quocunq; facto, iuxta illa, quæ declarat Bud. in l. 2. verbo vindicias filiæ ſuæ abdicaſſe ff. de orig iur. Aliæ rationes perpenduntur hic per Hoſt. in ſum. ſub nu. 3.

87 Quo ad intereſſe, id etiam pōt conſiderari, vel ſecundum ius Pontif. vel ſecundum ius Cæſareum, iure igitur Pontif. ſiue intereſſe in pactionem deductū ſit, ſiue non, ſemper deberi dicendum eſt, ſtantibus rationibus ſupra deductis, qđ non liceat recedere, & quia iure Pōtif. ſemper quis tenetur de damno quod culpa ſua alteri illatum eſt, crediderim tamen huiuſmodi intereſſe eſſe probandum, vbi certa quantitas non eſſet expreſſa.

88 Iure vero Cęſareo, vel eſt expreſſa quantitas, vel non: primo caſu cenſeo cum communi, nec ad intereſſe pœnam cōmitti, niſi vt infra, quia alias per indirectum fieri poſſet fraus legi, vt declarat Bald. in d. l. fin. nu. 9. vbi vero non eſt expreſſa quantitas, vel adeſt conuentio ſimplex de intereſſe præſtando, aut ſimpliciter ſponſalia contracta ſunt.

89 Primo caſu, vel iſtud intereſſe petitur ratione lucri ceſſantis, vel ratione damni emergentis: ſi lucri ceſſantis, credo petitioni locum nō eſſe, prout hæc opinio probatur optimè per tex. in l. ſi ita ſtipulatus 3. huius initij §. ſi tibi nupſero, ff. de verb. oblig. & eandem opinionē poſt multa ſecutus eſt Bal. in d. l. fin. quicquid Accurſ. & Bart. in d. l. Titia in princ. ff. de verb. oblig. dixerint, ſi dāni emergentis petitioni locum eſſe cenſeo ſecundum opinionem Dyni, quam Bal retulit vbi ſupra, per tex. in l. ſi pecuniam ff. de condic. ob cauſam in princip.

90 Vbi vero ſimpliciter ſponſalia contracta ſunt, tunc nullum intereſſe deberi cenſeo, & voluit hic Hoſt. & Bal. vbi ſupra: Ratio eſt, quia hæc receſsio fit iure permittente, vt ſupra dicebam, d. l. 1. C. eod. & quod fit iure permittente aliquam pęnam non meretur, vulgata l. graccus C. ad l. Iul. de adul. & ex his quintus art. explicit.

Sextus articulus, De rei Deſinentia.

S V M M A R I V M.

1 *PRimo quæritur, quibus in caſibus ſponſalia diſſoluātur, et primo, vel quod ſequatur matrimonium.*

2 *Vel ex neceſſitate, quæ prouenit, aut à natura, ex morte,*

3 *Aut legis diſpoſitione, uel ex delicto, vel in Deum, quo ad fidem, ſi eſt omnino infidelis.*

4 *Si non, vel Catechumenus ſi contrahuntur ſimpliciter.*

5 *Si autem hæreticus, n ſi ſe catholicum futurum profiteatur.*

6 *Quo ad uotum ſi validum.*

7 *Si inualidum vbi non eſt omnino inualidum;*

8 *Vel in homines aut quo ad matrimonium, vel alterius vel proprij, vel tranſacti, vel quod fuit contractum ſcienter, cum perſona cui ſine inceſtu, vel ſacrilegio iungi non poterat;*

9 *Vel quod fuit violatum, vel torum, vel ex perpetua inhabilitate contracta propriam vxorem cognoſcendi, cognoſcendo conſanguineam vxoris.*

10 *Quod hodie cenſeo locum habere, quo ad ſecundo gradu iunctos tantum.*

11 *Et contrahendo cognationem ſpiritualem præterquàm in caſu neceſsitatis.*

12 *Vel quando affuit ſimplex adulterium, quo ad illam, quam polluit.*

13 *Vel ſi fidem dedit, vel de facto contraxit;*

14 *Niſi eſſet ignorans alter, quia pendet à voluntate ignorantis.*

15 *Vel etiam perſona coniuncta, vel morte, vel ob adulterium ab ipſa vxore perpetratum, & procedit quo ad pollutam,*

16 *Vel ex alia cauſa, & procedit quo ad omnes;*

17 *Vel ex ſola machinatione, & procedit, quo ad eam, quæ idem quoque machinata eſt, & quoad pollutam.*

18 *Vel non tranſacti.*

19 *Etiam quod adeſſet primi coniugis mors præſumpta.*

20 *Vel alterius perſonæ, vti ſi quis polluit torum ſibi ſanguine iuncti.*

21 *Vel ſi alterius vxorem quis rapuerit, eſt enim perpetua inhabilitas.*

22 *Vel ratione eius quod tum contrahitur, vt ſi adſint conditiones contra ſubſtantiam matrimonij, vel iudicis prohibitio.*

23 *Extra matrimonium prouenit perpetua inhabilitas vel ex inceſtu;*

24 *Vel ex homicidio presbyteri;*

25 Præ-

Powered by Google

25 Præter delictum, diſſolutio prouenit ex coniunctione aliqua, quæ eſt inter ipſos contrahentes, vt infra de matrimonio vlt. art. dicam.

26 Hæc aũt vel eſt certa, & tũ affuit cũ contrahebãtur, & diſſoluũtur, vti inualida.

27 Quod ſi ſuperuenit diſſoluuntur, & ſi valida.

28 Quod ſi incerta, & affuit, aderatque fama vehemens, idem dicendum eſt;

29 Quod ſi ſuperuenit neceſſe eſt, vt certa reddatur.

30 Præter neceſſitatem, vel communi conſenſu, & diſſoluuntur,

31 Vel vnius tantum, vel iure Ciuili, & licitum eſt quandocunque recedere.

32 Iure pontificio vel de facto, vbi præſente parocho, & teſtibus aliud matrimonium celebratur.

33 Lege permittente vel ex cauſa exiſtenti, vtpotè ſi incerta, quæ alijs certis contractis diſſoluuntur.

34 Quod ſi certa, & conditionalia pendente conditione diſſolui nequeunt, niſi vt ſupra anteced. art. diſſoluuntur autem ſi conditio deficit, niſi pura ſint effecta.

35 In diem vero tranſacto tempore præfixo ad finiendam obligationem eo volente per quem non ſtetit, niſi copula eſſent firmata.

36 Quod & eſt verum, & ſi is, per quem ſtetit legitimo impedimento fuit detētus;

37 Quod ſi pura diſſoluuntur, vel defectu conſenſus, ſiue proueniat ex facto non conſentientis tantum, vel eo quod fuit ſimulatus;

38 Vel ex defectu intellectus, ſiue proueniat ex ætate infantili, qua durante etiam alter poteſt recedere;

39 Siue ex morbo furentis;

40 Vel etiam ex deffectu alterius, qui vi metuuè cadente in virum conſtantem ad contrahenda ſponſalia alium adegit, ſola tamen voluntate meticuloſi.

41 Quod ſi affuit conſenſus vel ex eo quod fuit Erroneus.

42 Error autem fuit, quo ad ipſam perſonam;

43 Vel quo ad conditionē, vt ſi alter ſit ſeruus, quod alter ignorabat, niſi poſt ſcientiam rata fuiſſent habita.

44 Vel ſi ſenatorius cum libertino, quod hodie correctum putatur.

45 Quod ſi error fuit in qualitatibus, vel corporis, vel quo ad infirmitatem ex qua vel prouenit impotentia, & ſunt inualida;

46 Vel prouenit contagio, & diſſoluuntur, dubium tamen eſt an ſint valida.

47 Vel non modica debilitas ad conſumandum matrimonium, vel furor, quo caſu vti valida diſſoluuntur.

48 Vel quo ad deformitatem neceſſe eſt, vt non modica ſit, cum valida ſint, vt diſſolui poſſint;

49 Vel animi, vt ſi alter contrahentium, quod alter ignorabat habeat turpem, prodigam, vel impudicam vitam, & ſi valida:

50 Quod ſi conſenſus non fuit erroneus, aut impuberes contraxerunt, & tunc ante pubertatis aduentum diſſolui nequeunt.

51 Poſt pubertatē eo volente, qui nunq̃ pubes cõſenſit diſſolui poſſunt, licet valida;

52 Aut puberes, & diſſoluuntur, vel ex qualitate alicuius contrahentis, quæ prouenit,

uenit,

uenit, vel ex ſubiectione aliqua vti poteſtate tuendi;

53 *Vel ex iuriſdictione, ex qua oritur præſumptio, vel metus, vel inſinuationis, & tanquam ex non libero conſenſu inualida cenſentur;*

54 *Vel quod alteri ſit ſubiectus, cuius conſenſus ſit expectandus;*

55 *Vel ex facto inter ipſos contrahentes ſecuto, vti quod alter inualide ob præcedentia ſponſalia, vel matrimonium altero ignorante contraxerit, ſiquidē pendet à voluntate ignorantis, ſi prima fuerint diſſoluta; & ſunt inualida;*

56 *Idem, & de ſponſalibus contractis cum raptore dum eſt in rapientis poteſtate, vt pendeat à raptæ voluntate;*

57 *Quod ſi non affuit cauſa exiſtens prouenit diſſolutio ex cauſa ſubſecutiua;*

58 *Quo caſu aut fuit facta mutatio aliqua, quæ vel reſpicit perſonam, vel quo ad conditionem, vel reſpectu ſtatus temporalis, vel ſi efficiatur ſeruus, vel apud hoſtes, & ſi adeſt ſpes reditus dicerem expectandum, alias diſſoluuntur;*

59 *Vel apud ciues, & diſſoluuntur;*

60 *Vel efficitur liber nec diſſoluuntur;*

61 *Vel reſpectu ſtatus ſpiritualis, vti ex voto; quod aut eſt ſimplex;*

62 *Quod aut eſt, firmatum ſacrorum ordinum ſuſceptione, & de neceſſitate diſſoluuntur;*

63 *Aut non, & aut vult ſolemnizare votum, & debet prius matrimonium contrahere, quod tamen non eſt verum;*

64 *Aut non vult, nec credo cogendum ad cōtrahendum matrimonium ſi continet, pendetquè diſſolutio à voluntate alterius, niſi, & ipſe tali voto conſenſerit;*

65 *Quod ſi non continet coactioni locus eſſe poterit altero volente;*

66 *Aut votum eſt ſolemne, & neceſſario ſoluuntur, niſi alter ſimile votū emitteret;*

67 *Vel mutatio reſpicit qualitates, vel corporis, & dic vt ſupra nu. 45. vſq; ad 49.*

68 *Vel animi, & poſſunt conſiderari quæ diximus num 49.*

69 *In ſpecie autem quo ad fornicationem, quæ vel fuit voluntaria, & vtriuſque, & vterquè poteſt recedere;*

70 *Aut vnius tantum cuius, vel non adeſt ſpes pœnitentiæ, & neceſſario diſſoluenda videntur,*

71 *Vel adeſt, & diſſolutio pendet à voluntate continentis;*

72 *Vel fuit violenta quo ad ſponſam, & diremptio pendet à voluntate ſponſi.*

73 *Vel mutatio reſpicit locum, & conſideratur an abſentia proueniat ex cauſa neceſſaria, & tunc vel adeſt ſpes reditus, & attēditur l. ſæpe ff. eo. & expectatur iudicis ſententia;*

74 *Vel non adeſt, & diſſolui poſſunt.*

75 *An ex cauſa voluntaria, & tunc ſi is ſit abſens de cuius reditu veriſimiliter dubitatur, tunc dirimi poterunt;*

76 *Quod ſi certum ſit rediturum, erit attendenda diſpoſitio l. libērum C. de repud.*

77 *Quod ſi nulla fuit facta mutatio, aut qui diſſolutioni contradicit eſt paratus contrahere, neq; diſſolui poſſunt;*

78 *Aut non eſt paratus ſed differt, ſi adeſt probabilis cauſa differendi attenditur*

l. ſæpe

l. ſæpe ff. eod. Iudicis ſententia, & arbitrium in adoleſcentibus.

79 *Quod ſi non adeſt, & primo attenditur diſpoſitio l. ſecundæ C. eod.*

80 *Cuius legis tempore tranſacto à Iudice præfigendus eſt competens terminus, quo elapſo ſequi debet ſententia licere à ſponſalibus recedere, & tunc is tantum poterit, qui obtinuit.*

81 *Quemadmodum vno expreſſe diſſentiente poterit parato impertiri licentia recedendi alteri denegata.*

82 *Vltimo diſſoluuntur omnibus in caſibus, in quibus, & matrimonium ratum.*

83 *Secundo quæritur, quæ requirantur in ipſa diſſolutione, quæ duo ſunt voluntas, vt adſit intellectus, & diſcretio;*

84 *Et poteſtas, vt iudicio eccleſiæ fiat;*

85 *Quia habetur vti quædã pœna reſpectu relicti, quæ infligi non põt niſi à iudice.*

86 *Quæ vero iure ciuili requirantur remittit ſe ad Hoſt. in ſumma nu. 12.*

87 *Enumerantur tamen nõnulli caſus, in quibus eccleſiæ iudiciũ nõ eſt neceſſariũ.*

88 *Dubitatur in cauſa fornicationis ſubſecutæ, in qua ſi crimen eſt notorium communis eſt, vt eccleſiæ iudicium non ſit neceſſarium:*

89 *Verum idem cenſet, etiam ſi crimen non ſit notorium, quia ſola ſuſpicio fornicationis iuſtam præbet recedendi cauſam;*

90 *Et quia poſſet in diſcuſſione grauari fama;*

91 *Et quod idem de matrimonio, quo ad torum ſecundum veriorem ſententiam diiudicatur:*

92 *Quod ſi in caſu matrimonij dubium eſt, ex regula c. quemadmodum ſupra de iureiur. quo ad ſponſalia res clara diiudicari debet.*

1 VLTIMVS ſupereſt articulus ad cognitionem deſinentiæ ipſorum ſponſaliorum, in qua re duas propono principes quæſtiones; prima quibus in caſibus fiat diſſolutio; ſecunda quomodo fieri debeat.

Quo ad primam finiuntur ſponſalia, vel eo, quod ſortiuntur finem deſtinatum, nempè cum ſequitur matrimonium, vt probatur in l. quæſitũ ff. eod. in c. ex litteris huius initij ſecundo infra eod. Couar. Epitome huius lib. par. pri. c. 4. §. 1. & 2. quod qualiter contingat infra 2. c. 4. art. dicemus. Iſtud tamẽ intelligi debet ſi validum ſequatur matrimonium, ſecus autem ſi inualidum, quia tunc vbi ſponſalia valida eſſent, adhuc durare dicuntur, vt probatur in d. l. quæſitum, & in l. cum hic ſtatus §. ſi quis ſponſam ff. de don. inter vir. & vxor. quod etiã poſſet contingere non ſeruata forma Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr. vel quod non ſortiuntur finẽ deſtinatum, nempè quod ante matrimonij celebrationem diſſoluantur, quod qualiter contingat, vt videamus diſtinguẽdũ eſt recoligendo illa, quæ declarat Butr. hic Inn. in c. iuuenis infra eo. Iaſ. in l. fin. C. eod. Rom. in Rubr. ff. ſol. matrim. à nu. 3.

Digitized by Google

à nu. 3. vſque ad nu. 32. quod aut id prouenit ex cã neceſſaria, ex qua impeditur matrimonij ſubſecutio, ex qua dignoſcemus qñ ſponſalia dirimi debeant, ſiquidem hoc caſu poteſtatis defectus id operatur, aut ex cauſa voluntaria, vt qñ nolunt matrimonium contrahere, ex qua dignoſcemus qñ dirimi poſsint, quod prouenit ex voluntatis defectu; ſiquidem hæc duo voluntas, & poteſtas in quolibet actu de neceſsitate requiruntur. Erũt igitur huius quæſtionis duæ principes partes, vt in prima videamus de neceſsitate, in ſecunda de voluntate.

2 Igitur neceſsitas prouenit, aut à natura, aut à legis diſpoſitione, natura id prouenit, quãdo mors alterius ex ſpõſis ſuperuenit ante matrimonij celebrationem, hoc enim caſu ille, qui ſupereſt libere poteſt cum alio contrahere, vt colligitur ex l. 3, C. eod. ex l. ſi à ſponſo C. de donat. ante nupt quod idem in matrimonio locum habere ſeq. c. hoc eod. art. declarabimus, Rom. in rub. ff. ſol. matr. num. 22.

3 Legis autẽ diſpoſitione id prouenit, vel ex delicto, vel ex aliqua perſonarum contrahentium coniunctione ad inuicem: Delictum autem conſideratur, vel in Deum, vel in homines. In Deum, aut delictum eſt in fide, aut in voto. In fide, aut eſt omnino infidelis aliquis contrahentium, aut non.

Si omnino infidelis tunc diſſoluuntur, vt probatur in c. caue, & ſeq. 28. q. 1. vbi gl. in c. quanto infra de diuortio.

4 Si non, tũc, vel eſt catechumenus, vel hæreticus, ſi catechumenus, vel contrahuntur ſimpliciter, & cenſeo eſſe inualida, cum non poſsit ſequi matrimonium, vt in d. cap. caue, & ibi gl. Couar. in nouis addit. ad ſecundam partem c. 6. §. 11. ante verſ. ex his tamen, de qua re infra ſeq. c. latius dicemus, vel ſub conditione, vbi baptiſmo fuerit initiatus, & tunc valebunt, vti conditionalia, ſiquidem hæc conditio eſt honeſta, & canonicis inſtitutionibus conſentanea, & hanc opinionẽ ſentit gl. in verbo alienam in d. c. caue, vnde quo ad diſſolutionẽ horum ſponſaliorum recurrendum erit ad illa, quę infra quoad conditionalia ſecunda parte dicemus; hic tamen animaduertẽdum eſt, quo ad illa, quæ diximus in modi circunſt. quod hæc nullo pacto poſſunt effici pura, niſi conditio impleatur quemadmodum, & ibi diximus de ſponſalibus contractis à prouinciæ rectore.

5 Si autem hæreticus idem etiam quo ad ſponſalia determinatur, niſi ſe catholicum futurum profiteatur, d. c. caue, & ibi gl. l. fin. C. eod. licet quo ad matrimonium aliter ſtatutum ſit, vt infra ſuo loco dicemus quo ad diſſolutionem.

6 Quo ad votum, aut votum eſt validum, aut inualidum, ſi validum, tũc diſſol-

Digitized by Google

diſſoluuntur ſponſalia, ſiue ſit ſimplex, ſiue tacitum, ſiue expreſſum, ſiue etiam ſolẽne, c. rurſus, c. conſuluit infra qui cler. vel vou. Innoc. in c. iuuenis num. 7. infra eod. quod contingit quando aliquis contrahentium habebat votum continentiæ, & caſtitatis, ſiue quod eſſet ſimplex expreſſum, ſiue tacitum, nempe quod ſacros ordines ſuſcepiſſet, ſiue fuiſſet ſolenne, quod religionem aliquam, in qua ſolemne votum emittitur fuiſſet ingreſſus; ratio eſt, quia omnibus hiſce caſibus iſte prohibetur matrimonium contrahere, cum veniat contra proprium votum, & obligationem magis Deo acceptam, quàm erga Deum hẽt, iuxta illud pſalmiſtæ ,, Vouete Domino, & reddite, & ſtatuit Sin. Trid. ſeſſ. 24. de ſacr. matr. can. 9. & 10. Hoſt. in ſum. hic in 2. parte nu. 26. verſ. tertio votum.

7 Si vero ſit inualidum, tunc aut eſt omnino inualidum, vtpotè quod non ſit diſcretus is qui votum emiſit, & tunc non operaretur diſſolutionem ſponſaliorum poſtea contractarum, vbi intellectum aptum ad contrahenda ſponſalia haberet, ita probatur in c. pueri 22. q. 5. & c. puella 20. q. 2. & per totum. Vel erat validum ſaltem, vt non poſſet exigere debitum, vt quando quis viuente, & inuita priore vxore, religionem fuiſſet ingreſſus, & poſtmodum coactus redire ea mortua vellet denuo matrimonium cõtrahere, tunc ẽt huiuſmodi ſponſalia diſſoluerentur, vt expreſſe probat tex. in c. quidam intrauit ſupra de cõuer. coniug. de voto autem ſubſecuto dicemus infra 2. par.

8 Delictum aũt ſponſalia dirimens quoad homines conſideratur, aut quo ad matrimonium, aut quo ad alia delicta, quoad matrimonium, aut ratione alterius, aut ratione eius quod tunc promittitur, ratione alterius, vel proprij, vel alterius perſonæ proprij; vel tranſacti, vel non tranſacti, quoad matrimonium tranſactum oriuntur ſponſaliorũ ſequentium diſſolutiones, vel eo quod fuit primum contractũ ſcienter cum perſona cui ſine inceſtu, vel ſacrilegio iungi non poterat, primo caſu, ſi etiam polluit contrahitur perpetua inhabilitas cũ alia contrahendi, & per conſequens ſequentia ſponſalia ſunt dirimenda, ita probatur in c. ſi quis viduam 32. q. 7. id tamen ipſe intelligerem, ſi vxorem habebat, vt videtur ex eo tex. colligi, hoc tamen caſu timore incontinentiæ poſſet diſpenſari, vt infra dicemus.

Quo ad ſacrilegium id euenit ſi quis de facto cum ſanctimoniali contraxit, contrahitur enim tum perpetua inhabilitas vt ſupra, vt habetur 27. q. 1. per totum, neq; donec illa viuit diſpenſari poſſe cenſeo,

9 vel quod primum fuit violatum, & tũc aut † fuit violatum torum, ſeu ſpes coniugij tantũ, aut etiam fuit violata perſona coniuncta, ſi qui-

K dem

dem in primo caſu,vel eſt generalis quo ad omnes ex perpetua inha-
bilitate contracta,etiā propriam vxorem cognoſcendi,tum cum ſube-
erat matrimonium,quod duobus in caſibus cōtingit,vt ſi concubue-
rit, cum conſanguineis ſibi matrimonio copulati, vel affinitate iun-
ctis, quia etiam diſſoluto eo matrimonio ſpe coniugij carere debere
dicitur, vt probatur in c. ſi quis viduam, & in c. qui dormierit, & c.
contubuiſti 32.q.7. licet quidam dicant, idem de quocunque ince-
ſtuoſo:credo .n. illud potius in pœnam violati coniugij,ob affinitatē
contractam cum propria vxore, ex qua oritur impedimentum exi-
10 gendi debitum, vt infra ſeq. c. dicam, quam alio reſpectu. Hodie †
autem poſset eſſe dubium,cum ex fornicario coitu ſolū affinitas con
trahatur cum iunctis primo, vel ſecundo gradu tantum, Sin. Triden.
ſeſſ.24. de ref. matr. c.4. ſi inceſtus ſequeretur cum his, qui vlteriore
gradu iuncti ſunt, an hæc inhabilitas contrahatur, ego cenſerem fa-
uore matrimonij non contrahi, quandoquidem, & illa iura ſupra
citata, ſecundum affinitatis gradum, ac conſanguinitatis non exce-
dunt; quamuis ratio iam dicta refragari videatur, & quod iuriū cor-
rectio,quantum fieri poſsit ſit euitanda; quoniam non amplius ex eo
coitu affinitas contrahitur, & ſic poſſumus argumentari à ceſſante
cauſa finali, & ratione c:cum ceſſante ſupra de appellat.

11 Secundus eſt caſus in cognatione ſpirituali contracta cum propria
vxore, vt in eo,qui vel vxoris tantum, vel vxoris, & proprium filium
ſcienter vel baptizauit, vel ad ſacrum fontem ſuſcepit,vt probatur in
c.1. & ſeq. 30. q. 1. id etenim in pœnam violati coniugij factum eſt,
licet ſemper prohibitum ſit proprium filium ad ſacrum fontem ſu-
ſcipere, vt habetur in c. 1. eadē cauſa,& quæſt. ibi ,, ne ſuadente dia-
bolo tale vitiū inoleſcat: baptizare autē niſi in caſu neceſsitatis nec
permittitur,vt probatur in cap.ad limina eadem cauſa, & quæſtione.
Hæc autem perpetua inhabilitas pōt diſpenſari timore incontinen-
tiæ in adoleſcentibus, c. in adoleſcentia,c.interfectores,& c.audiui-
mus 33.quæſt. 2.

12 Specialis aūt prohibitio ex tori violatione prouenit quando fuit ſim-
plex adulterium, nam quo ad illam,quam polluit per adulterium vi-
detur prohibitus contrahere.

13 Quemadmodum etiam ſi quis vxore viuente fide data promiſit aliam
ſe ducturum,vel cum ipſa de facto contraxiſſet;licet enim in iſtis ca-
ſibus matrimonium poſtmodum contractum non dirimatur,iuxta il-
la, quæ ĩ. ſeq.c. dicemus,matrimonium tamen prohibitum videtur,
ex illis, quæ habentur in toto tit. infra de eo, qui duxit in vxorē quā

polluit

polluit per adulterium, & per conſequens ſponſalia dirimenda ſunt, iuxta illa, quæ ſupra in perſonæ circunſt. declarauimus.

14 Id tamen videtur intelligendum, niſi ſecunda, cum qua contraxit, & quā polluit fuiſſet inſcia primi matrimonij; ſiquidem ea volente, tūc nec illud matrimonium ſeparandum erit, vt probatur in c. 1. eod. tit. ſpectatque ad caſus voluntarios, vt infra dicemus.

15 Secundo vero caſu, quando fuit etiam violata perſona coniuncta, tūc aut interuenit coniuncti homicidium, aut ſola machinatio.

Priore caſu, aut homicidium fuit comiſſum ob adulterium ab ipſa vxore perpetratum, aut ex alia cauſa, ſi ex adulterio vtique tunc poteſt conſiderari vel generalis, vel particularis prohibitio; Generalis, vt prohibeatur indiſtinctè homicida contrahere, & per conſequens ſequentia ſponſalia, cum quacunque contracta ſint dirimenda, concludendum eſt, quod non, vt in c. interfectores 33. q. 2. habetur. Particularis, poſſet conſiderari quo ad pollutam, per illa, quæ ſupra diximus, ex iuſto quippe dolore, vt dicebat Papin. in l. ſi adulterium §. Imperatores ff. ad l. Iul. de adult. id videtur tolerādum, vt ibi Nicol. Pont. innuit. licet hoc caſu, quo ad generalē, etiam dubium eſſe poſſet, ex reg. c. ſignificaſti, & c. fin. infra de diuor. verum quoniam grauius videtur in muliere ob prolis incertitudinem de qua re dicam infra ſeq. cap. in quātitatis circūſ. itidē quia maximè grauatur viri fama apud homines ex conſuetudine, contrarium autem procedit ad impediendum diuortium quod facilius debet impediri, quam matrimonium, cum in illo verſetur odium, in iſto fauor, vulgatis iuribus.

16 Si ex alia cauſa, contrahitur perpetua inhabilitas præter in adoleſcentibus timore incontinentiæ, tunc ſecuta ſponſalia eſſent diſſoluenda, d. c. interfectores.

17 Si autem affuit ſola machinatio, & tunc quo ad ſpecialem prohibitionem etiam cum illa prohibetur contrahere, quæ machinata eſt, vt habetur in c. 3. eo. tit. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit; generalis autē inhabilitas vt contrahatur aliqui in ea ſententia ſunt, vt ſi interueniat pollutio eius, cuius fuit affectatū coniugiū, & eiuſdem machinatio, quod contrahatur, quod tamen iure cautum non reperi, ſed ſolum quo ad ipſam pollutam, vt ibi, & cap. 1. ſupra de conuer. infid.

18 Quo ad matrimonium non tranſactum ſponſalia diſſoluuntur, quæ contrahuntur ab eo, qui ſponſalia, aut matrimonium cum alio contraxit prius, vbi iudicio eccleſiæ priora ſponſalia, vel matrimonium non fuerint diſſoluta, iuxta illa, quæ ſupra in par. 1. & 2. in ſpec. in an-

teced. art. declarauimus, c. ſicut ex litteris, c. ſi inter infra eo. c. 1. ꝟ. de ſponſa duorum, Innoc. in c. iuuenis nu. 7. infra eod. Rom. in rubr. ff. ſol. matr. nu. 11. & 18. Innoc. in c. veniens ſupra de iureiur. Couar.
19 par. 1. c. 4. nu. 3. quod † procedit, etiam quod adeſſet primi viri mors præſumpta, ſiquidem de morte omnino conſtare debet, vt in c. 2. infra de ſecund. nupt. habetur.
20 Quo ad alterius perſonę matrimonij violationem cōſiderantur duo caſus: primus eſt, vt contrahatur perpetua inhabilitas matrimonium contrahendi ſi quis polluit torum ſibi ſanguine iuncti, prout proba-
21 tur in c. quædam cum fratre 32. q. 7. ſecundus † eſt, ſi quis alterius vxorem rapuerit, vt habetur in c. ſtatutum eſt 27. q. 2. in iſtis tamen ratione adoleſcentiæ, & timore incontinentiæ, poſſet diſpenſari, vt d. c. interfectores, d c. audiuimus, & ſeq. 33. q. 2.
22 Ratione eius, quod cum contrahitur delictum, aut eſt cōmiſſum contra prohibitionē legis, vel cōtra prohibitionē Iudicis; contra prohibitionem legis, vel ratione perſonæ cum qua cōtrahuntur ipſa ſponſalia, aut quo ad conditiones, in ipſo ſponſaliorũ contractu appoſitas. In primo caſu, res pendet à voluntate, niſi in caſibus ſupra quo ad delicta in Deum expreſsis, propterea commodius infra in ſecunda parte dicemus: illud tamen in hac parte conſiderandum eſt, quod ſi diſſolutio proueniat ex furore continuo, quod aderat tum cum fuerunt contracta, cui nullum datur remedium, vt tunc neceſſario diſſoluenda ſint, c. neq; furioſus 32. q. 7. q̃uis præter delictum id eſſe poſsit. In ſecundo caſu id procedit quando apponuntur conditiones contra ſubſtantiam matrimonij, iuxta illa, quę ſupra 3. art. 2. quæſt. diximus, contra vero prohibitionem iudicis, vbi quis prohiberetur ne cũ aliqua matrimoniũ contraheret, & ipſe ſponſalia contraheret, tunc eſſent diſſoluenda, niſi ſub ea cōditione contraherentur ceſſante prohibitione, quo caſu vti conditionalia neceſſaria dijudicantur, vt habetur ex toto tit. infra de matrimonio cōtracto cōtra interd. eccl.
23 Extra delicta quæ ad matrimonium non ſpectant reperitur, quod ēt perpetua inhabilitas contrahatur contrahendi matrimoniũ ſecundum aliquos, vel ex inceſtu, quod tamen verum non arbitror, niſi in
24 caſibus ſupra poſitis; ſecundũ iura, quæ obtingnt, vel † quando quis præsbyterum interfecit, vt habetur in c. 2. infra de pęnit. quo etiam caſu in adoleſcentibus timore incontinentiæ poſſet diſpenſari, vt ex ſupracit. iuribus habetur; quamuis quidã facetè dixerit nulla maiori pęnitentia poſſe huiuſmodi ſcelera expiari, quam ducendo vxorē. Scio tamen quod in Aurel. concil. fuit ſtatutum, vt idem dicatur de

inceſtuoſis in primo, vel ſecũdo gradu, & de parricidis, fratricidis, & occidentibus conſanguineos, vel innoxiũ hominẽ per fraudem, vel auaritiam, refert Ino. p. 9. c. 70.

25 Quo ad impedimentum, quod ex aliqua contrahentium coniunctione prouenit, quemadmodum huiuſmodi coniunctiones, vel ex ſanguine, vel ex legis diſpoſitione deſcendant, & quo in gradu operentur, & quibus in caſibus non operentur ſponſaliorum diſſolutionem; dicam infra in ſeq. c. vltimo articulo: hic autem nonnulla in genere tantum explicabimus. Diſtinguendum igitur eſt, quod aut huiuſmo-
26 di coniunctio eſt certa, aut incerta, ſi † certa, vel tum affuit cũ contrahebantur ſponſalia, & tunc inualida illa ſunt, & per conſequens dirimenda, neq; aliquos ſponſaliorum effectus, etiam quo ad impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis habebunt, vt habetur 35. q. 5. per totum, Sin. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de ref. matr. c. non debet infrà de cõſ.
27 & affin. Vel † deinde ſuperuenit, & licet ſponſalia valida extiterint, tamen de neceſsitate diſſoluenda ſunt, vt habetur in c. 2. & in c. fraternitati, & in c. ex litteris infra de eo, qui cogn. conſang. vxoris ſuæ.
28 Si incerta, vel huiuſmodi incerta coniunctio affuit tunc cum cõtraherentur ſponſalia, & tunc aut aderat fama vehemens, ſeu publica, de qua docendũ eſt ab accuſare volentibus, & ſunt diſſoluenda, vt habetur in c. cum in tua infra eod. in c. 2. infra de conſ. & affinit. in c. ſuper eo ſupra de teſtibus; ratioq; eſſe põt, quia huiuſmodi vehemens præſumptio loco probationis habetur, & in dubio tutius eſt prouidere, ne loco matrimonij adulteria cõtrahantur, c. illud ſupra de prẹſump. cum ſim. vbi vero adeſſet ſolum quædam fama incerta, & leuis, non eſſent diſſoluenda.
29 Aut huiuſmodi incerta coniunctio ſuperuenit poſt contracta ſponſalia, & tunc vt diremptioni locus ſit neceſſe eſt, vt certa reddatur, interim tamen ſuperſedendum eſſet, iuxta illa, quæ habentur in c. caue, & ſeq. 28. q. 2. in c. quanto infra de diuortio, iuxta illa, quæ declarat Hoſt. hic in ſum. nu. 10. verſ. item tertio, vbi voluit iudicis arbitrio relinqui, quæ fides probationibus factis habenda ſit, vt deinde dirimi poſſint, quemadmodum, & iudices docet, quo pacto veritatẽ eruere iſto caſu poſſent, quæ apud ipſum per vos obſeruare poteritis.
30 Quo ad cauſam voluntariam, & ſecundam partem, nempe quemadmodum voluntate ſponſalia diſſoluãtur diſtinguendum eſt, quod vel concurrit vtriuſque voluntas, & tunc vel vnanimiter conſentiunt, vt diſſoluantur, & diſſoluuntur, c. 2. infra eo. vel vnus expreſſe diſſentit, alter autem quia videt alterum nolle cõſentire, & tunc à ſola voluntate,

tate, ſecundo modo diſſentientis pendet diremptio, neque alteri licet contrahere c. ſicut ex litteris infra eod. & J. vltimo caſu dicam
31 vel † concurrit voluntas vnius tantum, & tunc aut agimus ſecundũ ius Ciuile, ſeu quo ad ea ſponſalia, quæ inter non Chriſtianos contraherentur, iuri tamen Romanorum ſubiectos, & licitum eſt quandocunque ab eis diſcedere, vt probatur in l. 1. C. eod. quod ſupra anteced. art. quo ad arras qualiter contingat, declaraui.
32 Iure autem Pontificio quemadmodum vnius voluntate diſſolui poſſint, vt dignoſcamus diſtinguendum eſt: quod dirimuntur, vel de facto, vel l. permittente; de facto ſemper poſſunt diſſolui, vbi alter ex his qui ſponſalia contraxerunt præſente parocho, duobus tribusvè teſtibus per verba de præſenti aliam deſponſaret, iuxta Conc. Trid. formam c. 1. de ref. matr. ſeſſ. 24. ita colligitur ex c. veniens, c. is qui fidem, c. ſi inter infra eod. quo caſu dicuntur ipſo iure diſſolui, vt dicebat hic Hoſt. in ſumma verſ. item nono, ibi & nota in quinto, & hoc non obſtante ſi eſſent quoquomodo firmata, cum amplius in matrimonium non tranſeant, vt ſupra diximus.
33 Lege autem permittente ſponſalia diſſoluuntur, vel ex cauſa intrinſeca, ſeu exiſtenti, quæ videtur quodammodo ipſis contractis ſponſalibus ineſſe, quo caſu tanquàm inualida quodãmodo potius infirmantur, quam diſſoluuntur, vel ex cauſa ſubſecutiua, & omnino extrinſeca, ex quibus à ſponſalibus etiam validis recedi poteſt; vt igitur cognoſcamus, quæ ad cauſam exiſtentem ſpectant, recurrendum erit ad ipſorum ſponſaliorum diuiſionem, & primo conſideramus an ſint incerta, vel certa.
Si incerta de iure videntur non poſſe diſſolui, niſi de facto alia certa contraherentur, argumento tex. in cap. præterea infra eod. in c. vnico eodem tit. in 6.
34 Certa, vel ſunt non pura, vel ſunt pura, non pura ſunt, vel conditionalia, vel in diem: conditionalia, vel pendente conditione, nec poſſunt diſſolui, niſi vt ſupra, vel conditio deficit, & tunc niſi effecta eſſent pura, ex copula ſubſecuta poſſunt diſſolui, vt tradit Hoſt. in ſumma infra de condic. appoſi. ſuper deſponſ.
35 In diem etiam ſponſalia diſſoluuntur, & ſi valida hoc caſu ſint tranſacto tempore præfixo ad finiendam obligationem, ſi is per quem nõ ſteterat volebat, vt diſſoluerentur, niſi forte copula fuiſſent firmata, aliàs ſecus, vt colligitur ex c. ſicut ex litteris infra eod. Hoſt. hic in ſum. nu. 10. diximus ſupra quo ad effectus prima parte prima inſpectione; quod etiam intelligi debet, quando dies apponitur in modũ

finiendæ

finiendæ obligationis, ſecus ſi in modum differendæ; quia tunc idem de eis dijudicandum eſt, quod & de puris, vtſupra in temporis circumſtantia diximus.

36 Hic autem ſuboritur dubium, quòd ſi is per quem ſtetit fuerit aliquo legitimo impedimento detentus, an iſto caſu poſsit alter per quẽ nõ ſtetit dirimere, dubitationemq́ue facit tex. in l. ſæpe ff. eod. vbi iuſtę, ac neceſſariæ cauſæ efficiunt, vt ſponſalia intra tempus legale nõ obſeruata, adhuc non iuſtam præbeant recedẽdi cauſam; verum ille tex. loquitur in tempore legali, hic autem agimus de tempore præfixo ab homine, durius autem agitur cum homine, quam cum lege vnde crediderim iſto caſu legitimum impedimentum operari, vt non contrahens excuſetur à pœna, nõ aũt quin alius, per quẽ nõ ſtetit libere contrahere non poſsit, qm̃ tex. in d. c. ſicut ex litteris nullatenus diſtinguit, an culpa ſponſæ interuenerit, necne, in deciſione ipſius tex.

37 Pura ſponſalia poſſunt diſſolui, vel eo quod non affuit conſenſus, vel etiam ſi affuit, non affuit autem conſenſus, vel defectu non conſentiẽtis volentis diſſoluere, vel alterius qni cõſenſit, defectu nõ cõſentientis, id euenit, vel quod fuit ſimulatus, & tunc non ſunt ſponſalia, vt probatur in c. tua nos infra eod. in l. ſimulatũ ff. de ritu nupt. Rom. in Rubr. ff. ſol. matr. nu. 14. verum hoc caſu maxima difficultas eſſet, in probatione, vt ſentit ſum. Pont. in d. c. tua nos, quo caſu cum in dubio ſit pro matrimonio iudicãdum, c. ex litteris ſupra de probat. c. fi. ſupra de re iud. & de occultis eccleſia non iudicat, c. ſicut tuis in fine infra de Simonia, difficillimę poſſet dari caſus, vt iudicio eccleſię huiuſmodi ſponſalia diſſoluerentur, nisi de facto id fieret tuta tamen conſcientia à contrahente matrimoniũ, iuxta declarata per Couar. parte 2. cap. 2. num. 9.

38 Aut id prouenit ex intellectus defectu, qui prouenit, vel ex ætate, vel ex morbo; Aetate vt ſi ſit infans eorum aliquis, qui quicquid vident ignorant, l. in negocijs, ff. de reg. iur. quo caſu diſtinguitur qđ aut agimus durante infantili ętate, & alter, qui non eſt infans poteſt recedere, c. litteras infra de deſpon. impub. aut poſt, & tunc diſſolutio pẽdet à volũtate infantis; ſiquidẽ, aut ſponſalia rata hẽt, aut nõ.

Primo caſu idem de eis dijudicatur, quod & de contractis ab impuberibus, de qua re infra dicemus.

Si vero nõ habet rata, omnino inualida dijudicantur, c. gẽma infra eod. l. in ſponſalibus ſecunda huius initij ff. eod. & ſupra dixi quarto articulo in perſonæ, & modi circunſtantia, d. c. litteras infra tit. 1.

39 Morbo, vt ſi aliquiş eorum ſit furioſus, quo caſu vterque poteſt diſſoluere,

ſoluere, probatur in c. dilectus infra eod. in c. neque furioſus 32. q. 7. Rom. vbi ſupra nu. 7. & dixi cit. in loco, quod tamen intelligi debet, vt vti omnino inualida durãte furore de neceſsitate diſſoluenda ſint, vnde ſpectat etiam ad primam partem; niſi haberet dilucida interualla; & eo tempore fuiſſent cõtracta, quo non agitabatur, quia tunc valida eſſent, c. quamuis triſte 7. q. 1. c. iudicas 3. q. 2. l. penult. C. de Cur. fur. vt tum ipſe non poſſet, licet alter fortè poſſet, iuxta illa, quæ infra dicemus; ſiquidẽ hoc caſu non poteſt dici non adeſſe cõſenſum.

40 Defectu alterius, quando aliquis alterum cõtrahentium vi, metuuè ad contrahenda ſponſalia adegiſſet, quo caſu ita diſtinguendum eſt, quod aut is eſt metus illatus, ſiue ex vi, ſiue ſolis minis, qui cadit in conſtantem virum, & tũc diſſoluuntur, c. veniẽs ad nos, c. requiſiuit, c. cum locum, c. de muliere infra eod. c. ſignificauit infra de eo qui duxit quam polluit per adul. Roman. in d. rubr. nu. 6. aut metus non eſt huiuſmodi nec diſſoluuntur; priore autem caſu diſſolutio pendet à ſola voluntate metu contrahentis, niſi poſtmodum ſponte conſentiat, vel expreſsè, vel tacitè ex cohabitatione, iuxta illa, quæ habentur in c. ad id quod infra eo. & ſupra in modi circunſ. 4. art. declaraui.

41 Vbi autem conſenſus affuit, tunc vel fuit erroneus, vel non. Si fuit erroneus, tunc huiuſmodi caſus poteſt, vel in genere cõſiderari, vel in ſpecie: in genere Cuch. in pand. hoc tit. nu. 86. fuit in ea ſententia, quod ſi adfuit talis cauſa ignorata, quæ ſi cognita fuiſſet ſponſalia contracta nõ fuiſſent, tunc is, qui ignorauit poſsit licitè ab huiuſmodi ſponſalibus recedere, & ad hunc caſum poſſumus referre illud quod proximè diximus, quando aliquis erat furioſus habens dilucida interualla, qui valide contraxiſſet, ſi tamen huiuſmodi qualitas ignorabatur ab altero poſsit licitè recedi.

42 In ſpecie autem ſecundum caſus, quos in iure expreſſos reperi, ita diſtinguendum eſt: quod aut error fuit quo ad ipſam perſonam, cum qua contrahitur, vel quo ad perſonæ acceſſoria; ſi fuit error in perſona ipſa, nempe, quod quis putans contrahere cum Lucia contraxerit cum Antonia, defectu conſenſus iſto caſu omnino ſponſalia inualida habentur, vt probatur 29. q. 1. per totum, gl. in c. duo ſunt genera 12. q. 1. Rom. in d. Rubr. nu. 14. & Innoc. in d. c. iuuenis; ſi tamen verè error fuit in perſona, non autem fuerit in ſolo nomine, per illa, quæ mox dicemus.

43 Quo ad perſonæ acceſſoria, error conſideratur, vel in conditione, vel in qualitate, quemadmodum conditio, & qualitas differãt belliſsimè Grat. declarat allegata 29. q. 1. per totum.

Si in

Si in conditione erratum ſit, duos reperio caſus in quibus ſponſalia iure pōtificio poſſunt diſſolui, ſecundum quos caſus iure cæſareo omnino diſſoluenda eſſent, tanquam quod inceſtæ nuptiæ dijudicarentur.

Primus eſt caſus, ſi alter contrahentium ſit ſeruus, alter autem liber, qui ignorabat alterius ſeruilem cōditionem, tunc enim liber poteſt omnino huiuſmodi ſponſalia diſſoluere, tanquam etiam inualida defectu conſenſus, quod probatur 29.q.2.per totum, c.propoſuit, & c.fin. infra de coniug.ſer. Innoc. ac Rom. vbi ſupra.

Secundo ea ratione, quod hoc caſu etiam iure noſtro matrimonium vti inualidum diſſoluitur, ſiquidem ſi validum non poſſet, vt infra ſeq.c. dicemus, ergo idem de ſponſalibus dicendum eſt, arg.l.oratio ff.eod. iſtud tamen intelligerem, niſi poſt ſcientiam cognouiſſet, quia tunc videtur denuo valide contraxiſſe, & ab huiuſmodi conditionis excuſatione receſsiſſe, arg. eorum quæ ſupra diximus anteced. art. in ſecunda inſpect. primi membri, & in modi circunſt.

44 Secundus caſus eſt, ſi Senator, vel eius filius, cum liberto contraxerint, argumento l.lege Iulia ff.de ritu nupt. Rom. vbi ſupra num. 3. licet enim hoc caſu, ſi ſcienter contrahunt iure noſtro non diſſoluantur, nec matrimonium etiam ignoranter contractum ſit diſſoluendū, cum id iure pontificio cautum non ſit, argumento c. cum apud infra eod. quo tamen ad ſponſalia, ex hac conditione ignorata, id etiā iure noſtro videtur tolerari poſſe, cum contrarium in caſu ignorato iure pontificio ſtatutum non ſit, quo caſu iuris Ciuilis diſpoſitio poteſt attendi, iuxta illa, quæ tradunt communiter ſcribentes in c. 1. infra de op. noui nunc. & ſupra in perſonæ circūſtantia dixi; præterea quoniam quo ad ſeruos, hoc iure etiam matrimonij diremptio toleratur, ſiquidem illa maioritatis ratio, quæ in ſeruo poteſt conſiderari, tollitur ex alia rationis maioritate, quæ eſt in matrimonio, quàm ſit in ſponſalibus ſecundum leges diſtributiuæ iuſtitiæ, vt docet Ariſt. in libris Eticorum. Deſeruit vlterius quod Cuc. allegato nu. 86. tradidit, & quamuis Accur. in l.oratione ff. de ritu nupt. & ibi Conc. correctam eſſe diſpoſitionem d.l. Iuliȩ dixerint ex nouella 78. c. 3. & 117. c. 6. attamen illæ Iuſtin. conſtitutiones poſſunt intelligi quo ad fœminas abiectas reſpectu vltimȩ, non tamen ſeruilis conditionis, & reſpectu primæ, cū loquatur de patronis in gñe non dēt referri ad priuilegiatos in ſpecie, cū legū correctio quātū fieri poſsit ſit euitanda. Præterea quia hoc quoque iure ex ignorata qualitate poſſunt ſponſalia diſſolui, vt paulo infra videbimus.

Iſtud tamē intelligerem, vt ſponſalia quidem valida hoc caſu eſſent, iu-

L ſta

ſta tamen ex cauſa dirimi poſſent, argumento eorum, quæ Cucch. in pand. hoc tit. nu. 86. tradidit.

Secundo id etiam intelligerem, vbi non eſſent copula confirmata, per illa quæ antecedenti art. par. 1. ſecunda inſpectione declarauimus.

45 Quo ad qualitates error poteſt conſiderari, vel quo ad qualitates corporis, vel quo ad animi mores.

In primo caſu poteſt in corpore conſiderari; vel infirmitas, vel ſola deformitas.

Quo ad infirmitatem, vel ea eſt, vt inde proueniat impotentia, & tunc cenſeo etiam tanquã omnino inualida infirmari poſſe per potentẽ, q̃ impotentia qualiter proueniat infra ſeq. cap. 4. art. dicemus: nam hoc caſu contrahitur inhabilitas ad contrahendum matrimonium, vnde etiam cõtractum, & ſi ratum poſſet diſſolui, vt infra cit. loco dicemus; quod refert dignoſcere ex ſupra antecedenti articulo par. 1. quarta inſpectione declaratis, ꝓbatur in l. fi. C. eo. & Inn. vbi ſupra tradidit.

46 Vel huiuſmodi infirmitas ea eſt, vt contagioſa poſsit dijudicari, vt in lepra olim contingebat, & hodie etiam poteſt contingere in eo morbo, quod gallicum à nobis nuncupatur hoc, quoq; caſu compertũ eſt locum eſſe diremptioni, eo volente, qui huiuſmodi morbo non laborat, vt probatur in c. quemadmodum ſupra de iureiurando, & in c. fin. infra de coniug. lepros.

Verumtamen hic dubitari poſſet, an tanquam inualida infirmentur, an vero tanquam valida ea ſint, vt ex iuſta cauſa ab eis recedi poſsit; veritas huius concluſionis pendet à veritate alterius quæſtionis, de qua ſumus dicturi in capit. ſequent. hoc eod. artic. nempe an ex huius qualitatis ignoratione, etiam contractum matrimonium, quamuis ratum, nondum conſumatum diſſolui poſsit: ſiquidem, ſi teneamus affirmatiuam, erunt ſponſalia inualida, ex illis quæ ſupra proximo caſu diximus; ſi vero negatiuam tunc poterunt dijudicari valida, quippe cum matrimonium valide ſequi ex eis poſſet nulla legis prohibitione refragante; interim ſciendum eſt magis communem ſententiam eam eſſe, vt matrimonium eo caſu diſſolui nequeat.

47 Vbi vero ex infirmitate non prouenit neque impotentia, neque contagio, tunc vt diremptioni ſit locus, neceſſe videtur, vt ex ea ſaltem proueniat, vel non modica debilitas ad conſumandum matrimoniũ, vel furor; primum colligitur ex d. l. fi. C. eo. & ex d. c. quemadmodum ſupra de iureiur. ſecundum fuit ſupra à nobis in genere explicatum quo ad hanc cauſam, tradit Couar. p. 2. c. 7. §. 5. num. 3. hoc autem caſu cenſeo nõ tanquã inualida infringi, ſed quod ab eis, ex iuſta cauſa,

& ſi

& ſi validis liceat recedere, ex illis quæ mox declarabimus.

48 Vbi autem adeſt ſola deformitas, tunc conſiderandum eſt, quod hoc caſu, & ſi ſponſalia ſint valida licitè tamē ab eis recedi poteſt, volente eo, qui ignorans contraxerit, quando ea eſſet deformitas, quæ nō modica dijudicaretur, vt in naſi, & oculorum amiſsione, vel etiam ſi membrum aliquod principale corporis, potiſsimū ex illis, quæ generationi eſſent apta, pro parte etiā amiſiſſet, his inquā caſibus poſſent diſſolui, vt colligitur ex allegato c. quemadmodum ſupra de iure iur. vbi autem modica eſſet huiuſmodi deformitas non iuſtam præberet diſſolutioni cauſam: hic autem caſus maximè poſſet contingere, vbi inter abſentes fuiſſent ſponſalia contracta, iuxta illa, quæ ſupra in modi circunſtantia declarauimus.

49 Quo ad animi qualitates, quemadmodum ex earum ignorantia poſſit ignorans à ſponſalibus licitè recedere optimè declaratur in l. fin. C. eod. & in l. conſenſu C. de repud. quæ quoq; vera iure pontificio, eſt arbitratus certo in caſu, Archiepiſcopus Florentinus parte tertia tit. primo c. 18. §. 1. id autem euenit, quando aliquis contrahentiū, quod alter ignorabat, habebat vel turpem vitam, vtpotè, quod eo viuendi genere vtebatur, quod hominibus indignum dijudicatur, vt ſi nebulo, propinator, paraſitus, guloſus, ębrietati deditus, alijsuè ſimilib. vitijs illigatus; vel ſi prodige vitā ducat, vtpotè, aſſidue ludat, iactet, donet, neque quicquam magis illi cordi ſit, quam quæ habet peſſundare, iuxta illa, quæ traduntur in l. 1. per illum tex. ff. de Cur. fur. quæ elegāter declarat Ariſt. ethicorum 4. c. 1. vel ſi impudicam vitā agat, vti ſunt luxurioſi quo ad viros, quo autem ad mulieres, id ſatis eſſe videtur, ſi illicitum ſtuprum paſſæ ſint, quod vir neſciebat in vidua, multo magis ſi virginitatem illa, quæ virgo reputabatur, amiſerat, quemadmodum Florentinus recitato in loco declarat, hi autem omnes prodigi nuncupantur, vel famæ, vel morum, vel bonorum, iuxta illa, quæ belliſsimè declarat poſt alios Sānazarius paternus auus, in l. is cui bonis nu. 2. & 3. ff. de verborum obligat. vbi alias dicebam: deſeruit Leonis Iſaurici (philoſophi nūcupati) conſtitutio 93. quæ inter Iuſtin. edicta edita reperitur, vbi vult diſſolui ſponſalia, ſi ſponſa grauida reperiatur, quod à ſe nouiter conſtitutum dixit; Ego tamē cenſeo implicite in d. l. fin. contineri, & probatur ex tex. in d. c. quēadmodum ſupra de iureiur. deſeruiunt in argumentum ſupradicta, & Cucch. recitata opinio.

Hoc autem caſu valida cenſeo eſſe ſponſalia, recedere autem licere, ex iuſta cauſa, iuxta illa, quæ ſupra diximus, quod ſentit text. in d. l. fin.

Florentinus in præcitato loco, ex Vgonis ſententiã.
50 Vbi vero conſenſus non fuit erroneus, tunc cõſiderandum eſt, quod aut illi, qui contraxerunt erant impuberes, aut erant puberes; Si impuberes, tunc aut agimus, vt poſsint antequam ſint puberes, & concludendum eſt non poſſe diſſolui; niſi ea acciderent, ſeu adeſſent, ex quib. ẽt puberes poſsũt, vel niſi deficeret cõſenſus tutoris, c. 2. 20. q. 2.
51 & infra dicemus. poſtea quam † vero ſunt adulti ſi nolũt habere rata ipſa ſponſalia poſſunt diſſolui, vt probatur in c. de illis, & c. à nobis J. de deſpon. impub. quod procedit, & ſi per verba de præſenti eſſent contracta, ſecundum illa, quæ ſupra in modi circunſtantia declarauimus, quod explicat Couar. par. 1. capit. 5. §. 2. quod intelligere debemus, vt pendeat à voluntate tantum eius, qui in pupillari ætate contraxerat, & poſt aduentum pubertatis nunquam conſenſerat, nã alius, qui pubes contraxerat, vel prius ad pubertatem peruenerat, & conſenſerat licitè recedere nequit, vt probatur in capit. atteſtationes infra de deſponſat. impub. in c. 1. infra de matrim. contracto contra interdictum Eccleſiæ.
Id etiam, & ſecundo intelligi debet, vt valida ſint ſponſalia, licet ab eis liceat recedere, iuxta illa, quæ ſupra declarauimus.
52 Si autem puberes contraxerunt, tunc diſſolutionis cauſa prouenit, vel ex qualitate alicuius contrahentis, vel ex facto inter ipſos contrahẽtes ſecuto; ex qualitate perſonæ id prouenit, vel ex ſubiectione aliqua, ex qua oritur præſumptio, vel metus, vel inſinuationis reſpectu eius cum quo contrahitur, vel ex reuerentia, quæ alicui debetur in exigendo conſenſu.
Primo modo id euenit, vel ex poteſtate tuendi, vt ſi minor contrahat cũ curatore, hoc enim caſu licitè recedere poterit, & ſi ſciens id egerit, ſic etiam ſi eiuſdem curatoris filijs deſponſetur, vt probatur in l. tutor ff. eod. Rom. tradit in d. Rubr. nu. 3. nam licet hoc caſu matrimonium non diſſoluatur, cum tamen prohibeatur ratione doli præſumpti, cenſeo poſſe ſponſalia dirimi, & inualida dijudicari, licet ex eis ſequi matrimonium poſsit.
53 Vel prouenit ex iuriſdictione diſtinguendo tamen, vt ſupra quo ad arras dixi, & hoc etiã caſu dijudicarem inualida ratione metus præſumpti, & quod conſenſus omnino liber non extiterit, ſi pura, ſi conditionalia, eo quod conditio deficit, vt probatur in l. vnica, C. ſi rector prouinciæ, vel ad eum pert. ſponſalitias arras dederint, l. ſi quis officium ff. de ritu nupt. cum ſimilib. ibi citatis.
54 Ex reuerentia id prouenit quotieſcunque filiusfamil ſine conſenſu patris,
Digitized by Google

patris, vel minor ſine conſenſu curatoris ſponſalia contraheret, iuxta illa quæ ſupra in perſonæ circunſtantia declarauimus; quo caſu, licet dijudicetur valida, attamen cenſeo quod tanquam contra prohibitionem legis contracta, ipſos contrahentes poteſtati ſubiectos, & eos, quorum conſenſus eſt habendus, poſſe illa irrita facere, ſi ſimul conſentiant, quod tñ ſecundum Theologos intelligi debet, ſi habeãt iuſtam cauſam recedendi, non autem eos qui cum iſtis contraxerunt, niſi, & ipſi haberent aliquam iuſtam cauſam recedendi, l. in ſponſalibus prima huius initij, l. ſi puellæ, l. ſponſalia, & ſequentibus ff. eod. c. 2. 20. q. 2. Iuſt. in princip. in Inſt. de nupt.

55 Ex facto inter ipſos contrahentes ſecuto id euenit dupliciter, vel ex matrimonio, ſeu ſponſalibus contractis ab eo, qui iam alteri erat, vel matrimonij, vel ſponſaliorum nexu obligatus, eo ignorante tum cũ primo loco contraxit cum quo contraxit, à cuius voluntate eorum diſſolutio pendet, ſi contigerit prima fuiſſe diſſoluta, vel etiam ipſum matrimonium, vtſupra in cauſa neceſſaria ratione delicti, quo ad matrimonium tranſactum violatum commiſsi diximus, c. 1. infra de eo, qui duxit quam polluit per adulterium, Innoc. in cap. veniens ſupra de iureiur. Couar. par. 1. c. 4. nu. 3. & hoc etiam caſu tanquam inualida diſſolui poſſunt.

56 Secundo id etiam euenit in ſponſalibus contractis cum raptore dum in rapientis poteſtate quis eſſet, ſiquidem liberatus ab ea poteſtate, & in loco tuto poſitus à voluntate rapti pendet diſſolutio, quo etiam caſu vti inualida ſponſalia dirimi poſſunt; neque dum in poteſtate eſt conualidari poſſunt, Concil. Trid. ſeſſ. 24. de ref. matr. c. 6. pœnæ autem rapientis, ac violantis, & ſeducentis habentur Exod. c. 22. c. 1. infra de adult. cap. fin. infra de rap. cap. de puellis 32. q. 2. Rom. in d. Rubr. num. 3. in fine.

57 Quo ad cauſam extrinſecam, & ſubſecutiuam, ex qua ſponſaliorum pendet diſſolutio, id etiam poteſt explicari in genere, & in ſpecie, in genere quemadmodum ſupra diximus de erroneo conſenſu, quod ſi ea ſuperueniat cauſa, quę ſi à principio affuiſſet ſponſalia contracta non eſſent, tunc licite is poteſt à ſponſalibus recedere, cui nulla põt culpa imponi ex alterius defectu, prout Cuch. hoc tit. n. 86. declarat.

58 In ſpecie diſtinguendum eſt, quod aut fuit facta mutatio aliqua ab aliquo ipſorum cõtrahentium, aut adeſt ſolum vnius voluntas ad diſſoluendum: Primo caſu ſubdiſtinguitur quod aut mutatio reſpicit perſonã ipſam, aut reſpicit ſolius loci mutationem; quo ad perſonã, vel fit mutatio quo ad conditionem perſonæ, vel quo ad qualitates

tan-

Digitized by Google

tãtumodo; conditio aũt perſonæ poteſt conſiderari, vel reſpectu ſtatus temporalis, vel ſpiritualis; quo ad ſtatum temporalem id euenire poteſt, vel quod liber ſit, & efficiatur ſeruus, vel è contra; ſi efficitur ſeruus, tunc efficitur vel apud hoſtes, vel apud ciues vbi ſponſalia fuerunt contracta; ſi apud hoſtes, aut adeſt ſpes reditus, aut non;

Si adeſt ſpes reditus, dicerem iudicis arbitrio expectandum, neq; interim poſſe diſſolui argumento eorum, quæ tradit Iuſt. in §. ſed etiam captiuitatis in authẽtico de nupt. facit tex. in l. ſæpę ff. hoc tit. faciũt illa, quæ tradit Hoſt. hic in ſum. vbi agit de tempore, vt infra in ſecundo caſu principali dicemus, quod ſi adeo differat, vt tempus à iudice præfixum labatur, tunc etiam conſulerem, vt debeat expectari iudicis ſnĩa, licere à ſponſalibus recedere, iuxta illa, quę infra dicemus.

Si autem non adeſt ſpes reditus, tunc concludendum eſt poſse diſſolui, etiam ex mutata conditione, dicto §. ſed etiam captiuitatis, facit tex. in cap. de illis infra eod.

59 Si efficitur ſeruus apud ciues, tunc multo magis concludendum eſt poſſe diſsolui, cum ius poſtliminij hoc caſu non habeat, q̃m ſi id licet ex ignorata conditione, vt ſupra diximus in cauſa exiſtenti, id etiam licere debet, ſi cauſa ſuperueniat, cum à pari procedant, & in c. quẽmadmodum ſupra de iureiur. colligitur, & 29. q. 2. per totum, l. fin. c. eod. licet fortè hoc tempore difficillime poſſet dari caſus; niſi efficeretur ſeruus pœnæ.

60 Vbi vero ex ſeruo efficitur liber, tunc nullatenus poſſunt diſſolui, quamuis cũ eo ignoranter alter contraxiſſet, tunc enim conualidantur, neq; ex ignorata conditione licet amplius recedere, prout hæc probãtur ex traditis per Grat. & iura ibi 29. q. 2. per totum; niſi prius fuiſſent diſſoluta, hoc enim caſu cenſeo non teneri vindicare in libertatem, vt in caſu matrimonij dicitur, ob conditionem ſeruilem.

61 Quo ad ſpiritualem conditionis mutationem, hæc prouenit ex voto ſubſecuto ab aliquo contrahentium, qui volens licitè à ſponſalibus recedere, perpetuam caſtitatem, ac continentiam vouit, ex huiuſmodi igitur voto, vt ſponſaliorum diſſolutioni ſit locus ita diſtinguendum mihi videtur: aut eſt votum ſimplex, aut eſt ſolemne; ſi ſimplex vel fuit firmatum ſacrorum ordinum ſuſceptione, vel non.

62 Primo caſu diſſolutioni locus eſt, ſiquidem ſequi matrimonium non poteſt vt ſtatuit Sin. Trid. ſeſſ. 24. de ſacram. matr. can. 9. hanc opinionem probauit hic But. quoad ſponſalia propriè, de quibus loquimur, quæ de futuro nuncupantur, idem ſentit Grat. in §. ecce 27. q. 2. facit etiam tex. in c. ex parte ſecundo huius initij ſupra de cõuer. coniug.

neque

neque me mouet quod ſecus ſit in matrimonio rato, quæ ſponſalia de præſenti nuncupantur, de qua re infra ſeq. c. hoc eod. art. dicemus: qm̃ quo ad diſſolutionem non valet argumentum de vno ad alium, niſi affirmatiuè de matrimonio ad ſponſalia, præterea nulla videretur probabilis dubitatio quo ad matrimonium, niſi ſpõſalia diſſoluerentur, vt determinatur in d. c. 1. de voto lib. 6. faciunt tradita per Florẽt. par. 3. tit. 1. c. 4. §. 1. qui caſus licet à principio ſit voluntatis, ex poſt facto vero eſt neceſsitatis, vnde ad primam quoque cauſam nempe neceſſariam referri poteſt.

63 Si vero non eſt firmatum votum, tunc aut iſte vult ſolemnizare votũ, aut non vult, ſed neq; matrimonium contrahere: ſi vult, debet prius matrimonium cõtrahere deindè omiſſa coſumatione religionem ingredi, prout monetur à ſummo Pont. & in c. cõmiſſum infra eo. iſtud tamen videtur potius conſilium, vt gloſſator, in fine magnæ gl. adnotat, vnde poteſt etiã ingredi abſque eo quod contrahat, & hoc quoq; caſu de neceſsitate ſoluuntur poſt ingreſſum cap. ex publico ſupra de conuerſ. coniug. Hoſt. hic in ſumma verſ. & nota quinto. Ego cenſeo cum Theologorũ, opinione vti docet Sotus in 4. diſt. 27. q. 2. art. 5. quod nullatenus bonum ſit contrahere, ſed quidem debeat votum obſeruare, neq; enim ea mente contrahi poteſt, vt non conſumetur, vt infra ſeq. cap. 3. art. 1. q. dicã, neq; obſeruaret iuramentum cum in iuramento ſponſ. nedum contractus, ſed, & conſumatio promittatur, cũ illa ſit matrimonij ſubſtantia, vt ibi dicemus, & illum tex. expono, quod affuerit ſolum quoddam deſiderium non votum, perſonæ etiam cui non admodum fidendum erat, eratq; dubius quid nam eligeret idq; mihi ſuadent verba ipſius Alex. prout in 2. coll. legitur: dum ibi dicitur quod etiã ſi clauſtra eſſet ingreſſus, terminum duorum menſium habebat pęnitendi, & propterea dicit poſtea, ſi elegerit innuẽs iam non elegiſſe, nam ſi nouiſſet aliter dicendum videretur.

64 Vbi autem non vult, pugnantes videntur Theologorum ſententiæ, ſiquidem nonnulli ſentiunt diſſolutioni locum non eſſe, ſed cogendũ ad contrahendum, iuxta illa, quæ ſupra anteced. art. par. 1. ſecũda inſpectione diximus; Alij autem vti Florent. vbi ſupra tenent contrariã non poſſe cogi, ſed dandam eſſe licentiam alteri, vt cum altero poſsit matrimonium cõtrahere ſi velit, cui opinioni ego libenter aſſentior, cum ea tamen diſtinctione quod aut iſte continet, aut non. Si continet vera ſit ſupra poſita Florentini opinio, ea ratione, quod melioris frugis vitam elegerit, iuxta Cõcil. Trid. diſpoſitionem ſeſſ. 24. de ſacram. matr. can. 10. arg. d. c. commiſſum infra eod. quod ſi alter nolit

ſibi

ſibi concedi licentiam, & in idem votum conſentiat, hoc caſu nullatenus diſſoluerentur ad exemplum ſponſaliorum Beatæ Virg. iuxta
65 illa,quę habētur in c.Beata Maria,c.coniux,& c.ſeq.27.q.2.Si † non continet,crediderim id à voluntate alterius pendere, iuxta illa quæ infra de mutatione qualitatis quo ad animum reſpectu voluntariæ fornicationis dicam; ratio eſt, quia melius eſt nubere, quam vri, vt dicit Apoſtolus.
66 Si vero votum ſolemne ſequatur, tunc diſſoluūtur ipſo iure, c. ex publico ſupra de conuerſ. coniug. Hoſt. vbi ſupra vnde iſto quoq; caſu eo emiſſo de neceſsitate ſoluuntur, vbi alter nolit ſimile votum emittere, vt ſupra diximus.
67 Quo ad qualitatis mutationem itidem conſideratur, vel quo ad corpus, vel quo ad animum, quo ad corpus idem dicendum eſt, vt ſupra dixi de erroneo cōſenſu quo ad corporis qualitates, & ſi illa ſequantur, quæ ibi diximus diremptioni locus eſſe poſsit, eo volēte qui culpa caret, d.c.quemadmodum ſupra de iureiur.l.fin.C.eod.c.fin.infra de coniug. lępros.
68 Quo vero ad animum poteſt conſiderari in genere, vt ſupradixi quo ad ignoratam animi qualitatem, vt ſi ſequantur illa, quæ ibi diximus eod.pacto dirimi poſsint, quemadmodū, ſi à principio ignorata ad-
69 fuiſſent. In † ſpecie autem id conſideratur quoad fornicationē, quo caſu diſtinguitur, quod aut huiuſmodi fornicatio fuit voluntaria, vel fuit violenta, ſi fuit voluntaria, aut vterq; fornicatus eſt, & hoc caſu crediderim quod vterq; poſsit diſſoluere, quaſi quod mutuo conſenſu fides, ſpeſque matrimonij violata fuerit, & ſponſalia diſſoluta, arg.c.2.infra eod. quoniam nulla ferè cauſa eſt, quæ magis ab eccleſia ſit damnata, vt infra videbimus.
70 Aut vnus tantum, & tūc aut non adeſt ſpes pęnitentiæ reſpectu eius, qui fornicatus eſt, & vidētur de neceſsitate diſſoluenda, qđ hoc argumento probari poteſt, vbi quis ſe inhabilem ad exigendum debitum reddit, non poteſt contrahere matrimonium, c. quidam intrauit ſupra de cōuer.coniug.at ex fornicatione alicuius cōiugis, alius inhabilis ante pęnitentiam fornicantis ad reddendum, atque exigendum debitum efficitur, c.ſi vir.ꝗ.de adult.ergo prohibetur cōtrahere matrimonium, & per conſequens ſponſalia ſunt dirimenda, argumento c. rurſus infra qui clerici vel vou. præterea hoc caſu vir quodammodo efficitur infamis retinendo, & communicando, & pœna dignus, vt habetur in c.quemadmodum ſupra de iureiur.c.1.c.ſi quis viduam 32.q.7.l.2.§.Lenocinij, & l.mariti Lenocinium in princ. ff. ad l.Iuliā
de

71 de adult.l.2.vbi gl.C.eod.quando † aũt pœnitentiæ ſpes,ſeu præſum ptio adeſt,tunc id pendet à voluntate continentis, arg.c. inter opera ỹ.eod.Florent.par.3.tit.1.c.20.§. nono inquit.

72 Si vero fuit violenta fornicatio,tunc ſi ſponſa fuit violata diremptio pendet à voluntate ipſius ſponſi,vt probatur in c. raptor, 27. q. 2. ea habetur pudicitiæ ratio, quo ad huiuſmodi diſſolutiones.

73 Quo ad mutationem,quæ fit ratione loci tantum conſideratur, an ab ſentia proueniat ex cauſa neceſſaria, ſeu ex aliqua cauſa legitima,an vero ex cauſa mere voluntària; ſi ex cauſa legitima,vel adeſt ſpes reditus, vel non; ſi adeſt ſpes reditus, eſt expectandum tempus iuxta diſpoſitionem l. ſœpe ff. eod. nec crediderim, niſi poſt quadriennium, & iudicis ſententia dirimi poſſe, iuxta illa,quæ ỹ. dicemus vbi nulla fit ratione loci mutatio.

74 Si non adeſt ſpes reditus, tunc diſſolutioni locus eſſe poteſt, vt d. c. de illis ỹ. eod.

75 Si ex cauſa mere voluntaria tunc inſpicitur qualitas perſonæ abſentis, nempe an ea ſit, quæ nihil eo loci habeat, vbi ſponſalia contracta ſunt, vnde veriſimiliter poteſt de reditu dubitari, & hoc caſu locus

76 diremptioni eſſe poteſt, d. c. de illis: ſed † ſi talis eſſet perſona,quam certum ſit redituram, tunc erit expectandum tempus præfixum in l. liberum C. de repud. nempe triennium, quo tempore elapſo erit ſeruanda illa praxis, quam mox docebimus quando vnus vult diſſoluere, eo quod alter differt contrahere.

77 Quando autem nulla fit ratione loci, neq; ratione perſonæ mutatio, vnius tantum voluntate vt diſſolui poſſint ità diſtinguendum eſt, quod aut alter qui diſſolutioni nullatenus aſſentit,eſt paratus contra here, neq; eo caſu, poſſunt diſſolui, vt colligitur ex c. ſicut ex litteris infr. eod.& ex illis quę late diximus antecedenti artic. parte 1. & 2. inſpectione.

78 Aut non eſt paratus, ſed differt, & tunc vel adeſt probabilis cauſa differendi, vel non; ſi adeſt videtur concludendum non poſſe diſſolui, ſed expectandum donec ceſſent impedimenta,vt probari videtur, in d. l. ſępe ff. eod. crediderim tàmen, quod ſi res nimis in longum protraheretur, & adeſſet forte timor incontinentię ratione adoleſcẽtię eius, qui paratus eſt, quod iudicis arbitrio relinquendum eſſet, vt ſaltem poſſet diſpenſare, vt valeat ab huiuſmodi ſponſalibus recedere, ſi paratas haberet alias nuptias,& illas contrahere,argum.tex. in c. in adoleſcentia cum ſim. 33. q. 2.

79 Si non adeſt aliqua differendi probabilis cauſa,tunc,aut non eſt tran

ſactum tempus præfixum ex diſpoſitione l. 2. C. eod. nempe biẽnium, & hoc caſu non etiam poſſunt diſſolui, vt ex d. tex. colligitur, aut fuit tranſactum illud tempus.

Et hoc caſu Hoſt. hic in ſumma §. qualiter diſſoluantur ſentit quod poſſint diſſolui, verum contra eius opinionem vrget valde tex. in d. c. ſicut ex litteris ꝟ. eod. vbi nedum per biennium, vt in d. l. 2. vel per triennium, vt in d. l. liberum C. de repudijs, vel per quadriennium, vt in d. l. ſępe ff. eod. ſed vltra quinquennium expectauerat vir, & per mulierem ſtetiſſe dicebatur, ibi tamen determinatur viro non licuiſſe à ſponſalibus recedere, & niſi de facto illa ſponſalia diſſoluta fuiſſe, proinde mandat pęnitentiam iniungendam eo in caſu ipſi viro, qui abſq, cauſa fidem violauerit, quamobrem clare elici videtur, id l. permittente non actum, cum eo caſu nulla pęna dignus eſſet, vulgata l. gracchus C. ad l. Iul. de adult. ſaluando Hoſt. poſſumus reſpondere, quod eo caſu ideo id procedat, quia requirebatur iudicis ſentẽtia licere à ſponſalibus recedere, iuxta illa, quę ꝟ. ſeq. quæſt. dicemus; cum igitur iſte de facto contraxerit nulla ſecuta diſſolutionis à iudice ſententia, ideo ita plectitur, quemadmodum ſi nulla ſubeſſet cauſa. Verum hęc reſponſio diuinatione non caret, quia ille tex. maximè eo innititur, quod temporis lapſu irrita reddi nequeant, niſi ter-

80 minus fuerit pręfixus ab homine, vnde † ego hoc caſu ſic dicerem, quod, vt tranſacto tempore legali, is qui vult ex alterius mora diſſoluere faciat, vt moroſo à iudice præfigatur terminus competens ad contrahendum matrimonium, quo elapſo deinde operetur, vt idem iudex iudicialiter diffiniat culpa alterius matrimonium non fuiſſe contractum, ideoq; huic licere cum alio contrahere, & tunc ſi iſte, qui obtinuit ſententiam, cum alio contrahat, tunc priora erunt diſſoluta, neq; interim licebit alteri contrahere, imo nec poſt, niſi pera-

81 cta pęnitentia, quemadmodum †, & vno parato ad contrahendum, ſi alter expreſſe nolle dicat, quoniam hoc caſu poterit parato impertiri licentia, vt liceat recedere, alteri denegata, quæ ſunt de mente tex. d. c. ſicut ex litteris ꝟ. eod. iuxta etiam illa, quæ ꝟ. declarauimus antecedenti articulo par. 1. 1. inſpectione, quibus etiam in caſibus erit locus excommunicationi, quo ad illum, qui non vult contrahere, vt 2. inſp. vbi ꝟ. declarauimus.

82 Vlterius ſciendum eſt, omnibus illis in caſibus in quibus diſſoluitur matrimonium ratũ, ſiue quo ad torum, ſiue quo ad vinculum, ijſdem etiam in caſibus, & ſponſalia ipſa diſſolui poſſe, de quibus ꝟ. ſeq. c. hoc eo. art. dicemus, ita ẽt determinat Cuc. hoc tit. prope finẽ nu. 85.

83 Quo

83 Quo ad ſecundam quæſtionem principalem, duo requiri potiſsimũ neceſſario videntur, vt prędictis in caſibus fieri valeat diſſolutio, primum reſpicit voluntatem diſſoluere volentis ſecundum poteſtatem, primum igitur eſt, vt adſit intellectus, & diſcretio in eo, qui vult diſſoluere, tum ex regula contrariorum, de qua in l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. & in l. quod iuſsit ff. de re iud. cum ſim. vt expreſſe probat tex. in l. 4. ff. de diuor. c. dilectus infra eod. c. de illis, & c. à nobis infra tit. 1. vnde huc ſpectant illa, quæ ſupra in conſtitutione, quo ad perſonæ circunſtantiam 4. articulo declarauimus.

84 Secundum, vt concedatur poteſtas hiſce volentibus neceſſarium maxime videtur, vt huiuſmodi diſſolutio iudicio eccleſię fiat, nempè vt cauſa probetur coram eccleſiaſtico iudice, & ab eod. proferatur ſententia diſſolutionis, vt probatur in c. continebatur, & c. duo pueri, infra tit. 1. c. porrò, infra de diuor. c. 1. c. 3. 33. q. 2. c. multorum. 35. q. 6. cũ ſim. cuius rei duplex eſt ratio: primo quia nemo ſibi ipſi ius dicere pōt, l. nullus C. de iudeis, & toto tit. C. ne quis in ſua Cau. iud.

85 Secunda eſt, quia huiuſmodiſſolutio habetur vti quędam pęna reſpectu relicti, quæ infligi non poteſt niſi à Iudice, vt probatur per Grat. in §. in hoc capitulo 33. q. 2. & hæc quidem iure canonico requiri videntur, nam † quod attinet ad ius Ciuile, quæ requirantur declarat

86 hic Hoſt. in ſum. nu. 12. quæ quidem poſſunt referri etiam ad iam dicta; quod. n. attinet ad iracundiæ calorem, id poteſt conſiderari in primo requiſito, quo ad verba, & ſolemnitates id in ſecundo vt iudiciũ diſſolutionis inſtituatur, licet iure Ciuili illa intelligantur quando ſolum vnius voluntate diſſoluuntur abſq; aliqua probabili cauſa.

87 Verum enimuero, quoniam non omnibus in caſibus hæc locum habere uidentur ſeligam nonnullos caſus claros ex illis, quos ſ. prima quæſt. recenſui, in quibus hæc non requiruntur deinde nominatim agam de aliquibus caſibus, in quibus res dubia videtur.

Caſus igitur clari hi ſunt, quando ſoluuntur fine deſtinato, nempe matrimonio, item non deſtinato, de neceſsitate naturæ vt morte.

Quo ad legis diſpoſitionem reſpectu delicti in Deum, ſiquidem clare cōſtat, de his, quæ ad fidem attinent, & ad votum vel ſimplex firmatum ſacrorum ordinũ ſuſceptione, vel ſolemne, itidem poterit ſolui abſq; iudicio eccleſiæ; quo vero ad votum ſimplex, vel vbi poſſet dubitari, de dictis, delictis, tunc ſaltem cauſa eſſet, coram competenti iudice probanda, arg. eorum quæ tradit Hoſt. hic in ſumma in fine, & ĩ. dicam, reliquis in caſibus, qui ad cauſam neceſſariam ſpectant, eccleſiæ iudicio diſſolui debent, niſi forte id proueniret quod expreſſe con-

ſtaret, contrahentem alteri matrimonio copulatum.

Quo ad cauſam voluntariam, vbi communi conſenſu, & vbi de facto ſoluuntur neceſſarium eccleſię iudicium non videtur, item conditionalia deficiente conditione, in diem tranſacto tempore, quæ ſpectant ad cauſam exiſtentem, c. ſicut ex litteris infra eod.

Quo vero ad cauſam ſubſecutiuam, neq; quando ex voto ſolemni ſubſecuto diſſoluuntur neceſſarium videtur, vt etiam declarat hic Hoſt. in ſumma nu. 11. verſ. & nota in quinto; idem dicerem de uoto ſimplici firmato ſacrorum ordinū ſuſceptione, ex illis, quæ ſupra declaraui.

Reliqui omnes caſus in ea cauſa eſſe videntur, vt iudicium eccleſiæ neceſſariū ſit, ſaltē quo ad cauſę ꝓbationē, licet fortè notorietas in caſu infantis, vel furioſi poſſet excuſare, ꝙ tñ iudicis arbitrio relinquerē.

88 Res tantum dubia eſt in cauſa fornicationis, nempè quando vel ſponſus, vel ſponſa poſt contracta ſponſalia cum alio fuerit fornicata, an tunc licitum ſit continenti abſq; iudicio eccleſiæ recedere à ſponſalibus, in qua quæſtione Hoſt. hic in ſumma prope finem, & ỹ. de diuor. §. quot modis ita diſtinguebat, quod aut crimen eſt notorium, quando autem crimen dicatur notorium declarat ſpeculator tit. de notorio crimine, & hoc caſu cenſuit poſſe diſſolui abſq; iudicio eccleſiæ. Aut non eſt notorium, & tunc arbitratur, quod eccleſiæ iudicium ſit neceſſarium, cuius opinionem ſecutus eſt Couar. in 2. parte c. 7. §. quinto huius libri epitome.

89 Ego tamen quo ad ſponſalia, etiam in hoc caſu 2. teneo licere abſq; iudicio eccleſiæ, moueorq; primo ea ratione, quod ſola ſuſpicio fornicationis hoc caſu ſufficiat, vt probatur in c. quemadmodum ỹ. de iureiur. ibi,, Turpius eijcitur. quam non admittitur hoſpes, idq; etiā ꝓbatur in c. raptor 27. q. 2. vbi ex ſuſpicione violentiæ etiā

90 poſsūt diſſolui, præterea † qa in diſcuſsione huius criminis, de quo ſolum adeſt ſuſpicio, poſſet forte magis grauari fama eius, quem fornicatum eſse ſuſpicamur, vnde tutius erit hoc caſu id permittere conſcientiæ diſſoluere volentis.

91 Secundò quia in caſu matrimonij verior ea eſt ſententia, vt mihi videtur, quod infra ſeq. c. hoc eodē art. declarabo, vt liceat abſq, iudicio eccleſiæ, quo ad torum dimmere matrimonium, etiam ſi notorium nō ſit crimen adulterij, licet hoc verum ſit, quod ſi dimiſſus cōqueratur, quod eo caſu iudex debeat de cauſa cognoſcere, an iuſtum fuerit iudicium dimittentis, & an dimiſso competat aliqua exceptio, qua ſe tueri poſſet, quæ exceptiones ab eodem Hoſt. in d. tit. de diuor. loco præcit. narrantur, & ita intelligi poſſunt iura, quæ pro fundamento

ſuæ

ſuę intẽtionis allegat, quod colligi videtur ex c. ſi quis vxorem, c. dixit dominus 32. q. 1. c. apoſtolus, c. ſeq. c. dominus, c. omnes cauſationes 32. q. 7. c. diſcretionem infra de eo, qui cog. conſang. vx. ſuæ, c. ſignificaſti infra de diuor. quamobrem ſi id licet quo ad matrimoniũ, multo magis in ſponſalibus licere debet, d. c. quemadmodum ſupra de iureiur. Aut. multo magis C. de ſacroſan. ecc. & C. de ſanctiſs. epiſ.
92 præterea † & ſi in caſu matrimonij dubium eſſe poſsit, hoc tamen caſu non ea recipienda eſt dubietas, cum facilius non admittatur quam eijciatur, d. c. quemadmodum, arguendo etiam à ceſsante ratione, de quo in c. cum ceſsante ꝟ. de appell. in l. adigere §. quamuis ff. de iure pat. cum ſim.

Interim illud ſubijciendum putaui, quod omiſimus ſupra quo ad incertam coniunctionem, quæ ſuperuenit poſt contracta ſponſalia, vbi diximus, quod diremptioni eo caſu vt ſit locus neceſſe eſt, vt certa reddatur, id enim intelligere debemus, quod cum ſit difficilis probationis, ſufficiat quod fama ipſius loci hoc teneat, quemadmodum conſtituit Vrbanus Pont. in cap. ſuper eo infra de conſang. & affinit. niſi forte dicamus, quod ille text. intelligi debeat procedere, quando ſponſa nondum nubilis erat, quo caſu facilius ab huiuſmodi ſponſalibus recedere poſſumus, vel quando alter eorum id fatetur, illa vero quæ ibi diximus intelligi debent, quando eſt tertius qui denunciauit, vt habetur in cap. cum in tua infra eod. & in cap. cum inhibitio §. fin. in fine, infra de clandeſt. deſponſ. vbicunque tamen in prædicto caſu incertæ coniunctionis adſit qualisqualis fama huiuſmodi ſponſos monendos eſſe, vt deſiſtant, docet Innoc. 3. Epiſcopo Beluacenſi, vt in d. cap. cum in tua, & propterea hinc elici poteſt, ex probabili cauſa hoc caſu, non habere locum effectum coactionis, de quo agitur in d. cap. ſuper eo, & quod licet de neceſsitate hoc caſu diſſolui non poſſunt ſponſalia, vt in d. c. cum in tua, voluntate tamen diſſolui poterunt, vnde iſte caſus ſpectare poterit ad ſecundam partem primæ quæſtionis, & referri ad cauſam ſubſecutiuam pendebitq; nedum à voluntate ipſius delinquentis, ſed multo magis à voluntate alterius ex ſuſpicione fornicationis, & inceſtus, ob prohibitionem iuſtitiæ publicæ honeſtatis, ſecundum illa quæ ſupra num. 69. & ſeq. diximus, ex his

ſit,

ſit, vt parum referre arbitrer, quod ſponſi, ſeu alter eorum ſit, vel non ſit impubes.

Illud etiam hic ſubijciendum putaui, quod ſi forte aliqui alij caſus reperiri poterunt ſpectantes ad hunc art. diſſolutionis ſponſaliorum, vel ad alios ſuprapoſitos, vel illi implicite explicati ex iam dictis erunt, vel facillime poterunt ad aliquod membrum diſtinctionum ibi poſitarum reduci, quod ſi comperiemus non deerit locus, ſi quando denuo edendæ erunt huiuſmodi noſtræ interpretationes illos referendi, & ex his, quæ ad ſponſalia ſpectant ſint explicata, & ſi quæ ſuperſunt declaranda ex ſupra dicendis patebunt.

Finis Secundi Capitis.

Digitized by Google

IVLII SANNAZARII DE RIPPA,

Interpretationum Libri I.

Cap. iij. De Matrimonio. Art. I. De nomine.

SVMMARIVM.

1 *Quæritur primo matrimonium quid ſignificet, & capi decciditur vel pro coniunctione, vel Dei, et hominis ratione ſpiritus tantũ abſq; actu extrinſeco,*
2 *Vel particularis inter Deum, & quamlibet iuſti animam,*
3 *Singulari autem modo inter Spiritum Sanctum, & Beatiſſimam Virginem.*
4 *Vel generalis inter Deum, & congregationem fidelium;*
5 *Interueniente actu, vel inter Deum, & eum qui ſacris initiatur;*
6 *Vel inter hominem, & eccleſiam vel monachum* 7 *Vel prælatum;*
8 *Vel ex carnis aſſumptione inter Chriſtum, & humanam naturam.*
9 *Vel inter creaturas corporales, vel in genere,*
10 *Vti pro qualibet maris, & fœminæ coniunctione.*
11 *Quod iure canonico non eſt verum.*
12 *Prout autem apud ethnicos capitur verum probatur,*
13 *Quia inſtinctus naturæ loco conſenſus habendus eſt.*
14 *Quamuis iura, quib. prædicta opinio probatur aliter interpretari conetur. DD.*
15 *Vel in ſpecie, vel prout omnib. hominib. cõe vinculũ eſt.* (*diuinatiue tamen.*
16 *Vel prout eſt nouæ legis Sacramentum*
17 *Et vtroq; caſu capitur, & pro contractu, & pro obligatione, quæ oritur ex eo.*
18 *Secũdo q̃ritur vnde dicatur matrimoniũ, & refertur Hoſt. & Canon. deriuatio.*
19 *Refertur opinio Accur: in prin in inſtit. de pat. pot.* 20 *Ambæ iunguntur.*
21 *Oppugnantur, quia potius à patre, quam à matre denominari debebat,*
22 *Quia is filius dicitur, quem nuptiæ demonſtrant,*
23 *Et quia denominatio à digniori, & à potentiori deſumenda eſt,*
24 *Defenditur prædicta opinio quo ad matrimonium in genere ſumptum,*
25 *Arbitratur matrimonium dici, quaſi matris, ſeu mulieris munimen.*
26 *Quod in virginis deſponſatione eueniſſe D. Hieron. tradidit.*
27 *Tertio quæritur quib. nõib. matrimoniũ nũcupetur, probatur nũcupari nuptiæ.*
28 *Item connubium.* 29 *Item coniugium,*
30 *Conſortium quoq;* 31 *Additur contubernium.*
32 *Poſſet addi ſponſalia.*

Agredior

AGgredior eoſdem ſex articulos de matrimonio explicandos, nempe nomen, originem, eſſentiam, qualitates, effectus, ac rei deſinentiam.

Quo ad nomen propono eaſdem tres quæſtiones, quæ de nomine ſolent explicari.

1 Primo igitur quæro, quid hæc dictio matrimonium ſignare valeat, ſimulq; quo ſenſu hic capiatur? dupliciter: primò capi videtur, vel pro coniunctione, quæ eſt, vel Dei, & hominis vel creaturarum corporalium uiuentium tantum; prima vel eſt ſpiritus, vel prouenit ex carnis aſſumptione, ſpiritus conſideratur, vel in ſola ſpiritus coniunctione, vel interuenit etiam actus extrinſecus hominis, quo ad ſpiritus con-
2 iunctionē, ea quoq; vel eſt particularis, vel generalis, particularis †. ea eſt, quæ eſt inter Deum, & quemlibet iuſtum per gratiam, hinc iuſti anima Dei ſponſa dicitur.
3 In qua re ſingulari quodam modo Beatiſsima Virgo ſpiritus ſancti ſponſa dicitur, tum ob plenitudinem gratię, tum ex cooperatione miſterij incarnationis verbi, cum ex eiuſdem virginis puriſsimis, nec non intactis ſanguinib. Chriſti corpus formatum fuit, ſpiritu ſancto cooperante, quod à verbo aſſumptū eſt, iuxta illud lucæ c. 1., ſpi-
„ ritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi, licet opus iſtud ſit indiuiſum Sanctiſsimę Trinitatis, vt omnia opera-
4 ta, ab extra, quemadmodum docent theologi: generalis, † quæ eſt inter Deum, & fidelium congregationem, vti olim erat ſinagoga, nunc eſt Romana Eccleſia, quæ Chriſti ſponſa dicitur, ſiquidem fidelium congregatio Eccleſia nuncupatur: Interueniente actu duplex quoq;
5 eſt matrimonium, alterum † eſt inter Deum, & eum, qui ſacris initiatur, vel ſe perpetuæ caſtitati profitendo religionem deuouit, hinc monacha ſponſa Chriſti nūcupatur, & habetur ſupra de conuer. con-
6 iug. Alterum † inter hominem, & Eccleſiam, quod quoq; duplex eſt,
7 alterum inter monachū, & monaſterium, alterum † inter prælatum. & eccleſiam ſibi collatam, de quo in c. quanto, c. licet, & c. inter corporalia de tranſl. Epiſcopi, Apoſtolus ad Thimot. oportet Epiſcopū
8 eſſe vnius vxoris virum, hoc eſt vnius eccleſiæ: Ex carnis † autem aſſumptione matrimonium eſt illud, quod inter ſecundam diuinā perſonam, nempe verbum, & humanam creaturam per carnis aſſumptionem celebratum eſt, quod indiuiduum eſt, iuxta illa, quæ habentur Ioannis c. 1., Et verbum caro factum eſt, agit tex. in c. debitum ꝰ. de bigam. quib. omnibus modis hic non ſumitur.
9 Quo † ad creaturas corporales matrimonium quoq; dupliciter vſurpari

10 pari videtur in genere nempe, & in ſpecie in genere † capi videtur pro qualibet maris, & fœminæ coniunctione, pro vt ita videtur accipi per Vlp. in l. 1. §. ius naturale ff. de Iuſt. & iur. per Iuſt. in princ. in inſtit. de iure nat. gen. & Ciu. vbi maris, & fœminæ coniunctionem ſimpliciter matrimonium vocant, quo ſenſu impropriè capi diiudicandum eſt, ratio autem illa deduci poteſt, quia matrimonium à matris nomine deducitur, vt infra ſeq. quæſtione dicemus, quod quoq; nomen brutis conuenit, & illis ex huiuſmodi coniunctione attribuitur, patris enim nomen vix illis contigit; hinc forte eſt, quod ideo matrimonium, hæc coniunctio dicta eſt, quia illud perpetuo matrimonio ineſt, vt hinc mater fiat, & dignoſcatur, quod in parente ſecus eſt, & ſecundum hunc ſenſum matrimonium in genere appellabimus illam coniunctionem, quæ vel inſtinctu naturæ, vel lege permiſſa eſt, & hoc ſenſu in dictis locis capi defendunt Theof. in d. princ. in Inſtit. de iure nat. gen. & Ciu. & Boſcheus in tractatu de nuptijs in princip.

11 Verum communiter Canoniſtæ tenent illam coniunctionem nullatenus dici poſſe matrimonium, vt probat Couar. p. 2. c. 1. in princ. nu. 6. & ſeq. ego quidem id verum eſſe ſcio, matrimoniũ, pro vt in iure põtificio capit, & apud nos Chriſti fideles hoc ſenſu capi non debere, ex illis, q̃ ſtatuit ſin. trid. ſeſſ. 24. in prin. neq; enim eadẽ coniũctio, q̃ brutis iure naturæ permiſſa extitit hominibus fuit demandata, ex illis, quæ hñtur. Gen. c. 1. & 2. vt infra dicemus, verũ pro vt apud ethnicos huiuſm. dictio vſurpabãt facile defendi poſſet ſuprapoſita Theof. op.

12 Neq; obſtare videtur, quod nuptiæ ſolo conſenſu contrahi dicantur abſq; copula, vt in l. nuptias ff. de reg. iur. l. cum fuerit ff. de cõd. & de monſt. qui tex. cauillari nõ poſſunt c. 1. 27. q. 1. quo conſenſu cũ bruta careant, inter ea neq; nuptię, neq; mátrimonium eſſe poteſt. Nã primo reſpondeo poſſe dici differre haſce dictiones matrimoniũ, & nuptiæ, vt ex matrimonio denotetur carnis cõmixtio, quæ omnibus communis eſt, ex nuptijs autẽ ipſius matrimonij cõtractus, prout illæ ſolum ciuibus Romanis conueniunt, vt probatur ex eodem Iuſtin. in princ. in Inſtit. de nup.

13 Secundo quia licet matrimonium, ſeu nuptiæ ſolo conſenſu contrahi dicantur, non tamen neceſſario infertur, quin etiam abſq; cõſenſu ſolo naturæ inſtinctu, qui loco conſenſus habẽdus eſt, contrahi poſſint. Quare videmus in eo tex. dici „ iſtius iuris peritia cenſeri cętera quoq; „ animalia, quaſi quod inſtinctus ſit loco rationis, quãuis exiſtimet nõ rectè illa verba ibi poſita fuiſſe Bud. in d. l. 1. & de hac re dubius ſit Aldobran. in d. princ. num. 2.

Digitized by Google

14 Tenendo tamen contrariā ſententiam poſſumus dicta iura interpretari, vt dicamus, ꝙ à iure naturali prouenit maris, & fęminæ coniugatio, quā nos, hoc eſt prout nobis hominibus iſtud quoq; communicatur matrimoninm appellamus, eo quod nobis illa licita non ſit abſq; matrimonij vinculo, vt colligitur ex toto tit. ff. ad l. Iul. de adult. arbitror tamē, quod diuinatione, ac diuinatiua ſuppletione nō careāt ſupradicta interpretatio, quicquid Couar. vbi ſ. illam defendere conetur, verum id improprie accipi debet, quoniam abſurdum eſſet dicere, quamlibet maris, & fœminæ coniunctionem eſſe matrimoniū, ob inceſtas nuptias, vt toto tit. C. de inceſt. nup.

15 In ſpecie quoq; dupliciter capitur, vel ꝓut omnibus hominibus cōe vinculū eſt, quo ſenſu capitur in c. 2. de cōuerſ. cōiug. in c. gaudemus de diuortijs, in c. fin. ſ. de tranſac. vt declarat Couar. vbi ſ. §. 1. nu. 4.

16 Vel prout eſt nouæ legis Sacramentum à Chriſto Domino in eccleſia inſtitutum, quod ſolum nobis Chriſtianis conuenit, tamquam in fide ratum, vt infra ſeq. art. dicam, & ita etiā hic capi cenſeo, quemadmodum, & apud theologos vti ſacramentum capitur.

17 Verum quoniam etiam in iure noſtro pontificio vſurpatur, prout omnibus hominibus commune vinculum eſt, proinde ſecundum hūc ſenſum, ſequentes queſtiones, & articuli à nobis declarandi erunt. ſumitur igitur hoc ſenſu pro eo, quod eſt matrimonij contractus, & etiam pro ea obligatione, ſeu vinculo, ꝙ oritur ex ipſo contractu, licet hæc tantum obligatio, ac vinculum proprie matrimonium dicatur, vt explicat Card. ab ara Cęli, hoc tit. c. 60. quē refert, & ſequitur Cuchus vbi ſupra num. 17. & duob. ſeq.

18 Quæro ſecundo vnde dicatur matrimonium. duæ ſunt in hac queſtione opiniones, prima eſt Canoniſtarum nempe Inoc. in c. iuuenis infra eod. Hoſt. hic in ſum. nu. 4. But. hic nu. 10. gl. 1. cauſæ 27. vt nempe dicatur matrimonium, quaſi matris munium, hoc eſt officium.

Ego autem apud latine ſcribentes non reperio hāc dictionem munium ſingulari numero, pro eo quod eſt officium; reperio quidē munus in l. munus 1. & 2. huius initij ff. de verb. & rer. ſignif. hoc ſenſu vſurpari, reperio etiam dictionem munis, cuius etiam Plaut. hiſce verbis meminit,, dico eius pro meritis gratū me, & munem fore, munis nempè officioſus dicitur.

Reperio tamen munia plurali tantum numero dicta eſſe obſequia lege debita Cic. pro Mur.,, omnia hæc ſunt officia neceſſariorum, cōmoda
,, tenuiorum, munia candidatorum, quamobrem forte noſtri vti voluerunt hac dictione munia, licet ſingulari num. dixerint munium, abuſiue

ſiue quodámodo,ſicq; dicuntur matrimonia,quaſi matrũ munia, hoc eſt obſequia,quæ ipſæ tum filijs, tum viris præſtare tenentur,quemadmodum enim patris propria ſunt onera,ita matris propria ſunt obſequia,vt inquit Conar.par. 2.c.1.§.1.num.6.verſ. eius autem ex Ariſt. 1.Polit.c.1.eodem etiã ſenſu,& dictio munus proprie capitur, vt in l. munus propriè ff.de verb.ſig.vnde etiam forte huiuſm. denominationem ſumere noſtri voluerũt,quemadmodum patrimonium, quod ad onera ſuſtinẽda aptum eſt,patris munus dicitur,quaſi donum, officium,& onus, hæc enim tria munus ſignificat d.l.munus prima huius initij ff. de verb.& rer. ſig.

19 Altera opinio fuit Accur.in princ.in Inſtit.de pat.pot. quod dicatur matrimoniũ à matris nomine,ex eo quod mulier nubat, vt mater fiat ſpe ſaltem,ſtatim illud nomen adipiſcendi,cui etiã opinioni ſubſcripſit Couar.par.2.c.1.in primis verbis Cuch.de ſacram. matr. in pãdec. nu.5.Gell.noct.atticarum.lib.18.c.6.Bud.in l.2. verbo vendicias filiæ ſuæ abdicaſſe pag.103.ff.de orig.iur.hinc matris fam. nomen vxoris erat nomẽ,quæ per coemptionem in manum venire dicebatur de qua re infra 3.art.1.quæſt. dicemus.

20 Quas omnes deriuationes ſimul iungere poſſumus, ſi dicamus matrimonia dici,quaſi matris munia hoc eſt obſequia, vnde matris nomen conſequitur cum ideo nubat,vt mater fiat, quod colligitur ex dictis Hoſt. hic in ſum. num. 4.

21 Aduerſus tamẽ haſce deriuationes, primo illud obijci poſſe videtur, quod illis attẽtis potius à patre, quàm à matre denominari matrimonium debebat; non enim minora ſunt in liberos obſequia à patre debita,& munera,quæ ſubire debet,quam matris, quemadmodum quæ vir vxori obſequia debet,iuxta illa,quæ ꝗ.5. art.dicemus.

22 Secũdo,quia cum matrimonium ea potiſsimum ratione inuentum, & à iure receptum ſit,vt certa eſſet patris ſoboles,is enim filius dicitur, quem nuptiæ demonſtrãt,vt docet Iuſt.in princ. in Inſtit.de pat. pot.alioquin vulgi filij dicuntur,& incerto patre nati l.5. ff. de in ius voc.l.3.ff.ſol.mat.Alc.parer.lib.12.c.12.col.fin. quãdoquidem etiam ſine matrimonio mater ſemper certa eſt,vt communiter noſtri fatentur,quare ſeruorũ conditio ſecundũ matris conditionẽ non patris attẽditur,vt tradit Boſch.in tractatu de nup.in prin.Couar.vbi ſ.nu.1.

Cum igitur ab eo effectu,qui ſpecialius in re ipſa eſt denominatio ſumi debeat,vt declarat Alc.in l.tugurij ff.de verb.& rer.ſig.cũ ſpecies generi deroget,l.in toto ff. de reg.iur.Bar.in l.legatũ ſi.de leg.3.iſtudq; ſpeciale habeat matrimonium vt patris nomen, non matris inde oriatur,

tur,certe à patre denominari debet,alioquin quælibet cōiunctio vnde liberi oriri poſſent,matrimonium eſſet dicendum, cum nil abſurdius dici poſſet,ſecundum illa,quæ declarat.Couar.vbi ſ. num. 7.

23 Tertiò,& vltimo obicijtur, quod cum denominatio ſit faciēda vel à digniori,vt in l.1.ff.de albo ſcrib. cum ſim.à viro fieri deberet, qui vxore dignior eſt;c.hæc imago 33.q.5.vel à potētiori, vt dicebat Dec. in Rub.ff. de off. eius, cum mulieri vir imperet, & illa illi ſubdita ſit, iuxta illud Gen.c.3.,, ſub viri poteſtate eris,& ipſe dominabitur tui, necnon & potētius in filiorū generatione operetur cū ab eo, filij formā recipiāt,quod naturales philoſophi tradiderūt,& probatur, in c. 2.ſ. de cōuer.infid.in patris quippè poteſtate,ac familia filius cēſetur.

24 Tenendo illam opinionem,quām ſ.defenſauimus 1. quæſt.nēpe brutorum etiam coniunctionem matrimonium dici, capiendo eo ſenſu hanc dictionem,vtiq; iam dicta nominis ratio, vt à matre deducatur conuenit,ſecundum hūc ſenſum ex illis,quæ ibi poſuimus,cui deſeruiet,quod Hoſt.But.Inoc.& gl.ibi relati tradiderunt, cum matri etiā conceptus ſit grauis,hinc grauidę nomen habeat,in dolore pariat, vt Gen.c.3.habetur,poſt partū labor filiorū adſit,vt probat in d.c.2.ſup. de cōuerſ.infid.ex quib⁹ vr̄ defendi ſupra poſita 1. canoniſtarū ratio.

25 Ego tamen cenſeo eam eſſe ſumendam denominationem vt dicatur, matrimonium,quaſi matris,ſeu mulieris munimen, munimē enim dicitur quòd alicui præſtat ad defenſionem. Virg.2.Georg.

Hoc effoſos munimen ad imbres.

Præſtat enim mulieri, ac matri huiuſmodi vinculū cum ad famæ defenſionem,vt ſalua pudicitia poſsint filios parere, tū ad corporis defenſionem tum etiam ad rerum cuſtodiam quandoquidem vir mulieris defenſor, ac legitimus procurator, ex huiuſm. uinculo conſtituitur, facillimè.n.ob ſexus fragilitatē poſſent diffamari,ſeduci,ac opprimi ꝓut de facto ī ſolutis mulieribus id vſu eueniſſe pluries experti ſum⁹.

26 Hac ratione ſanctus Hieron.lib.1.coment.in c.1. Math. docet Beatiſsimam Virginem deſponſatam fuiſſe, ne lapidaretur à iudęis vti adultera,&vt fugiens in Aegyptū haberet ſolatium qua de re me monuit Mathias Guargantus, dum hæc mea ſcripta, vt imprimi poſſent iuſſu admodum Reuerendi Inquiſitoris inſpiceret,vterq; tamen, & Beatiſsima Virgo,& D. Ioſephus perpetuæ caſtitati ſe deuouit.

Ex eo itaque nexu, quo ad prædicta illi magis conſultum erat, munimenque contingebat,vt colligitur ex illis,quæ habentur in cap. Beata Maria, & cap. coniux, & cap. ſequen. 27. quæſt. 2. & hoc pacto dicitur ſumi denominatio,ab eo,in quo potentius operatur,& ab eo

cui

cui magis adiumento eſt, & hoc pacto demonſtratur etiam viri in mulieré poteſtas, neq; hinc gloriari continget ipſis mulieribus, quod ab eis matrimonij nomen deſumatur.

27 Quæro tertio num alia nomina matrimonio contigerint, & cõſtat quatuor alijs nominibus nuncupari nuptiæ, vt toto tit. in Inſtit. & C. de nuptiis toto tit. ff. de ritu nup. l. nuptias ff. de reg. iur. & alibi ſæpe,

28 hinc deſcendit ſecundo † loco connubium, Virg. 1. eneid.

Connubio iungam ſtabili propriamq; dicabo.

Niſi forte dicamus nuptias, & connubium accipi, pro vt ciuibus tãtum Romanis cõueniũt, vt per Iuſt. in princ. in Inſtit. de nup. matrimonium pro vt omnibus gentibus, quo caſu different vti ſpecies, & genus.

29 Tertio dicitur coniugium, hinc vir, & vxor coniuges dicuntur, quaſi eodem iugo ligati c. aliquando 32. q. 2. & Feſt. lib. 9. Virg Ecloga 8.

O' digno coniuncta viro.

Probatur in c. coniux. 27. quæſt. 2.

30 Quarto nuncupatur conſortium, quod Modeſt. ſentit in l. 1. ff. de ritu nup. dum inquit „nuptiæ ſunt coniũctio maris, & fœmine conſortium omnis vitæ, &c. Verum huiuſmodi nomen conſortium quãdoq, ad ſeruorum coniugium tantum trahitur, vt in l. fin. C. de ſer. fug. declarat hic Hoſt. in ſumma num. 7.

31 Addi poteſt quinto loco contubernium, quod iure ciuili eſt inter ſeruos tantum, iure vero pontificio dicuntur illicitæ ſacerdotũ nuptiæ, vt inquit tex. in c. ſane ſacerdotes ſup. de cler. coniug. adeo quod nomen iſtud matrimonio, prout licitum eſt non cõuenit, quoniam iure ciuili contubernio nomen nuptiarum non obuenerat, quæ matrimonium licitum ſignificant, vt in princ. in Inſtit. de pat. poteſt. poſſet †

32 addi ſecundum ſupradicta antec. c. 1. art. 1. quæſt. ſponſalia.

De origine articulus ſecundus.

SVMMARIVM.

1 *Quæritur primo quo iure ſit inuentũ matrimoniũ, & probatur iure diuino inuentum*

2 *Non autem iure naturali tantum, ſed diuino, & naturali ſimul.*

3 *Secundo quæritur qua ratione, & quo ad primam inſtitutionem probatur, vt eſſet in officium naturæ.*

4 *In ſecunda etiam, vt eſſet in remedium peccati.*

5 *Hinc factum eſt, vt ſacramentum fuerit inſtitutum.*

6 *Refertur ratio. Couar. par. 2. c. 1. §. 1. num. 6.*

7 *Ex qua probatur quod naturaliter mulier eſt ſubiecta citra peccati pœnam.*

1 Quo

1 QVo ad ſecundum de origine, primo quæro quo iure inuentũ ſit matrimonium, in qua re breuiter reſpondeo, cum communi canoniſtarum, & theologorũ iure diuino, ex illis Domini verbis Gen.c.2. ,, nõ eſt bonũ hominem eſſe ſolum, faciamus eius adiu-
,, torium ſimile ſibi, deinde immiſit Deus ſoporẽ, & c. vſq; ad finẽ dicti c ex cuius verbis poſſumus colligere quinq; circumſtãtias interfuiſſe, tum cũ matrimoniũ inuẽtum, & conſtitutum fuit. Perſonas nempe Deũ iungentem, Adam, & Euã iunctos; Res, Coſtã Adæ, & carnis repletionẽ, vnde mulier fuit formata, quamobrẽ dixit Adã,, hoc nũc os
,, ex oſſib. meis, & caro de carne mea: locũ, paradiſum deliciarũ, vbi Adam poſitus fuerat. Tempus poſt perfectionẽ totius operis creationis.
Modum in quo poſſumus conſiderare primo præordinationem Domini in ſuprapoſitis verbis,, non eſt bonum, ſecũdo immiſsionẽ ſoporis in Adam, tertio in extractione coſtæ, carnisq; repletione, & quod ex ea, mulier formata fuerit vnica; quarto quod ita formatam Deus illã duxerit ad Adam, quintò Adę conſenſus, vaticiniumq; ab eo profectum, quo mr̃imonio vera forma præſcripta fuerit, ore prophetico, quã formam omnimodo ſequendam, tamquam à Deo prolatã, mandauit Saluator tum cum nouæ legis Sacramentum, matrimonium inſtituit, dixit quippe Adã ,, hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea,
,, hęc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt, quamobrem relin-
,, quat homo patrem ſuum, & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt
,, duo in carne vna: ſubiũxit aũt Chriſtus,, itaq; iam non ſunt duo, ſed v
,, na caro, quos ergo Deus coniunxit, hõ non ſeparet, vt habetur Math. c.19. & Marci. c. 10. c. lex diuinę 27. quæſt. 2. Magiſter in 4. diſtinct. 26. Couar. par. 2. c. 1. §. 1. num. 6.

Cuius diuini modi, ac humani, & diuini eloquij miſteria, quicumq; perpendere vellet, facillimè quanti hæc res facienda ſit, quam ſancte colenda. qualiter celebranda dignoſcet, vt ſin. trid. vbi ſup. in principio ratiocinatur, & de reform. matrim. c. vlti. Hinc † conſtat veram non eſſe eorum ſententiam qui arbitrantur iure tãtũ naturali inuentũ matrimonium, eo nempe, quod commune etiam brutis eſt, vt innuit Vlpian. in d. l. 1. §. ius naturale ff. de iuſt. & iure. & Iuſt. in princ. in Inſtit. de iure nat. gen. & Ciu. quoniam bruta ſimpliciter à terra produci iuſsit Dominus, quæ deinde in naturæ libertate reliquit, vt Gen. c. 1. hominẽ vero ipſe prius creauit, deinde feminam illi, eo quo ſup. recitauimus pacto, adiunxit, quare arbitror, & iure diuino, & eo iure, quod homini naturale eſt, hoc proditum.

Prout ius naturale naturæ appetitus dicitur, & prout etiã lex diuina ius natu-

naturale nũcupatur, vt ſentit Iſiod. in c. 1. 1. diſtinc. nam homo prout potiſsimum ratione regitur ſecundum naturam ratione moderatam, vti erat ante peccatum vni tantum mulieri addictus eſt, cum tunc, & certitudini prolis, & aptiori educationi filiorum facilius operam dare poſsit, mutuusq; amor inter cõiuges facilius ſeruetur, præterquã quod plurib. ſimul exigentib. debitũ ad quod reddẽdũ tenetur, reddere aptus nõ eſſet, proinde nec vxoris cõcupiſcentiæ remediũ afferre cui⁹ rei gratia, matrimoniũ inuẽtũ ẽ, vt mox declarabo: iuxta illud.

Pluribus intentis minor eſt ad ſingula ſenſus.

Idq; probat Soto in 4. diſtinctione 33. quæſt. 1. art. 1.

3 Quæro ſecundo qua ratione inuentum ſit matrimonium, in qua re etiam communiter noſtri perpendunt, vel primam inſtitutionẽ in paradiſo, vel ſecundam poſt peccatum, de qua ſecũda habetur Gen. c. 8. ibi,, creſcite, & multiplicamini ſuper eã, in prima quippe inſtitutione, ea ratione inſtitutum videtur, vt eſſet in officium naturæ ad cõſeruationẽ humani generis, ꝙ ſentit tex. in d. l. 1. §. ius naturale, & Iuſt. in d. prin. in Inſtit. de iure nat. gen. & Ciu. & Iſiod. in c. i⁹ naturale 1. diſt.

4 In ſecunda autem inſtitutione duplex conſideratur ratio, prima iam dicta ex ſupra poſitis verbis, creſcite, & multiplicamini ſuper eam;

5 Secunda vt eſſet in remedium peccati fornicationis, & propter fomitem proinde hinc factum eſt, vt ſacramẽtum fuerit deinde inſtitutũ, quod in peccati remedium erat adinuentum, prout Hoſt. hic in ſum. §. vbi fuit inſtitutũ explicat, lanc. in §. fi. in Inſt. eod. c. nuptiarũ 27. q. 1. latè Coua. c. p. §. 1. nu. 6. vbi q̃plures theologos idẽ ſentiẽtes retulit.

6 Subijcitur tertio loco ab eod. nõ abſimilis ratio ex illis, verbis,, faciam⁹ illi adiutorium ſimile ſibi, nẽpe vt eſſet ſocietatis humanę,, prima coniunctio, ad denotandum inter homines animorum, & veri amoris nexum, alterius regentis, alterius autem obſequentis, quod etiam ad notauit Diuus Tomas in 4. diſtinc. 26. & ex Platone Ludouic. Cęlius lib. 15. c. 13. aptiſsima ſunt Ariſt. verba, quæ primo politicorum c. 1. habentur, & ab eod. Couar. vbi ſupra referuntur, principio neceſſariũ eſt maris & fœminæ coniugium, quorum vterq; ſine altero debilis eſt, nec poteſt conſiſtere procreandi cauſa, idq; naturale eſt deſiderium, quale quicquid eſt, tale quid alterum relinquendi, eius autem, qui imperat, & eius, qui parit, naturalis eſt coniunctio, ſalutis cauſa conſtituta; deſeruit, quod & Geneſi c. 3. habetur, dum Dominus mulieri dixit, ſub viri ptãte eris, ꝙ licet in peccati pænã mulieri fuerit

7 iniunctum, fuiſſet † nihilominus naturalis quædã ſubiectio, & ſi non peccaſſet, hinc infertur, quod qui non ad illos duos fines ſuprapoſitos

matri-

matrimonium contrahunt, ſed alia tantum ratione, grauiter peccãt, licet matrimonium validum ſit, nempe quando ſolius oble&amenti cauſa id fieret quod cenſuit Couar. vbi ſupra nu. 7. facit text. in c. tua nos infr. eod. vbi Panorm. quamuis poſſit principaliter alia etiam ratione moueri, dum tamen adſit aliqua ex ſuprapoſitis rationibus, & hæc quo ad ſecundum artic. ſint ſatis.

De eſſentia, Articulus tertius.

SVMMARIVM.

1 *QVæritur primo quid ſit matrimonium, & referuntur Modeſt. verba in l. 1 ff. de ritu nupt.*

2 *Et Iuſt. in inſtit. in princ. de pat. pot. Al. x. 3. Pontif. in c. illud. ſupra de præſump.*

3 *Et Greg. 9. in c. 2 ſupra de conuerſ. infid.*

4 *Refertur additio interpretum ad iuſt. diffinitionem.*

5 *Referuntur theologorum diffinitiones, de quibus per Couar. vbi ſupra in princip. num. 8 per Cuch. in pand de ſacram. matr. num. 20.*

6 *Aggreditur ad explicandam Greg. 9. diffinitionem.*

7 *Declaratur dictio coniunctio, quod intelligatur de quacunque coniunctione in genere.*

8 *Reprobata Sangeor. opinione hic.*

9 *Maris, & fœminæ appoſita eſſe demonſtrat ad demonſtrandam ſexus coniunctionem.*

10 *Hinc ſodomitica coniunctio ſeiungitur.*

11 *Neq; apponuntur eo quod demonſtretur, quod vnus tantum vnice eſſe debeat.*

12 *Obijcitur, quod matrimonium ſolo conſenſu contrahatur.*

13 *Refertur opinio Doctorum, vt per Couar. vbi ſupra nu. 2.*

14 *Quæ reprobatur quod ſponſalia non diſiungerentur.*

15 *Quæritur in genere qualis eſſe debeat conſenſus ad copulam, vt is ſit, qui nullum patiatur defectum.*

16 *Adeò vt non poſſit aliter lege ſtatui.*

17 *Hinc ſimulatus conſenſus non ſufficit.*

18 *Reprobata opinione glo. & Panor. in cap. tua nos, infra eod.*

19 *Hinc nec metu cadente in conſtantem virum extortus, nil operatur.*

20 *Quemadmodum, nec erroneus conſenſus ratione perſonæ, vel ſeruilis conditionis.*

21 *In ſpecie, vt ſexus coniunctio, neque reuocabilis contrario tantum conſenſu, neque impedita ſit.*

22 *Hinc conditiones contra ſubſtantiam matrimonij irritant.*

23 *Et ſi in vim modi apponantur.*

24 *Et*

24 *Et ſi vnus tantum eas adiecerit.*
25 *Neque conditionalis conſenſus conditione ſuſpenſiua ſufficit.*
26 *Quam etſi turpem vellent omnino contrahentes obſeruandam matrimonium impeditur.*
27 *Quamuis conditio adimpleatur, niſi nouus accedat conſenſus.*
28 *Aliter ſi conditio eſſet de præterito.*
29 *Quod forte hodie eſt correctum.*
30 *Ex his neceſſe eſt, vt ſexus coniunctio non ſit impedita, & ita ſponſalia diſiunguntur.*
31 *Reſpondetur ſecundo diffiniri matrimonium carnali copula conſumatum.*
32 *Cum non conſumatum ſecundum aliquos non ſit perfectum, quod tamen verum non eſt.*
33 *Quia c. non dubium diſpoſitio non eſt recepta, vt ſit Auguſt. & cap. cum ſocietas. 27. q. 2. aliter legi debeat.*
34 *Solaq; intentio ſufficit, vt mater fiat, vt matrimonium dicatur.*
35 *Quod ſi aliquando matrimonij appellatione non veniat, prouenit, vel ex communi vſu loquendi, vel ex legis ratione*
36 *Probabat auctor, quod vtrunque ſimul rectè diffiniri non poſſet, quare ſat fuit magis perfectam ſpeciem diffinire.*
37 *Legitima dicitur huiuſmodi coniunctio, vt ſeiungatur à brutorum, ac illicitis coniunctionibus.*
38 *Quo ad Iuſt. Cæſaris, & Alex. Pontif. diffinitiones declaratur differentia, quæ eſt inter illas dictiones viri, & mulieris, & maris, & fœminæ.*
39 *Cum inter bruta dari fortè poſſet indiuidua coniunctio.*
40 *Intelligit autem Alex. de indiuidua præter uoluntatem, non de ea, quæ naturæ inſtinctu prouenit.*
41 *Obijcitur contra illa verba indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, vel retinens, quod & de concubinatu idem dici poſſit, quoad intentionem.*
42 *Cenſet indiuiduum dici, quòd diuidi non poteſt, non quod non diuiditur.*
43 *Obijcitur ſecundo matrimonium diuidi poſſe.*
44 *Refellitur Doctorum interpretatio, quod dicatur indiuiduum deſtinatione, quia non diſiungeretur à prædictis coniunctionibus illicitis.*
45 *Refragaturq; proprietati vocum.*
46 *Refellitur, quod Iuſt. loquatur de matrimonio conſumato tantum, cum nuptiæ ſolo conſenſu contrahantur.*
47 *Interpretatur intelligi indiuiduam, quoad contrahentes, vt ab eis nequaquam diuidi poſſit, mutuo conſenſu ad mentem Iuſt.*
48 *Non obſtāte nouella 140. cui attendi non potuit, quo tempore diffinitæ fuerūt.*
49 *Ad mentē Alex. vt indiuiduum dicatur, quo ad homines, & loquatur de rato.*
50 *Quod ſi vnus efficiatur Chriſtianus iam non erat ratum, & diuina permiſſione diuiditur.*
51 *Quod ſi ignorata ſit conditio nullum fuit matrimonium defectu conſenſus.*

52 *Idem dicendum eſt ſi non potuit conſumari, quia conſenſus fuit ad copulam.*
53 *Quod ſi ingreſſu religionis diuidatur, vel Pontificis diſpenſatione à Deo diuidi dicitur, cum vna caro effecti non ſint.*
54 *Quod ſi ſunt effecti, communis eſt, quod Summus Pont. non poſſit.*
55 *Quo ad Modeſt. verba probatur illa loco diffinitionis non capienda, cum plura videantur poni verba, tanquam genus.*
56 *Sed vel vti verba prolata in commendationem nuptiarum.*
57 *Vel loco deſcriptionis ſecundum varios modos, quibus contrahebantur nuptiæ.*
58 *Vt illa coniunctio maris, & fęminæ referantur ad eas, quæ vſu cōtrahebantur.*
59 *Illa conſortium omnis vitæ ad eas, quæ coemptione.*
60 *Diuini, & humani iuris communicatio, ad eas, quæ confarreatione.*
61 *Quare refellitur Accurſ. opinio, qui cenſuit illis verbis declarari, prohiberi matrimonium inter Chriſtianos, & iudæos.*
62 *Quæritur ſecundo quotuplex ſit matrimonium.*
63 *Reſpondetur, vt ſit, vel contractum tantum nempè maris, & fœminæ legitimæ coniunctionis perfectus conſenſus.*
64 *Et eſt, vel legitimum tantum, maris, & fœminæ legitimæ coniunctionis perfectus conſenſus abſque ſacramenti vinculo.*
65 *Differt à rato, quo ad vinculum indiuiduitatis.*
66 *Et eſt, vel verum, vel præſumptum, vt infr. ſeq. art.*
67 *Vel ratum, quod eſt maris, & fœminæ indiuiduæ coniunctionis perfectus, & ſacramentalis conſenſus.*
68 *Et eſt, vel omninò legitimum, cum nulla legis prohibitio reſiſtit.*
69 *Vel non omninò, cum contra legis prohibitionem validè celebratur.*
70 *Quod ſolet appellari ratum tantum, ſeu ratum, & non legitimum, quod non probo, quia & ſi lex prohibeat fieri, factum tamen permittit.*
71 *Vel conſumatum, quod eſt maris, & fœminæ legitima, & perfecta coniunctio.*
72 *Et eſt, vel legitimum tantum.*
73 *Vel ratum, quod eſt, vel omnino legitimum, vel non.*
74 *Hinc matrimonium legitimum in genere.*
75 *Legitimum tantum in genere.*
76 *Ratum in genere, quòd eſt uiri, & mulieris indiuidua ſacramentalis cōiunctio.*
77 *Initiatum matrimonium illud dicitur, quod contractum tantum eſt.*
78 *Per text. in cap. cum initiatur. 27. q. 2.*
79 *Quamuis inter Epiſcopum, & Eccleſiam initiatione nō contrahatur, quia confirmatio requiritur:*
80 *Contractum dicitur de quocunque matrimonio, quamuis aliquando contractū ſimpliciter dicatur de non conſumato.*
81 *Ratum dicitur, quod à Chriſtifidelibus celebratur, quamuis, & non conſumatum ratum dicatur, ratumque tantum etiam conſumatum dicitur, ſed non omnino legitimum:*
82 *Conſumatum intelligitur, interueniente copula.*

83 Et

Digitized by Google

83 *Et ita etiam poteſt exponi.c.literas.infra de coniug leproſ.*
84 *Ex quo poteſt defendi ſponſalia copulæ interuentu, ita firmari, vt diſſolui nequeant, ſecundum tradita anteced.c. 5. art.*

1 QVo ad tertium de eſſentia primo quæro quid ſit matrimoniũ, plures afferuntur matrimonij, ſeu nuptiarũ diffinitiones primo enim diffiniuntut per Modeſt.in d.l.1.ff.de ritu nup. nuptiæ ſunt coniunctio maris, & fęminę; conſortium omnis vitæ; diuini, & humani iuris commnnicatio.

2 Secũdò Iuſt.in inſt. in prin.de pat.pot. ſic definit; mr̄imoniũ eſt viri, & mulieris coniunctio, indiuiduã vitæ conſuetudinẽ continẽs. Alex. autem tertius ſummus Pontif.in c.illud ſup.de pręſump.ead.fere diffinitione vſus eſt, ſolum mutatis illis dictionib.viri, & mulieris, in maris, & fęminę, & illa continens in retinens, qua etiam vſus eſt Grat.in reliquis ſecutus Iuſt.diffinitionem, in §.1.27.q.2.& in princ. 29.q. 1.

3 Tertiò Gregorius nonus in c. 2.ſup. de conuerſ.infid. diffinit legitimam maris, & fœminæ coniunctionem, forte ſecutus Modeſt. Vlpian. & Iuſtin. in l.1. ff. de ritu nup. in l.1.ff.de iuſt.& iur. & in §.1.in inſti.de iure nat.gen.& ciu. quorũ verba ſupra fuerũt à nobis relata.

4 Quartò loco interpretes, vt plurimum ſecuti ſunt ſup. narratas Iuſtiniani Imp. & Alex. Pontif. diffinitiones, addunt tamen aliqui ex Modeſt. huiuſm. verba, diuini, & humani iuris communicatio, vt per Hoſt.hic.§.1.Accurſ.in gl.1.dict.princ.in inſt.de pat.pot.Lanc.in inſtit.de ſacram.matr.in princ. quod quam rectè infra dicemus.

5 Quintò, & vltimo loco ſuccedunt theologorum diffinitiones, prout eſt matrimonium ſacramentum, in qua re Io. Maius in 4.diſtinct.26. quæſt.1. quem Couar.vbi ſ.in princ.nu.8. retulit, ita diffinit, vt matrimonium ſit ſignum, quo mas, & fœmina præuio conſenſu perpetuo coniunguntur, ſacramentum enim eſt ſignum viſibile, ſacræ rei inuiſibilis, c. ſacrificium. de conſecr.diſt. 2. Couar. vbi ſupra nu. 9. Marcus autem Antonius Cuch. in pandec.de ſacram.matr. nu. 20.ita diffinit; matrimoni um eſt ſacramentum, quo vir vnus, vnaq; mulier perpetuo, & indiſſociabili vinculo coniunguntur, verum ſuper hiſce diffinitionibus theologorum non inſiſtendum arbitror, quoniam nõ hic ſimpliciter agimus de matrimonio, prout eſt ſacramentum nouę legis, ſed pròut eſt omnib⁹ gentibus commune vinculum, quamobrem ſuper quatuor tantum prioribus inſiſtemus, & vt ſigillatim eas declaremus à breuioribus inchoandum arbitror, illæ enim meliores dijudicantur, quæ breuiter magis rei ſubſtantiam ponunt, Card. in

O 2 cap.

Digitized by Google

cap.perpendimus.infr.de ſentent.excommun.

6 Aggredior itaque primo loco Greg. noni diffinitionem in d. cap. ex litteris ſup. de conuerſ. infid. vt matrimonium ſit legitima maris, & fœminæ coniunctio, hanc diffinitionem, prout matrimonium à nobis hic ſumitur, nẽpe pút eſt omnibus hominibus, ſeu gentibus cõmune vinculum, cæteris meliorem arbitror, quod vt videamus perſcrutemur ipſius diffinitionis partes, ſecundum illa, quæ anteced.c. hac eadem quæſtione declarauimus.

7 Generis igitur loco ponirur dictio coniunctio, quæ ſignificat ad eũdem iugum alligatio, ſecundũ illud Pauli 1. ad Corinthios. c. 6. „ nolite iugum ducere cum infidelibus, ſiquidem nullus nexus maior diiudicari poteſt, hinc coniuges, & coniugium, vt ſup. 1. art. 3. quæſt. diximus, in qua re vana mihi videtur noſtrorũ diſputatio, dum quęrunt de qua coniunctione hic agatur, num animorũ tantum, an corporum tantum, an vtriuſque; quia genus in diffinitione latiſsime capi debet, cum deinde differentiæ ad id, quòd ſpecialiter diffinitur, illud reſtringunt; genus enim eſt loco materies, quæ in genere conſideratur, in differentijs autem conſiſtit forma, proinde ego accipio in ſuo ſignificatu proprio, & lato, ſecundum quem eodem nexu ligati coniuncti dicuntur, hinc Cic. de Amic. ſummo amore, ac beneuolentia coniunctos nuncupauit, hinc collegatarij coniuncti dicuntur aliquando, vel re, vel verbis, vel vtroque modo. l. triplici. ff. de ver-

8 borum ſignification. l. re coniuncti. ff. de legat. 3. hinc † fit, vt veram non exiſtimem Sangeorgij opinionem, ſentientis coniunctionis verbo hoc caſu intelligi de legitima, neque enim à ſuperfluitate Greg. 9. ſaluari poſſet, quod ſi coniunctio eſſet, vt ipſe affirmat, pro potentiori coniunctione capienda, ſiquidem id appellat capi in potentiori ſignificatu, quod verum non exiſtimo, ſiquidem tum vox potentius ſignificat, cum plura complectitur. l. 1. §. nauem. ff. de exercit. actione, vtique ſolo coniunctionis verbo matrimonium diffiniretur, nulla enim põt dici magis potẽs coniunctio, vti hęc, quæ & animorũ, & corporis, & perpetua eſt, vt j. dicemus iuxta illud Virg. ecloga 8.

O digno coniuncta viro.

Hęc aũt cõiunctio rõne conſenſus, qualis eſſe debeat mox declarabo.

9 Loco autem differentiæ ponuntur illa verba maris, & fœminæ, ad diſiungendas illas coniunctiones, quæ non fiunt reſpectu ſexus, mas enim fœminæ iungitur tum, cum ſexus iungitur, quia ſi alia ratione, vir, & mulier iungantur, iam mas non dicitur fœminæ iunctus, prout ille mas eſt, & illa fœmina, ſed prout ſunt homines, hinc videmus,

quod

quod Vlpian. in l. 1. §. ius naturale.ff.de iuſt. & iure, & Iuſt.in princ. in inſtit.de iure nat.gent.& ciu.& Iſiod. in c.ius naturale 1. diſtinct. maris, & fęminæ coniunctionem appellant illam, ex qua liberorum
10 procreatio prouenit, hinc † etiam rectè noſtri, nempe Hoſt. in ſum. hoc tit.nu. 1.& Butr.nu.9. & Præpoſ. num.5. dixerunt, ex huiuſmodi verbis ſodomiticam coniunctionem diſcerni, in qua nullatenus conſiſtit matrimonium.l. cum uir. C.ad l.Iul. de adult. c.clerici.infra de exceſsibus prælat.Inſt.nouella 77. ſeu in Auth.vt nō luxurientur cōtra naturam,in qua quidem re adeſt carnalis copula, & aliquando inter virum, & mulierem, attamen non dicitur maris, & fœminæ coniunctio,quia ſexus coniunctio non eſt,vt probatur in d.l.cum vir ibi, vbi ſexus perdit locum,c.flagitia,& ſeq.32.q.7.c.nemo.32. q.4.
11 Vlterius quo ad huiuſmodi verba animaduertendum eſt,quod etiam Doctores cenſent poſita eſſe ſingulari numero, quod vnus tantum eſſe vir debet, & vnica vxor, quod quidem licet in iure noſtro verum ſit,quod Sin. trid. ſeſſ. 24.in princ.dixit,ex illis verbis ſupra relatis.Gen. 2.,,erūt duo in carne vna,& ex illis Mathęi.c.19.,,iam itaq;
,, non duo ſunt, ſed vna caro,vt infr. 4.art.in quātitatis circūſtantia,& 5. dicemus,attamen ex illis verbis colligi nō poſſe cēſeo,quippe hoc dicendi modo vſi ſunt Vlpian. & Iuſt. in ſupra citatis locis, quo loci agunt de brutorum coniunctione quæ clarum eſt, vnum, vni tantum non iungi, præterea qđ eodem modo vſus eſt; Modeſt. qui ethnicus erat, in d.l.1.ff.de ritu nup. atqui apud Romanos. l. quam Iulius Cæſar AElio Cinnæ trib. ple.ferre iuſsit, vt auctor eſt Suet. c.52 permiſſum erat, vt vxores, quas, & quot quiſque vellet ducere poſſet, liberorum quærendorum cauſa, imò & Valentinianus Imperator bina matrimonia permiſit,vt refert Couar. p.2.cap.7.§.3. num.1.Summus quoque Pontifex Greg. ibi agit de iudeorum coniugio, quibus plures ducere vxores more maiorū licebat, quod inquit Ioſeph. de antiq.iud.lib. 17.c.j.& Couar.vbi ſupra explicat. c.obijciuntur.32.q.4. ex quibus conſtat, neque ea mente prolata huiuſmodi verba, neque ex proprietate ſermonis hoc poſſe ſignificare, quoniam & ſi vnus viginti iungeretur, vtique quælibet harum maris, & fœminæ coniunctio nuncupari poſſet,neq; enim eod.tpe vnus pluribus iungi poteſt.
12 Aduerſus tamen huiuſmodi diffinitionem, ita interpretando huiuſm.verba, illud obijci poſſe videtur, quod matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, abſque carnali copula, imò tanto ſanctius, quanto à carnali copula alienius.c.B. Maria.c.cōiux.c.omne 27.q.2.Aug. ad AEdit.& Magiſter in 4. diſt. 26. Iuo. p. 8.c. 14. Cou.p.2. num.1.

c. 1.

Digitized by Google

c. 1. §. 1. vt & probatur etiam in l. nuptias. ff. de reg. iur. l. cum fuerit. ff. de condict. & demonſtr. ergo videtur dicendum dari matrimonium, & non dari hāc coniunctionē, & p conſequens dari diffinitum, quod ſub diffinitione non comprehenditur, ſicq; non optimam eſſe diffinitionem, cum non conuertatur cum ſuo diffinito, ex illis, quæ ſupra antec. c. hoc eodem articulo declarauimus, & declarat Bart. in l. 1. ff. de dolo, & in l. 1. ff. de teſtamen.

13 Quo ad hanc obiectionem animaduertendū eſt, quod plerique noſtrorum non ita interpretantnr ſupraposita verba, vt latè per Couar. par. 2. cap. 1. nu. 2. cum duob. ſeq. & §. 1. nu. 1. & alibi ſæpè, exponunt, nempè maris, & fœminæ coniunctio, hoc eſt, vel ſolius conſenſus ratione copulæ, vel conſenſus, & copulæ, ſed ſi hoc modo interprete-
14 mur, † neque huiuſmodi diffinitio poterit ſaluari, quia poteſt interuenire coniunctio legitimi cōſenſus ratione futuræ copulæ inter marem, & fœminam, neque erit matrimonium, ſicq, è contra dabis diffinitionem, neq; dabis diffinitum, ex eademmet regula, quam in locis ſupra citatis. Bart. & nos declaranimus, idque contigit in ſponſalibus, in quibus interuenit huiuſm. coniunctio conſenſus, ex illis, quæ late anteced. c. declaraui, quamobrem recipienda eſt prædicta noſtra interpretatio, qua ſuſcepta opus eſt, vt ſatisfaciamus propoſitæ difficultati, in qua re duo perpendenda ſunt, primum qualis eſſe debeat huiuſmodi coniunctio reſpectu conſenſus, poſtmodum contrarijs ſatisfacere conabimur.

15 Quo ad primum, vel id quærimus in genere, vel id quærimus in ſpecie reſpectu conſenſus ad copulam, ſi attendamus illa, quæ in genere dici poſſunt concludendum eſt, quod adeo perfecta huiuſm. conſenſus coniunctio eſſe debet, vt quilibet, vel minimus defectus valeat irritum matrimoniū reddere, c. 1. c. cum locum, c. tuæ, c. cum apud, c.
16 tua nos ꝟ. eod. c. ſufficit, c. cum initiatur 27. q. 2. adeo, † vt dicebat Couar. p. 2. c. 2. nu. 1. quod nec Summus Pontifex poſsit legem condere, qua caueatur matrimonium poſſe ſine conſenſu contrahi, ex
17 quibus † colligitur, quod ſimulatus conſenſus non ſufficit, c. tua nos. ꝟ. eodem. quare licet ſimulatus pronunciari nequeat, ex his, quæ ſup. anteced. c. declaraui, attamen matrimonium in foro conſcientiæ nō
18 eſt, quod Couar. hic. 2. p. c. 2. nu. 2. explicat, in qua † tamen re illud mirabile eſt, quod voluit gl. & Panorm. in cap. tua nos. ꝟ. eod. Sannaz. vulgo Ripa mihi paternus auus, poſt Felin. in c. cum M. ſup. de conſti. quod ſi quis proteſtetur ꝙ per quæcunq; quæ faciet, vel dicet, non intendit conſenſum præſtare matrimonialem, ſed id agere animo non

contrahendi

contrahendi, ſed decipiendi, & forte cognoſcēdi, niſi pars conſentiat huic proteſtationi, ſi contrahatur matrimonium, quod adhuc ſit matrimonium, quoniam text. in d. c.tua nos ſolum vult, quod ex conſenſu vnius ſolius irritum ſit matrimonium, & ſi alter ſit ignorans, & deceptus, propterea id intelligerem, quod ſi iſte illico ante actum proteſtetur, & idem etiam poſt ſecuta verba, vbi receſſerit ab eo, cum quo contraxit ſtatim idem teſtetur, vt veroſimile non ſit, tum cum verba protulit pęnituiſſe, neque re vera conſenſiſſe, licet hoc caſu etiam cognouerit, cenſeo matrimoniū non eſſe, ex tot proteſtationibus factis, niſi fortè deinde alia vrgerent pro ipſo conſenſu, & ita intelligo dicta per Couar. vbi ſup.num. 3.& 4.& potiſsimum, ſi concurrat diſpar genus diuitiarum, ſtatus, conditiouè impar.

19 Hinc nec metu extortus conſenſus, dum tamen is ſit metus, qui cadat in cōſtantem virum, valet. c.veniens ad nos. ỹ.eod.de qua re late idem Couar. vbi ſ. §.4. & 5. in qua re etiam ex diſpoſitione Conc. Trid.licet difficillime poſſet dari caſus, non tamen cenſerem copula confirmari, quia neceſſarium eſt, vt conſenſus ſimultaneus ſequatur præſentibus parocho, & teſtibus, niſi forte, nunquam de metu fuiſſet proteſtatus, adeo quod poſſet dubitari liberum fuiſſe conſenſum metu non obſtante, vt infr. in modi circunſt. 4. ar. dicam, hinc Sin. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap. 6. voluit, ex prę̨ſumpto metu, nullum eſſe inter rapientem, & raptum matrimonium, donec in rapientis, eſt poteſtate.

20 Hinc vltimo factum eſt, vt erroneus conſenſus, tum ratione perſonæ, tum conditionis ſeruilis operetur inualiditatem matrimonij, niſi ſecundo caſu poſsit remoueri conditionis obiectum, qujppe ſeruus poſsit in libertatem vindicari, vt habetur 29. quæſt. 1. per totum, & niſi prædictis omnibus in caſibus nouus præſumptus ex copula ſubſecuta ſequeretur cōſenſus, vt ibidem hȓ, quæ oīa ēt infr. 6.art. declarabo, hīc patet qualis dēat eſſe hęc cōſenſus cōiunctio in genere.

21 Quo ad ſecundum concludendum eſt, quod ea debet eſſe conſenſus coniunctio, vt ſexus coniunctio, neque reuocabilis, contrario tantū conſenſu, neque impedita ſit, ſiquidem illi, qui contrahunt matrimonium tum cum contrahunt obligantur ad huiuſm. copulam, & ea mente contrahere debent, vt ſe ſubmittant diuinæ diſpoſitioni, abſtinendi quidem, veruntamen in copulā conſentiant, non illam appetendo, ſed diuinæ inſpirationi obediendo, quod Auguſt. in libello de virginit. tradidit, refert Grat. in c.Beata Maria 27. q.2.& ſic neceſſe

22 eſt, vt non expreſſe contradicant, propterea † quod, vbi apponuntur conditiones

conditiones contra ſubſtantiam matrimonij, non eſt matrimonium, c.fin.infra de condic.appoſt.quod late explicat Couar.par.2.c.3.§.1. num.1.adeo, vt nec poſsit ea lege contrahi, vt poſt conſumationem, vel contractum, ſequatur votum perpetuæ continentæ, quod recte
23 aduerſus Palud. defendit vbi ſ. nu. 3. quemadmodum, & ſi † in vim modi apponantur, prout magis communiter receptum probat. nu.8. pactum autem incontinenti appoſitum poſt actus perfectionem, non vitiaret, ſed vitiaretur, niſi eſſet perpetuæ continentiæ, quia tunc nec vitiat, nec vitiatur, vti docet. D. Auguſt. in libro de nup. & concup. c.11. Iuo p. 8. cap.14. Secundum tamen illa, quæ ſ. 6. art. dice-
24 mus, quod ibidem probatum remanet, idq; † etiam procedit, & ſi vnus tantum adiecerit conditionem altero refragante, prout belliſſime idem Couar. aduerſus communem defendit. num. 11. neq; copula ſecuta actum conualidaret.
25 Hinc, nec conditionalis conſenſus conditione ſuſpenſiua quia non eſt perfectus conſenſus ad copulam, quę remanet impedita conditione durante perficit matrimonium, vbi aliàs irritæ conditiones non
26 ſint, in quibus † etiam ſi conſtaret, & ſi turpes conſenſum non eſſe perfectum illis reiectis, vtique nec contractus valeret, vt idem declarat p.2. c.3. §.2. nu.4. & 5 & in princ.num.2.vſque ad finem d.princ.
27 vbi belliſsime id probat, quamuis † conditio adimpleatur, niſi nouus accedat conſenſus expreſſus, quod potiſsimum hoc tempore ex Concil. Trident. diſpoſitione verum arbitror, vt ibid. nu.3.
28 Aliter autem dicendum videtur, vbi conditio eſt impropria, ſeu de præterito, quæ actum, donec certa reddatur ſuſpendit, quia tamen conſenſus eſt præſens, & perfectus, nec ſuſpenſus, dicitur matrimonium, ſi eueniſſe probetur, quo in caſu crediderim, quod ſi ſequatur conſumatio ante certitudinem, diceretur à conditione receſſum, argumento d.c.fin.de condit.appoſ.prout docet idem Couar.vbi ſupra §.1.num.9. & §.2. num.2. cętera autem omnia, quæ de conditionali
29 conſenſu traduntur. d. c. 3. ad ſponſalia cenſeo referenda, cum † Sin. iam d. ſtatuat, tum poſſe cõtrahi cum nullum ſubeſt impedimentum, & pure contrahenda, neque enim valet parochus, vbi ſuſpenſa eſſet actus certitudo dicere, ego vos coniungo in matrimonium ex præſcripta forma, quamuis cenſeam illa verba non eſſe de neceſsitate, proinde firmare debemus, quod vbi conditio eſt mere ſuſpẽſiua, ſunt ſponſalia, non matrimonium, & ita intelligenda ſunt, quæ idẽ Couar.docet.c.4.in princ. num. 10. & prædictæ noſtræ ſententiæ ſuffragatur omninò tex.in cap. ſuper eo infra de condit. appoſ. Goff. hic in ſumm.

Sum.nu. 2.quod anteced. c.hoc eod. articulo 1.& 2.q. declaraui.

30 Ex his igitur pendet prima ſolutio propoſitæ difficultatis, vt nempe dicatur ſexus coniunctio, neq; impedita, neque reuocabilis, vt ſup. licet actu non adſit, ad exemplum poſſeſſionis naturalis, quæ rei detentio, ſeu inſiſtentia dicitur, vt in l. 1. ff. de acquir. poſſ. & tamen poſſidere quoque dicimur naturaliter, tum cum non prohibemur inſiſtere, ſeu detinere, licet id actu non faciamus, l. 3. §. ſaltus hibernos, qui eſt ſeptimus. ff. eod. quo ſenſu non complectitur ſponſaliorum cõiunctionẽ, quæ ſolius cõſenſus eſt de futuro cõiugio, neq; enim ex hoc cõſenſu alter alteri poſtulanti tenetur iũgi, donec matrimonium ſecutum non ſit, & nouus conſenſus iuxta ſup. antecedenti. cap. 5. art. 1. p. ſecunda inſpectione declarata, imo neque iungi poſſunt ſine prohibitione, & peccato, adeo quod huiuſmodi coniunctio dicitur impedita, & ſuſpenſa, vt colligitur ex illis, quæ habentur in c. cũ inhibitio infra de clan. deſponſ. cum ſim. & quæ tradit ſin. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrimon. cap. 1. vnde hoc tempore etiam fornicationis pecccatum committitur.

31 Altera eſt reſponſio huiuſm. diffinitionem non complecti niſi matrimonium carnali copula conſumatum, quia re vera ibi agebat Gregor. Pontifex de matrimonio conſumato, quemadmodum etiam de eod. agit Alex. Pontif. in d. c. illud in illis verbis,, & ab eo fuerit carnaliter cognita, & hic Greg. cum de filijs ſuſceptis agatur, quod licet in ſe verum ſit, attamen adhuc obſtat, quòd Modeſt. in nuptiarũ diffinitione, in d. l. 1. ff. de ritu nupt. eiſdem vſus eſt verbis, & Iuſt. in in d. princip. de patr. pot. illis viri, & mulieris, quæ idem quo ad homines demonſtrant, quare ſit, vt ſi iſtud dicamus fateamur obiectũ, & per conſequens negemus hanc diffinitionem complecti matrimonium in genere, prout à nobis hic diffiniri debet, igitur aliqua ratio

32 excogitanda eſt, cur ita dicamus, proinde † multi fuerunt in ea ſententia, quòd conſenſu tantum celebratum matrimonium, perfectum non ſit, & proinde, nec propriè tale, vt colligitur in cap. non dubium & c. cum ſocietas. cum pluribus ſequentibus. 27. q. 2. vbi Grat. in c. ex publico ſupra de conuerſ. coniug. Præpoſ. hic. nu. 6. Bal. in c. capellanus in fin. de ferijs. Caſtr. in l. penult. C. de Epiſc. & cler. cui illud adſtipulatur, quòd maris, & fœminæ coniunctio, quæ in brutis eſt in ſolo conſenſu conſiſtere nequit, quod tradidit Couar. in d. c. 1. nu. 7. verum id par ùm obeſt, quia id non efficit, quin inter homines aliter huiuſmodi coniunctio conſiderari poſſit, quamobrem hac in re ego quidem cenſeo huiuſmodi matrimonium non conſumatum, non ita

roboratum dici poſſe, vti conſumatum, tum ratione ſigni, ex illis, quæ infra in rei circumſtantia dicam, vt probatur in d. c. ex publico, tum ratione diſſolutionis, ex illis, quæ infra vltimo articulo declarabo, attamen negare non poſſumus, quin perfectum, & verum matrimonium non ſit, vt probatur in c. 1. & ſequentibus vſq; ad c. non dubium 27. q. 2. in c. fin. infra de frig. & malef. in c. per tuas inf. qui filij ſint leg. gl. in clem. 1. de conſang. verbo contrahere, & in eo adeſt ſacramenti vinculum, quod latè tradit Couar. par. 2. c. 1. & §. 1. fere per totum, & alibi ſępe, quam etiam defendit Tiraq. in l. ſi vnquam verbo donatione largitus nu. 179. C. de reuoc. donat. & hanc opinionem apud theologos magis cõmunem eſſe arbitror, ex citatis per Couar. vbi ſ. tum enim perficitur, cum mutuus cõſenſus in vtriuſq; cognitionem deducitur, & hoc tempore ẽt parochi, & teſtium, Couar. vbi ſ. §. 1. n. 8. fin. trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr. Cuch. de ſacram. matr. n. 18.

33 Neq; me mouent, illa, quæ pro contraria opinione citantur, quę quidem ad tria potiſsimum reduci poſſunt, primum eſt, quod deducitur ex c. non dubium, & ex c. cum ſocietas 27. q. 2. vbi videtur non dari matrimonium, niſi carnis cõmixtio adſit, quoniam illa iura, nempe d. c. non dubiũ non eſt inuentũ apud Beatũ Auguſt. d. vero c. cũ ſocietas aliter legendũ apud Leonẽ Pontif. expreſſe in nouis emendationibus Greg. XIII. declaratur, pterea id poſſumus intelligere de matrimonio omnibus numeris abſoluto, nõ aũt de ſimpliciter cõtracto.

34 Secundo deducitur ex nominis ratione, quod mater non fiat, ſeu fieri non poſsit, niſi copula ſequatur per cõſequens neq; eſſe matrimoniũ, arguẽdo negatiuè ab ętymologia ad ętymologiatum, iuxta illa, quæ tradunt communiter ſcribentes in l. 2. §. appellata ff. ſi cert. pet. & in l. 1. ff. de acq. poſſ. quia à quo remoues ſignum, remoues, & nomen, l. à nullo C. de ferijs, ego ſ. 1. art. 2. quęſt. probaui hanc nominis rationẽ non eſſe recipiendam, verum ea admiſſa reſpondeo, quod ibi conſideratur ſola intentio, dum inquiunt, vt mater fiat, quæ intentio, in ſolo contracto conſenſu matrimonio adeſſe debet, quod ſat eſt, ex illis, quæ ſupra anteced. art. 2. quæſt. declaraui.

35 Tertium deducitur ex illis, quę pluribus in locis affirmant Doctores, matrimonij appellatione non venire niſi conſumatum, ex illis, quæ latè hic Panorm. & felin. tradiderunt, quod triplici ratione breuiter ſuſtulit Couar. vbi ſ. nu. 4. ex l. penul. C. de inceſt. nup. ex l. penul. ff. de don. inter vir. & vx. ſiquidem id prouenire poterit, vel ex communi vſu loquendi, vel ex legis intẽtione, quæ deducitur, vel ex verbis, vel ex actu, ſup quo diſponit, vel ex ipſa fin. rõne, ex c. fi. de frig. & malef.

36 Ali-

36 Aliter, & ſecundo ipſe ſoluebam huiuſmo. diffinitionem ideo diffinire conſumatum tantum, quia vtrumque ſimul rectè difiniri nequit, quare abſurdum non erat, ſi in diffinitione de magis perfecta ſpecie actum ſit, ſiquidem potentius eſt conſumatum matrimonium, quàm non conſumatum, etiam quo ad effectus, ex illis, quæ infra ſuo loco declarabimus, nō rectè autem ſimul diffiniri poſſe probabam hoc argumento, quod initiati matrimonij materies eſt ſolus conſenſus, cōſumati autem ſexus comixtio, vt in d. c. cū ſocietas, in hoc enim conſideratur coniunctio ſexus, ex conſenſu præcedenti, in illo autem conſenſus ad finem iungendi, quare ſi vti volumus genere conſenſus, copula abeſſe poteſt, ſi ponamus cōiunctionem, vel illa erit ad habendam copulam, nec erit conſumatum, vel habens, nec erit contractum tantum. Neq; me mouet, quod Theoph. in Inſtit. diffiniat indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, ſeu promittens, quia alias etiam reprobaui diffinitiones diſiunctiuas, quicquid paſſim à noſtris recipiantur, neceſſe enim, tum eſt fateri diffinitum cum tota diffinitione non conuerti, contra diffinitionis regulas, ex illis, quæ ſupra declaraui. Non enim promittit, qui habet, neq; habet, ſeu retinet, q promittit, promiſſio enim ad quid futurum trahitur, l. 5. ff. de verbo. oblig. alterum enim abnegat, qui alterum eligit.

37 Loco autem proprij ponitur dictio legitima, in hac enim dictione, hęc noſtra coniunctio à brutorum coniunctione diſtinguitur, de qua ſupra 1. articulo, prima quęſt. diximus, hæc enim naturæ inſtinctu, non lege reguntur, eod. etiam modo ſeiungitur ab illis cōiunctionibus, quæ à iure vti illicitæ reprobatæ ſunt, quales ſunt inceſtæ, ac nefariæ nuptiæ, quæ & iure diuino, ſeu gentium improbantur, vt habetur Gen. c. 19. nedum iure Ciuili, c. caue 28. q. 1. & habetur toto tit. C. de inceſt. nup. quare nil obſtat, quin huiuſmodi diffinitio optima diiudicari non debeat.

38 Aggrediamur nunc ſecundo loco Iuſtiniani, Cæſaris, ac Pontificis, Alex. 3. diffinitiones inter quas, vt diximus duplex adeſt differentia, prima quo ad dictiones viri, & mulieris, quibus vſus eſt Iuſt. & maris, & fœminæ, quibus vſus eſt Alexan. qui forte ad verba Modeſt. reſpexerit, ac eiuſd. Iuſtin. & Vlpiani in locis ſupra citatis, ac Iſiodori in c. ius naturale prima diſtinctione. Verum Iuſtinianus agens de nuptijs animaduertit ſolum; harum dictionum mutatione poſſe hanc coniunctionem à brutorum coniunctione ſecerni, quare facilius deinde erat ex proprij adiectione illicitas viri, & mulieris coniunctio-

39 nes ſeiungere, poteſt † enim forte inter bruta dari, & coniunctio

P 2 indiui-

indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, ſeu retinẽs, quales ſunt turtures, de quibus perhibent naturales, ſemel copulatas nunquam ſeiungi in vita, quod ſi alter moriatur, perpetuo aliarum omnium euitat concubitus ſuperſtes, neque viridi ſedet ramo; idem dicitur de palumbis, donec ambo viuunt potiſsimum illi, quorum natura fera non eſt, inter quos tamen eſſet abſurdum dicere dari matrimo-
40 nium, vt inquit Coua. p. 2. c. 1. n. 7. Verū † verba Alex. intelligere debemus, vt loquatur de indiuiduitate, quæ inter homines eſt, de quorum coniugio ibi agit, & de ea, quæ à voluntate pendet, non à neceſſitate, ſeu naturæ inſtinctu, quæ volui obiter dixiſſe ad dictæ differentiæ declarationem, & infra latius declarabo.

Secũda differentia eſt in illa dictione continens, qua vſus eſt Imperator, & illa retinens, qua vſus eſt Pontifex, quas in effectu nihil differre cenſeo, vult enim Iuſtinia. quod in hac coniunctione contineatur huiuſmodi indiuiduitas vitæ, ſeu vinculi conſuetudo, Alex. autem, quod ex hac coniunctione ſit retinenda, adeo quod ad mentem Iuſtiniani ſublata indiuiduitate vitæ in ipſa conſuetudine, quod illa ſit diuidua, cum tunc eam talem non contineat, docetur non eſſe matrimonium, ad mentem autem Alex. vbi non retinetur conſuetudo ſimilis, nec ſit matrimonium, ſeu ea retinetur, quæ diuidi poſsit, vtique nec matrimonium ſit, quod in idem quo ad effectū recidit, quod infra latius declarabo.

41 Ex his igitur ſic declaratis, iam clarum eſt, quod ſit genus, quæque verba differentiæ loco ponantur, & quis ſit earum ſenſus; ſupereſt tantummodo, vt videamus, quid de illis dictionibus, quæ loco proprij ponuntur dici poſsit, quæ ſunt iam dicta verba, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, vel retinens, ſecundum Alexan. Theophilatus autem addebat, ſeu promittens.

Duo requiruntur, vt proprium optimum ſit, primum, vt nulli alio enti ſub eo genere, & differentijs conueniat, alterum, vt ſemper diffinito inſit, prout me docuit Nicolaus Gratianus Vtinenſis præceptor meus, dum eū oretenus profitentem, audirem primam Pomeridianā Cæſarij iuris ſedem hoc in gymnaſio, in l. 1. ff. de acquir. poſſ.

Aduerſus igitur primum requiſitū formatur huiuſmodi argm̄ vbicunq; propriū alio enti iam dicto modo conuenit optimū non eſt, & p conſequens neq; diffinitio, quia tūc dabis diffinitionē nec dabis diffinitum, ex illis, quæ declarat Bart. in l. 1. ff. de dolo, ſed proprium, de quo ſupra eſt huiuſmodi, vt probatur ex illis, quæ tradit Accurſ. in d. princip. in inſtit. de patr. poteſt. quod concubinatus quoque, vel matrimonium

trimonium prohibitum, ſeu illicitum poteſt ea mente fieri, vt ſit indiuidua vitæ conſuetudo, pront etiam pluries experti ſumus valde etiam ſenes indiuiduam cum concubinis vitæ conſuetudinem habẽtes, ſic, & in caſibus prohibitis, plures extitiſſe indiuiduas nuptias, quæ ẽt aliquando defectu probationis diuidi non potuerunt, Cacodemonis enim illa catena illaqueātur, de qua dicitur abiſſus abiſſum inuocat, quas tñ coniunctiones impium eſſet dicere eſſe matrimonium.c.caue.28.q 1.Sin.Trid.ſeſſ.24.de ref.matr.c.8.ergo,&c.

42 Huic obiecto ita ego reſpondeo, non poſſe dici haſce coniunctiones continere, ſeu retinere indiuidnam conſuetudinem vitæ, nam tum indiuidua dicitur, cum diuidi non poteſt, ex illis, quæ declarant ſcribentes, vbi aliàs dixi in l.4 §.cato.ff.de verb. oblig. at prædictæ licet actu non diuidantur, diuidi tamen poſſuut, imò diuidi debent.c.meretrices, c.dicat aliquis 33.q.4.d. c.caue. Sin. Trid. vbi ſupra.

Idem ẽt poteſt rñderi de nefarijs illis nuptijs, quæ à maleficis, tã uiris, quàm fœminis, quas vulgo ſtregas nuncupamus, cum tenebrarum poteſtatibus incubis, & ſuccubis celebrantur, de qua re late in compendio artis exorciſtæ. lib.2.c.2. & 3.diſſerit.Hieron.Mengus, contrahunt ſiquidem quo ad intentionem indiuiduam vitæ conſuetudinem, quam raro diſſolui compertum eſt, quæ quoque diſſolui debet, verum hæc nec etiam maris, & fœminæ coniunctio dici poteſt, neque viri, & mulieris.

43 Aduerſus autem ſecundum requiſitum formatur etiam vnicum argumentum, vt nempe detur matrimonium, quod proprium non habet annexum, & per conſequens dari diffinitum, neque dari diffinitionem aduerſus eandem Bart. regulam, quia tum diffinitum cum diffinitione non conuertitur, idque contigit, quia matrimonium diuidi poteſt, & per conſequens, neque continet, neque retinet indiuiduam conſuetudinem vitæ: nam iure Ciuili diuidi poteſt diuortio, & captiuitate, iure vero pontificio poteſt diuidi etiam, quo ad vinculum, ex diſparitate cultus ſuperueniente, & ex ignorata conditione, imò non conſumatum, etiam impotentia, ingreſſu religionis, ignorata qualitate, & Romani Pontificis diſpenſatione poteſt diſſolui, iuxta illa, quæ ĩ.6.articulo probabimus, ergo, &c.

Huic obiecto, vt ſatisfaciamus primo examinabimus in genere noſtrorum reſponſiones, deinde quid ſentiam declarabo, in qua re nominatim vnicuique caſui reſpondebo.

44 Primo igitur loco communiter DD.reſpondent eſſe indiuiduam deſtinatione, quia tum cum contrahitur ea mente id fit, ne diuidatur,

licet

licet poſtea illud diuidi contingat; hanc tamen ſolutionem ex pluri-
bus tutam non eſſe arbitror, & primo quidem, quia ex hac adiectio-
ne non diſiungeretur à ſuprapoſitis coniunctionibus, de quibus in
primo requiſito diximus: nam & in eis poteſt eſſe deſtinata indiui-
45 duæ conſuetudinis vita, vt ſ̃. dicebamus. Secundo, † quia id refra-
gatur proprietati vocum, quæ veram indiuiduam conſuetudinem
præſeferunt; non ſimpliciter deſtinatam, neque dicat aliquis, quod
dum eſt matrimonium, continet indiuiduam conſuetudinem, vbi ve-
rò eſt diſſolutum nō eſt matrimonium, quia eo ipſo quod diuiditur,
dicendum eſt, vel non fuiſſe matrimonium, quod fuit diuiduum, vel
ſi fuit, non fuit indiuiduum, quia diuidi potuit, vbicumq; enim dam⁹
diuiſionem, iam non damus indiuiduitatem, cum ſint contradictoria,
neque dicat aliquis, quod id raro contingit, & leges ad id quod fre-
quentius accidit reſpiciunt. l. 3. cum ſeq. ff. de legibus, quia dico hoc
procedere in caſuum particularium determinationibus, ſed quo ad
diffinitionem illa complecti debet quodlibet diffinitum, tamquam
genus ſuas ſpecies, quod optimum non diiudicatur, vbi earum ali-
quam non continet, vt rectè dicebat Aldobrand. in §. plebs autem,
in inſtitut. de nupt.

Tertiò, quia poteſt etiam matrimonium contrahi ea mente vt diuida-
tur, iuxta diſpoſitionem cap. commiſſum, quæ eſt eiuſdem Alex. 3.
conſtitutio infra eod. iuxta illa, quæ ſ̃. anteced. c. 5. art. 2. inſpectione
diximus, & nonnulla 6. art. quo ad animi mutationem.

46 Secunda eſt rñſio, vt id intelligatur de matrimonio rato cōſumato ſe
cundum illa, quæ ſ̃. ad Greg. Noni diffinitionem diximus; nam quo
ad illius vinculum iure noſtro nullus datur diſſolutionis caſus, iuxta
illud Domini Mathæi. c. 19.,, quos Deus coniunxit homo non ſepa-
,, ret, & deinde nominatim reſpondet ad ſupradictos caſus, vt infra di-
cemus. Verum hic animaduertendum eſt, quod Iuſtin. diffinitio vi-
detur reſpicere ius ciuile, ſecundum cuius iuris diſpoſitionem, etiā
ex eiuſdemmet Iuſtin. conſtitutionibus, poterat certis in caſibus, ne
dum illicitè, ſed & licitè diuidi, vt in l. conſenſu. C. de repud. nouella
conſtitutione 107. c. 8. 9. & 10. & nouella 140. præterea, quia neque
conſtat Iuſtinianum agere de conſumato tantum, cum nuptias in ge-
nere diffiniat, quas ſupra probauimus proprie, etiam non conſuma-
tum matrimonium ſignificare, vt etiam probatur in l. deniq;, & l. ſeq.
ff. de ritu nupt. cum velit dari actionem de dote, quæ non datur abſq;
matrimonio, vt probatur in l. 3. ff. de iure dot. tradunt Scribentes
in l. 1. ff. ſoluto matrimonio.

47 Ego

Digitized by Google

47 Ego igitur reſpondendo interpretor ſuprapoſita verba, matrimonium continere indiuiduam vitę conſuetudinem, quo ad contrahentes, vt ab eis nequaquam diuidi poſsit, quæ verba ad mentem Iuſtin. ità interpretor, vt ſit indiuidua, quo ad contrahentes, nempe, quod eorum nuda voluntate, ſeu mutuo conſenſu diuidi non poſsit, vt in hoc differat hic nuptiarum contractus, à cæteris, qui conſenſu perficiuntur, vt etiam conſenſu diuidi nequeat, quod in dictis contractibus non contigit, ex regula l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. l. quod iusſit. ff. de re iudic. vt quo vinculo quid ligatum eſt, eodem diſſolui
48 poſsit, neque † huic aſſertioni obſtat allegata nouella 140. vbi diſponit Iuſtin. matrimonium diuidi poſſe mutuo contrahentium conſenſu, quia reſpondeo, quod ſecundum Iuſtin. leges, quæ uigebant eo tempore, quo edidit inſtitutiones, nullatenus attendebatur allegata nouella, quæ dicitur data anno primo eiuſd. Iuſtin. Imperij, de qua etiam dubito, ne ſub Iuſtin. nomine fuerit emiſſa, vel ſaltem ab eo, adeo abrogata, vt eius nullam fieri mentionem voluerit, ſiquidem ali ter antea Iuſtini conſtitutione cautum ibi aſſeuerat in præfatione verſ. at poſtmodum à patre noſtro, &c. anno enim primo eius conſulatus, vt nouella 127. legitur ſecundum græcam ſubſcriptionem. c. 4. ait, ſe dudum interdixiſſe repudia mittere, & matrimonia tranſigere, quod etiam ibi diſponit, & habetur hæc couſtitutio in §. fin. in vulgato Authenticorum volumine ſub tit. vt fratrum filij, &c. quod etiã deinde Iuſtin. alia conſtitutione firmauit, quæ eſt nouella 117. c. 10. habetur in §. quia vero ex conſenſu in Authentico, vt liceat matri, & Auiæ, quæ data dr̃ anno 15. eiuſdem Iuſtin. Imperij, & ex his forte in dicto vulgato volumine fuit omiſſa memorata nouella 140. nec Iuſtinianeo in C. relata, ex his patet, quod cum inſtitutiones ſint emiſſæ Iuſtiniano 3. Conſule, quod tũc attendebatur, Iuſtini & eiuſdem Iuſti niani diſpoſitio memoratæ nouellæ cõſtitutionis 127. quare etſi diuortium ex cauſa à Iuſtiniano permittebatur, attamen matrimoniũ non dicebatur diuiduum, quo ad contrahentes, ſed diuidi ea ex cauſa, & lege, captiuitate autem, ideo diuidi permiſſum erat, quia captiuus fingebatur mortuus, vnde vitæ conſuetudiuem non habebat, ſicque nuptiarum incapax erat, vnde res deueniebat ad caſum, vnde incipere non poterat, quamobrem in diffinitione rectè apponitur illa dictio vitæ, quæ poteſt intelligi, tam de ciuili, quàm de naturali, ſicq; hoc caſu neceſsitate potius, quàm volunrate dinidi dicitur.
49 Prædictam autem diffinitionem ad mentem Alex. 3. Romani Pontificis interpretor, agere de matrimonio rato, & indiuiduum dici, quo ad

ad homines iuxta illud Math. ſupra citatum, agit enim in eo text. de Chriſtianorum cõiugio, nempe inter ſerunm, & liberum, iure enim ciuili hoc caſu non datur matrimonium, l. cum ancillis. C. de inceſt. nupt. & ſupra poſitos caſus interpretor, vt tunc à Deo diuidatur. apud quem, cum nihil impoſsibile ſit, etiã ꝙ indiuiduum eſt diuiduum effici poteſt, nominatim autem reſpondeo.

50 Ad primum nempe, quod ſi vnus efficiatur Chriſtianus, altero in infidelitate permanente, poſsit Chriſtiani voluntate diuidi, vt habetur in cap. quanto ꝟ. de diuort. Grat. in §. fin. 28. q. 2. quia dupliciter reſpondeo, primo quod illud matrimonium non eſt ratum, propterea de eo non agit noſtra diffinitio, ſecundò quia tunc diuina permiſsione non hominum diuiditur, ex illis verbis ipſius Saluatoris, quæ habentur. Luc. cap. 14. ex quibus colligitur, quòd qui non reliquerit prẽm, aut matrẽ, aut filios, aut vxorem ꝓ Deũ, non eſt dignus Dei diſcipulus; quare Paul. 1. Cor. 7. hoc caſu Chriſtifideli conſulit, vt ſi fieri poſsit abſq; cõtumelia Creatoris nõ diuidat,

51 Quo ad ſecundum de ignorata conditione reſpondeo, quod ibi nullum fuit matrimonium, ex defectu conſenſus propter errorem, quo caſu, vt validum ſit, & matrimonium, requiritur ſaltem tacita ratihabitio, vt habetur 29. q. 1. per totum, cum igitur nullum ſit, in difinitione non comprehenditur, neque enim poteſt dici coniũctio perfecta voluntatis, quemadmodum matrimonij à nobis diffinitio interpretatur, vt ſupra dixi.

52 Quo verò ad non conſumatum, vt diuidi poſsit impotentia reſpondeo, quod tunc quoque interpretamur illud matrimonium inualidum, & eadem ratione nullum, quia conſenſus fuit ad copulam, quæ cum perfici non poſsit, tamquam quod perfecta coniunctio nõ ſit, tamquam non matrimonium diuiditur, cum eo in caſu voluntas defficiat, ꝙ ſi & eo in caſu perfecta fuiſſet voluntas, neq; diſſolueretur, c. 1. 2. & 3. ꝟ. de frig. & malef. cum ſim. vt ꝟ. 6. artic. dicemus.

53 Quo ad ingreſſum religionis reſpondeo, quòd tunc à Deo diuiditur, cum ab eo ad religionem alter tantum coniugum vocatur, ante perfectam coniunctionem, cum nondum libera ſui corporis poteſtas alteri ſit data, tum enim cum vna caro non ſint effecti Summus Pontifex diuina authoritate diuidit, vt colligitur ex cap. ſunt qui dicũt,

„ cum ſequentibus, & §. ecce ibi,„ diuina gratia vocatus 27. q. 2. nam vbi vna caro effecti ſunt, tunc ſoli Deo videtur reſeruata diuiſio, iuxta illa, quæ infra 6. art. dicemus. Neque obeſt, quod ſupra dicebamus de text. in cap. commiſſum ꝟ. eod. quia intelligo contrahi debere ma-

re ma-

re matrimonium ea mente, vt conſentiat in indiuiduitatem, diuinæ tamen inſpirationi illam ſupponendo, ac vocationem ad religionem, vt in ea perſeueret, in qua tum vocatus fuerit, ipſi diuinæ inſpirationi obediendo, vt habetur in c. Beata Maria 27.q.2.

Quo ad ignoratam lepræ morbi qualitatem, hoc caſu communis opinio eſt, vt diuidi non poſsit, verum data contraria, de qua tamen re infra 6. articulo dicam; poſſumus reſpondere, vt ſupra de ignorata conditione diximus.

54 Quo vero ad vltimum de Romani Pontificis diſpenſatione, in qua tamen re magis communiter theologi refragantur, attamen apud noſtros omnino communis eſt, reſpondeo, vt reſpondet Summus Pontifex in cap. inter corporalia, ſupra de tranſact. Epiſ. quod ab eo tamquam Deo, & Dei vices in terris gerenti, id fit, cum nec diuina iuſsio illi tunc refragetur.

55 Aggredior nunc tertio loco Modeſt. verba in d. l. 1. ff. de ritu nupt. hæc diffinitio à nullo impugnatur, & à nullo noſtrorum hic excutitur, ex eius tamen verbis formatur quarta ſcribentium diffinitio, vt addantur Iuſtiniani, vel Alexan. verbis, illa diuini, & humani iuris communicatio, quandoquidem illa verba conſortium omnis vitæ, illud idem præſeferre arbitrantur, quod illa indiuiduam vitæ conſuetudinem continens: ego breuiter circa hanc diffinitionem duo faciam, primo excutiã num bona ſit diffinitio, deinde breuiter interpretationẽ ſubijciã verborũ ſcd͂um ipſius Modeſt. ſenſum.

Quod attinet ad primum, cenſeo nullatenus hæc verba à Modeſt. prolata loco diffinitionis capienda eſſe, moueorque eadem ratione, qua ſupra anteced. cap. eod. art. & quæſt. probaui Florent. verba lib. 3. inſtitutionum in l. 1. ff. eod. nullatenus ſponſaliorum diffinitionis loco capienda, nam in his quoque Modeſt. verbis plura ſunt genera, vel ſaltem incertum eſt, quænam dictio loco generis aſſumatur, ſunt enim vti tria genera, coniunctio, conſortium, & communicatio, quę ferè omnia idem præſeferunt, nempè coniunctionem, quare nec à ſuperfluitate huiuſmodi diffinitio tuta eſſet, præterea tres ſunt diſiunctæ orationes, neque ab vna altera pendet, quare viderentur aſſumendæ vti tres diffinitiones; refragatur autem diffinitionis naturæ, qđ in ea vnicũ non ſit genus, à quo cæteræ clauſulæ tanquã differentiæ pẽdeant, vel ꝙ in ea q̄d vacans reperiatur, ꝙ ibi declaraui⁹.

56 Quo ad ſecundum dico aſſumenda eſſe Modeſt. verba, vel loco verborum prolatorum in cõmendationem ipſarum nuptiarum, vt etiã de dote fit, in l. 1. ff. ſolut. matr. quo caſu licita eſt repetitio alijs ver-

Q bis

57 bis facta, ad maiorem emphaſim, quod mihi magis arridet, vel † ſaltem loco deſcriptionis ſecundnm varios modos, quibus apud Romanos contrahebantur nuptiæ, ſecundum illa, quæ declarat Boetius in 2.topicorum Cic.commentario, & Bud.in l.2. verbo vindicias filiæ ſuæ abdicaſſe pag.mihi 102.ff.de orig.iur.Iſiod.etymologiarum. lib.c.9.Cornel.Tacitus lib.4. vbi Alc. idem Alc. in l. pronunciatum. §.materfam.ff.de verb.& rer. ſignific. tradit Plinius libr.18. cap.3. & Gellius lib.18.c.6.Cic.pro Lucio Flacco Cælius Rodiginus antiq. lectionum lib.18.cap.17.Silueſter Aldobrand. inter Summos I. C. merito reponendus, qui tantum nobis Pontificem genuerit in princip. in inſtit. de nup.num. 1.cum plurib.ſequen. Couar.p.1.c.1.nu.3. Antonius Auguſt. in lib. de leg. ad ll. duodecim tab.cap.18. ex quorum dictis colligitur, quod tribus olim modis vxor habebatur.

58 Primo vſu,quæ habebatur ex ſola coniunctione, & diuturna, ſeu anni cohabitatione; cũ ea vxoris loco vtebatur eo tẽpore continuo,propterea vſu contrahi dicuntur huiuſmodi nuptiæ, quas Modeſt.vocat coniunctionem maris, & fœminæ, quæ matrimonium nuncupatur, vt inquit Vlpian.in d.l.1. ff. de iuſt.& iure, nempe quælibet à lege,vel à natura non improbata,vt ſupra 1.art.1.quæſt.declarauimus;huiuſmodi nuptias contractas ſentit in l. in liberæ. ff. de ritu nupt. idem Modeſt. & hoc modo vſucapi vxor dicebatur integro anni vſu, niſi tribus noctibus in anno à uiro abfuiſſet, quod l. duodecim tab. cautum erat vt refert. Ful.Vrſin.ad eas ll.de iure priuato. c.21.Ant.Aug. c.18. & erat neceſſaria tutorũ authoritas, quæ in mulieres perpetua more maiorũ erat, vt idem Auguſt.docet,hucque ſpectãt,quę tradunt Gell. lib.3.c.2.Macrob.lib.1.c.3.

59 Secundo contrahebantur nuptiæ emptione, ſeu coemptione, id autem hoc pacto peragebatur,mulier ſecum afferebat tres aſſes, primũ manu geſtabat maritum emendi cauſa, ſecundum pede,quem in ſolo (Aldobr. & Antonius Auguſt. legunt in foco) dijs laribus ponebat, tertium ſacciperone,quem in compito vicinali, certo tempore reſignabat,deinde vir mulierem interrogabat; an ſibi materfamilias eſſe vellet, illa reſpondebat velle, deinde mulier virum, an ſibi vir paterfam.eſſet: ille velle reſpondebat, ſe ſe inuicem coemendo, & tunc mulier viri conueniebat in manum, & efficiebatur materfamilias viro, quæ erat loco filiæ, quia non ſolum in matrimonium, ſed in familiã quoque mariti, & in ſui hæredis locum veniebat, eoque tempore vxor de viri familia nuncupatur, ſeu caſata, quam ſolemnitatem etiam Vlpian. in ſuis inſtitutionibus poſuit, Virg. 1. Georg.

Teq;

„ Teq; ſibi generum Thetis emat omnibus vndis, hæcq; vxor tantum materfamil. appellabatur, quod alijs modis contractis nuptijs non contingebat, quamuis hæc dictio materfam. aliter etiam capiatur, vt in d.l.pronunciatum,& in l.deinde in fine.ff.de lib.exhiben. Aldobran. vbi ſupra num. 5. hæ autem nuptiæ à Modeſt. appellantur conſortium omnis vitæ,quæ verba non interpretor,quod toto vitæ tempore eiſdem vtantur ſortibus, ſeu conſuetudine, ſed quod nedum corpora, ſed facultates, dignitates,& illa omnia, quibus vita noſtra iuuatur, illis communia efficiebantur, & vti quædam ſocietas contrahebatur vitæ enim ſocietas, dominam rerum mulierem facit, vt inquit Paulus in l. 1.ff.de act. rerum amot. Alc.lib. parerg.7.c.26.

60 Tertio contrahebantur farre, ſeu confarreatione, vel farreatione, vt libet hunc modum appellare, qui matrimonij modus ſolis Pontificibus concedebatur,& in celebratione libum farri adhibebatur,quod noua nupta præſeferebat, vt inquit Plinius loco ſupra citato, quod communicabatur, & deguſtabatur ab vtroque, vt notat Alci. in Tacitum libr.4. erat antem ſolemne matrimonium, hinc filij, ex illis nuptijs ſuſcepti confarreatis parentibus nati dicebantur, habebãtq; nonnulla cæteris maiora priuilegia, in collegio Pontificum,vt teſtatur Cel. lib. 28. c. 17. ſiquidem far in ſacris maxime vſui erat,& maximum eius vinculum teſte Plinio, Virgil. 5. Eneid.

Pergameumq; larem,& Canæ penetralia veſtæ
Farre pio, & plena ſupplex veneratur acerra.

quædã aliæ ſolemnitates adhibebãtur, quarũ difficultate factum fuit, vt omiſſa fuerit confarreandi conſuetudo, quas hactenns nõ inueni. Hic autem modus à Modeſt.appellatur diuini,& humani iuris communicatio,vtpotè,quod vxor, ne dum humani iuris ſocia efficiebatur, vti materfamilias, ſed etiam diuini iuris, hoc eſt ſacrificiorum,hinc Gordianus Imperator in l.4.C.de crim. expil. hæred.vxorem appellat ſociam diuinæ, & humanæ domus, idque Romuli conſtitutione factum eſt, qua diſpoſuit vt fortunarum, & ſacrorum inter coniuges eſſet communicatio, quod Dyoniſius Alicarnaſeus tradidit,refert Contius in d.l.1.ff.rerum amotarum. Alc.vbi ſupra.

61 Quare recipienda non eſt eorum expoſitio,qui Accurſium ſecuti, volunt, ideo id dictum eſſe, quia inter Chriſtianos,& Iudæos, ſeu infideles non datur matrimonium, qui enim poterat Modeſt.hæc noſce, qui neque Chriſtianus, neque Iudæus erat,vt eorũ leges ſciret,quod & Alexan.de Neuo hic num.13.animaduertit,ex his quoque dignoſcitur ſuperuacaneã fuiſſe illam additionem, à præcitatis Doctorib⁹

ſactam ad Iuſtin. atque Alexandri diffinitiones, cum amplius non omnium ſacrorum ſocia efficiatur coniux, imò amplius à ſacris initiatis matrimonium non contrahitur.

62 Quęro ſecundò quotuplex ſit matrimonium? quo ad hanc quęſtionē primò referam eam diuiſionem, quā methodicam, & bimembrem ſequendam, & tradendam cenſeo, cuius ſingulas ſpecies, ſecundū meā interprętationem, & declarabo, & deffiniam, deinde nominatim dę intellectu earū dictionū agā, quib⁹ vtar ad ipſas ſpecies nominādas.

Quod attinet ad primum ſciendum eſt matrimoniū poſſe diuidi vel reſpiciendo perſonas, vel reſpiciendo actus, & vnamquamq; earum diuiſionem alteri ſubici poſſe; Ego tamen exo rdium capiam ab ea diuiſione, quæ actus reſpicit, cum in ea ſit magis ſubſtantifica differentia in ipſa coniunctione, quæ genus eſt ipſius matrimonii, cui tamen aliam ſubalternabo, tanquam quod ratione proprij ipſę ſpecies differre videantur.

63 Summa igitur diuiſio eſt, vt matrimoniū ſit duplex, quoddam ſit cōtractum tantum, quoddam verò ſit etiam conſumatum, in 1. adeſt voluntatis, & ſpiritus tantum coniunctio, & à nobis ita diffinitur, vt ſit maris, & fęminæ legitimæ coniunctionis perfectus conſenſus, de quo agitur in c. 1. 27.q. 1. dixi perfectum conſenſum ad differentiam promiſsionis ſponſaliorum in qua non eſt perfectus conſenſus ad copulam, cum illa ſit impedita, & ſuſpenſa, vt ſ. dixi, & nouus contractus, hoc potiſsimum tempore expreſſe requiratur, ex conci. trid. ſeſſ. 24. de ref. mat. c. 1. & ex illis, quæ ſ. dixi ad Greg. 9. diffinitionem.

64 Contractum tantum duplex eſt, vel legitimum tantum, vel ratum, legitimum tantum illud dicitur, quod ſecundum leges, vel gentiū, vel Ciuiles contractum eſt, & eſt omnibus hominibus, qui Chriſtiani nō ſunt commune vinculum, quod Grat. in §. fin. 28. q. 1. & Hoſt. hic in ſum. in fine, & Coua. p. 2. c. 1. §. 1. nu. 4. tradiderunt, & ſ. 1. art. 1. quæſt. dixi, iſtud autem poteſt diffiniri, vt ſit maris, & fęminę legitimæ coniunctionis perfectus conſenſus, abſq; ſacramēti vinculo, per illa, quæ j. dicam: Neq; huic diffinitioni obſtabit, quod aliquādo in iure noſtro ſacramentum huiuſmodi coniugium nuncupetur, vt in c. gaudemus j. de diuort. & in c. fin. ſup. de tranſac. quia id intelligi debet habitu, non actu, vt explicat Couar. in pręcit. loco ad mentē Diui Thomæ in 4. diſtinc. 29. q. 1. art. 2. quare fide ſuperueniēte ratū efficitur, quod ex allegato tex. d. c. gaudemus colligitur, vel quo ad ſignificationem, non quo ad effectus.

65 Iſtud matrimon ium contractum tantum, & legitimum tantū differt

à præ-

à prædicto rato contracto tantũ quo ad ipſam indiuiduitatem, cum non in iſto illud ſacramenti vinculum conſideretur, quod in ſequẽti, vt mox declarabo.

66 Rurſus iſtud matrimonium diuiditur à noſtris, vt quoddam ſit verũ, quoddam verò præſumptum, ſed cũ hæc diuiſio potius reſpiciat modum, quã eſſentiam, ideo ſuper illa non inſto, ſed infra ſeq. art. dicã.

67 Ratum contractum tantum matrimonium illud nuncupatur, d quo ſolis Chriſtifidelibus conuenit, dicitur autem ratum, quod ex fide ſacramenti quodãmodo ratum habeatur, & indiuiduum conſtituatur, iuxta illa, quæ declarat Couar. precit. in loco, & probatur in c. quanto ϛ. de diuor. ſin. trid. ſeſſ. 24. in princ. & de ſacramento matrimonij can. 1. & ſeſſ. 7. de ſacram. can. 1. & 2. probatur in c. debitum ſupra de bigamis, deſeruit dictum Apoſtoli prima Cor. c. 7. magnum eſt in Chriſto, & Eccleſia ſacramentum, ratio autem eſt, quod apud non fideles, in fide non ſit; fides autem, & baptiſmus ſunt baſes ſacramentorum, adeo vt ſine eis caracter non imprimatur, cum opera etiam extra fidem gratiã non mereantur, quæ ſacramento ineſt, ſecundum illa, quæ belliſsime declarat Ant. Timot. ad Gl. Lanz. verbo meruit, verſ. tertio illud in. §. 1. in inſtit. de ſacram. matrim. Cuch. d. tit. nu. 8. cum pluribus ſeq. Couar. vbi ſupra nu. 2. & 4.

68 Huiuſmodi ratum contractum tantum matrimonium rurſus duplex eſt, quoddam nempè eſt ratum, & legitimum omnino, quoddam ratum, & non omnino legitimum: ratum, & legitimum illud eſt, quod à Chriſtifidelibus celebratum eſt, nulla legis, vel eccleſiæ, ſeu Iudicis prohibitione reſiſtente, ſeu interdicto, quod tamen diffiniendum nõ puto, quia ſubſtantiali differentia non differt hæc diuiſio, eadẽ enim quo ad vinculum eſt in vtroq; coniunctio.

69 Ratum vero nec omnino legitimum illud eſt, quod contra leges eccleſiæ, Iudiciſue prohibitionem, & interdictum celebratur, verũ non ea eſt prohibitio, ex qua fiat, vt poſt celebrationem diſſolui poſsit, iuxta eos caſus, quos ſ. anteced. c. 6. art. declarauimus, & iuxta illa, q̃ habentur toto tit. inf. de matrimonio contracto contra interd. eccl. qui etiam caſus clarius patebunt ex illis, quæ dicam infra 6. art. vbi enim reperietis caſus diſſolutionis ſponſaliorum omiſſos, in diſſolutione matrimonij, tum dignoſcetis, qui ſint illi, in quibus lex prohi-
70 bet contrahi matrimonium, nõ tamen contractũ dirimit; ſolet † autẽ iſtud matrimonium à noſtris appellari ratum tãtum, ſeu ratum, & nõ legitimum, ego tamen volui illud, vt ſ. dixi nominare, quia legitimũ & iſtud eſſe cenſeo, cum iſtud quoq; celebrari nequeat, niſi in caſib. à

iure

iure permiſsis,ne forte quis dicat iſtud matrimonium non compræhendi in Greg. noni diffinitione,vbi appellatur legitima cõiunctio, ſiquidem interpraetor illam dictionem legitima ideſt lege permittẽte factum,quia & ſi lex prohibeat fieri,factum tamẽ permittit, & per conſequens etiam à lege iuuatur, & proinde recte legitima dici poteſt, potiſsimum hoc tempore, in quo legis ſolemnitas eſt obſeruanda,vt matrimonium ſit,vt ſtatuit ſin. trid.ſeſſ.24.de refor. matrim. c. 1.ex quo fit,vt amplius huiuſmodi matrimonium non ſubdiuidatur, in verum,& præſumptum,cum verè tantum cõtrahi nunc valeat,neq; etiam iſtud diffiniendum à nob. cenſeo ex ſuprapoſita ratione.

71 Conſumatum etiam matrimonium illud eſt,in quo adeſt,& voluntatis,ſeu ſpiritus,& corporis etiam coniunctio, diffiniri autem poteſt, maris,& fęminę legitima,& perfecta coniunctio, dixi perfecta coniunctio,quia ex conſumatione robur, & perfectionem, tum reſpectu coniunctionis,tum reſpectu vinculi matrimonium recipit,quod in ſolius voluntatis coniunctione prius tantum fuit, adeo quod tũ ſui corporis libera facultas alteri,cui iungitur datur,c. ſunt qui dicunt cum ſequentibus,& §. ecce 27. quæſt. 2.

72 Iſtud conſumatum matrimonium eod. modo diuiditur quemadmodum & contractum tantùm,vt quoddam ſit legitimum tantum,quod dam ratum,primum diffinitur,vt ſit maris,& fæminæ legitima & per fecta coniunctio,abſq, ſacramenti vinculo,quæ omnia verba fuerunt iam ſupra declarata, & differt à rato, quemadmodum ſupra de contracto diximus,& eod. etiam pacto modali diuiſione diuidi poſſet.

73 Ratum,& conſumatum diffinitur,vt ſit maris,& fæminæ,indiuidua, ac perfecta ſacramentalis coniunctio, cuius etiam diffinitionis verba, ex ſupra poſitis qualiter ſint intelligenda dignoſcitur, iſtud autẽ ratum & conſumatum, eod. pacto ſubdiuidi poteſt inter omnino legitimum,& non omnino legitimum, ſecundum illa, quæ de contracto tantum diximus.

74 Ex his patet dari matrimonium in genere, quod legitimum appellatur,& compræhendit etiam ratum,quod fuit à notis ſupra pri.quæſt.
75 diffinitum, ex cap. 2.de conuer.infid.dari † ſecundo legitimum tantum in genere,quod & contractum tantum,& conſumatum compræhendit,quod poteſt ſic diffiniri,vt ſit maris,& fęminæ legitima coniũctio abſq; ſacrameuti vinculo, dari legitimum tantum, contractum tantum, legitime tantum conſumatum.

76 Tertiò patet dari ratum in genere,quod & contractum tantũ & conſumatum compręhendit, cui poſſunt adaptari Iuſt. & Alex. diffinitiones

nes ſ. 1.quæſt.recenſitæ, vel poteſt diffiniri, vt ſit uiri, & mulieris indiuidua ſacramentalis coniunctio, cuius ſpecies, ſeu partes etiã ex ſupra dictis patent, & etiam ſ. poſitorum verborum declaratio.

Verum quoniam aliquando huiuſmodi dictiones initiatum contractũ, ratum, & conſumatum à noſtris cõfunduntur, pro intelligentia prę dictorum, & plurium etiam iurium videndum nunc eſt, de ſecundo quod hic examinandum diximus, nempe qualiter in iure noſtro prædictæ quattuor dictiones accipiantur.

77 Quod igitur attinet ad dictionem initiatum, licet à doctorib. initiatum matrimonium intelligatur dici poſſe de ſponſalibus de futuro tantum, quod ſentit Lanz. in §. fin. in Inſtit. de ſacram. matrim. ego tamen arbitror initiatum matrimonium illud dici, quod contractũ tantum eſt, ſecundum ſenſum, quem ſ. recepimus.

78 Moueor ex tex. in c. cum initiatur 27. quæſt. 2. ibi enim ab eo matrimonio ſola ſexus comiſtio tollitur, veruntamen nomen coniugij admittitur, quod matrimonij proprium eſt nomen, quemadmodum ſ. 1. art. 3. quæſt. declarauimus, pactio coniugalis recipitur, ac iũgi puellam viro dicitur, & expreſſe coniugium eſſe determinatur, vtitur enim ea dictione eſt, quæ rei eſſentiam pręſefert, quamobrem mirandum eſt, quod aliqui interprætantur ibi agi de ſponſalibus, ſiquidem qui coniugi promittitur, iungi non dicitur, vt ſ. antecedenti q. dixi.

79 Neq; obſtat, quod dicitur in c. licet, & in c. inter corporalia ſ. de trãſ. epiſ. vbi dicitur ſpirituale coniugium, quod inter epiſcopũ, & eccleſiam contrahitur, initiatum dicitur, cum fuit Epiſcopus electus, ratũ autem, cum fuit confirmatus, quo caſu tantum dicitur contractus ꝙ etiam ſentit Lanz. in §. igitur in Inſtit. de confir. cõſumatum vero, cũ conſecratus, adeo quod electio ſponſalibus æquiparari dicitur, non matrimonio contracto, & per conſequens cum electione dicatur initiatum ſponſalibus quoq; tantum iſtud matrimonium initiari dicendum eſt, quia reſpondeo quod electio non differt à matrimonio carnali contracto tantum, licet ea ſit, vt in ea ſpirituale vinculum adhuc contractum non ſit, nam vt contracto matrimonio ſit locus ſola initiatio ſufficit, quæ in mutuo conſenſu conſiſtit, vt ſ. diximus, c. ſufficit inf. eod. c. ſufficit 27. q. 2. ſed ad ſpiritualis coniugij vinculum, ſolus contrahentis conſenſus non ſufficit, ſed confirmatio requiritur, vt ratum contractumq; ſit, vt ibi docetur, & explicat Lanz. in princ. & d. §. igitur de confir. vnde non mirum ſi ſola initiatione, quæ in ſolo conſenſu conſiſtit, non dicatur contractum ſpirituale cõiugium, ſed hoc nõ efficit, quin in carnali matrim. ſola initiatione cõtrahi nõ dicatur

80 Quo

Digitized by Google

80 Quo ad dictionem contractum ſciendum eſt, quodlibet matrimoniũ dici contractum, etiam quod ſit conſumatum, quoniam ex conſumatione non tollitur contractus, ſed potius perficitur, aliquando tñ matrimonium appellatur, contractum ſimpliciter, neq; conſumatum cõtinet, vt in ſup. citatis iuribus colligitur, rectius tamen appellari debet, vt nos diximus contractum tantum.

81 Ratum autem de eo tantum matrimonio dicitur, quod à Chriſtifidelibus celebratum eſt, §. fin. 28. quæſt. 1. & dicitur tam de contracto tãtum, quam etiam de conſumato, & licet aliquando videatur appellari matrimonium ratum, illud quod conſumatum non eſt, non ideo tamẽ ita appellatur, quia conſumatum ratum non ſit, ſed quod ex ſolo contractu ratum efficitur, magis autẽ ratum efficitur, cum matrimoniũ conſumatur, tum quia firmius redditur, tũ quod magis perfecta coniunctio, & ſit, & ſignatur, vt in c. debitum ſup. de bigam. ratum enim illud dicitur, quod denuo firmatum eſt, quaſi ex quadam rati habitione, de qua eſt tit. in pand. lib. 46. tit. vlt. & ita intelligo tex. in d. c. inter corporalia, & in d. c. licet ſup. de tranſ. epiſ. Lanz. in d. §. cum initiatur, de ſacram. matrim. in Inſtit. & quæcunq iura in quibus eodem ſenſu capi videtur, vnde etſi dicamus ratum tantum, conſumatũ quoque veniet, tunc enim intelligitur de eo matrimonio rato, quod non omnino legitimum eſt, iuxta illa, quæ mox declarauimus.

82 Conſumatum autem matrimonium proprie dicitur illud, in quo carnalis copula interuenit, neq; hoc ſenſu contractum tantum capi debet, d. c. licet, & d. c. inter corporalia, & in c. cum ſocietas cum pluribus ſeq. 27. quæſt. 2. vbi Grat. aliquando tamen vſurpatur etiam pro contracto tantum, ea forte ratione, quod perfectionem, quaſi conſumationem in ſolo contracto recipiat, & ita capitur ſecundum cõmunem intellectum in c. litteras inf. de coniug. lepros. conſumantur enim tum ſponſalia, vt ſup. dixi anteced. c. 6. art. & finem deſtinatum conſequantur, vt ibi in primis verbis declaraui.

83 Verum hic libet animaduertere, quod ſi quis velit deffendere contractum tãtum matrimonium nunquam appellari conſumatum, poſſet exponere d. c. litteras vt intelligatur de verè conſumato, vel eo pacto, quod detur diſſolutio, donec ſit conſumatum, de qua tamen re infra vlt. art. dicam, vel quod id ibi ponatur, quia tunc temporis ex ſola copula nempe conſumatione contrahi, ac firmari poterat matrimonium, vbi pręcedebãt ſponſalia, quaſi ille tex. innuat dum inquit, ſpõſalia poſſe diſſolui, vbi matrimonium non ſit conſumatum, hoc eſt niſi matrimonium per conſumationem, ſeu copulam contrahatur, ſponſa

liaq;

34 liaq; in matrimonium tranſeant, quare † licet hoc tempore abrogatum ſit, ne ita matrimonium contrahatur d. c. 1. de ref. mat. in Conc. trid. poſſet tamen hoc tempore defendi, quod ſi ſequeretur copula, neq; ſponſalia hoc caſu diſſolui poſſe, ex illis quæ ſ. anteced. c. 5. art. 1. part. 2. inſpect. declaraui, & 4. art. in modi circunſt. & 6. quo ad ignoratam qualitatem, data tamen, citra præiudicium veritatis cõtraria opinione, nempe quod matrimonium conſumatum illud dicatur quod contractum tantum eſt, iſtud impropriè intelligi debet, potius enim appellari poteſt ſponſalia conſumata, ſeu ſponſalia per verba de præſenti contracta, quam matrimonium conſumatum, & hæc de tertio quoq; art. ſint ſatis.

Quartus Articulus de qualitatibus.

SVMMARIVM:

1 *Perpenduntur ſex circunſtantiæ, & primo perſona, vbi conſiderantur.*
2 *Quo ad neceſſarias pr. contrahentes, qui ex intrinſeca qualitate probibētur*
3 *Animi vt ſi diſcretum mentis intellectum non habent, & nu. 5.* (*vel*
4 *Furioſus tamen poteſt, ſi habeat dilucida interualla, & eo tempore cõtrahatur.*
6 *Vel corporis, vel ex impotentia, vel naturali proueniens vel ex ętate vel*
7 *Minori, vbi primo quæritur ſi ætas præfixa à lege Ciuili præueniat potentiam*
8 *Et ſi neq; conueniens ætati adſit animi iudiciũ inualidum cenſet matrimoniũ.*
9 *Quæritur 2. an ſi ætatem præueniat potentia & validum cenſet ſi pubertati ſit proximus, vel diſcretum iudicium habeat:*
10 *Vel maiori, & ſi probabiliter id ignoret mulier, neq; copula ſecuta ſit, ſequi non poſſit, inualidum erit?*
11 *Vel ex vitio naturæ, vel quo ad mares quando coire nequeunt ex frigiditate, quod in fęmina impoſſibile diiudicatur.*
12 *Niſi illi generationis radices fuiſſent auulſæ, prouenit autē in eis ex arctatione.*
13 *Hæc autem impotentia vel eſt perpetua, & ignoranter matrimonium contractum, & id conſtat, & eſt inualidum.*
14 *Si non conſtat triennium expectandum eſt.*
15 *Quod ſi ſcienter contrahenti eſt imputandum:*
16 *Si temporalis ſuperueniente potentia validum redditur matrimonium, inualidaturq; poſtea ſecutum, niſi impotens diiudicatus religionē fuiſſet ingreſſus.*
17 *Vel accidentali proueniente vel ex morbo, vel vt aliquis non poſſit pati amplexus coniugales, quod & in muliere poteſt contingere, & ſequenda eſt ſuprapoſita diſtinctio.*
18 *Vel quod inhabilis ſit ad copulam, vel quod vir neq; clauſtra pudoris ingredi valeat, & idem dicendum eſt.*
19 *Quod ſi ſemen tantum emittere non poteſt, & idem dicendum cenſet.*

20 *Ex c. quod ſedem vt in 1. compill. legitur infra de frig. & malef.*
21 *Et quod ceſſet finalis, & præcipua ratio, & per conſequens voluntas, & perfectus conſenſus.*
22 *Quod ſi toleratur in erroneo conſenſu quo ad ſeruum, multo magis tolerari debet ſi ignoratur defectus perſonæ.*
23 *Cum neq; verè ſexus coniunctionis ſenſus eliciatur.*
24 *Et contraria c. 2. & 3. in 1. compill de frig. & malef. fuerunt à Raymon. omiſſa, & intelligi debent in eo, qui ſcienter contraxit.*
25 *Cum cauſa euitandæ fornicationis, neq; prima neq; præcipua conſideretur.*
26 *Et ſterilitas, quæ non operatur inualiditatem pendet à cauſa incerta, quæ poteſt remedio naturali remoueri, & non impedit perfectam ſexus commiſtionem.*
27 *Neq; conſenſu perficitur matrimonium tantum vbi ea mente contrahitur, vt ſequatur coniunctio.*
28 *Quod ſi comperto impedimento potens adhuc cognouerit validum cenſet.*
29 *Vel ex maleficio, quod operatur inualiditatem cum adhibito eccleſiæ remedio peracta pęnitentia, elapſo triennio potentia non impetratur.*
30 *Quo diſſoluto neq, potentia ſuperueniente conualidari poteſt.*
31 *Etſi maleficium eſſet vniuerſale, quicquid aliqui ſentiant.*
32 *Monet coniuges, vt antequam ad copulam deueniant ſigno crucis alter alterius corpus muniat..*
33 *Vel ex qualitate contagioſa de qua re infra 6. art.*
34 *Præter contrahentes requiritur parochus, vel alius ſacerdos de parochi vel ordinarij licentia, quare ordinarij præſentia ſufficit.*
35 *Dubitatur tamen de Vicario generali Epiſcopi, qui non ſit ſacerdos.*
36 *Et putat quod, & licentiam concedere, & aſſiſtere poſſit non tamen iungere cũ matrimonium ſolo contrahentium conſenſu perficiatur.*
37 *Quod ſi plures ſunt parochi, cuiuslibet eorum præſentiam ſufficere.*
38 *Requiruntur præterea teſtes, qui quicquid agitur percipiant.*
39 *Quo ad perſonas acceſſorias conſiderantur vel illi in quorum poteſtate ſunt contrahentes, qui etſi ſecundum leges irritum reddant matrimonium ſine eorum conſenſu celebratum, iure tamen Canonico ſecus eſt.*
40 *Vel procuratores qui ſpeciale habent mandatum, vel ſubſtituti, ſi nominatim in primo mandato ſint expreſſi.*
41 *Secundò perpenditur res vel intrinſeca, & eſt ipſum ſacramentum.*
42 *In quo ſignantes ſunt coniunctiones, quæ in matrimonio interueniunt.*
43 *Prima enim ſpiritus, ſignat illud quod eſt inter Deum, & iuſti animum inter Deũ, & eccleſiã, inter Epiſcopum, & eccleſiã, cum epiſcopus eſt confirmatus.*
44 *Secunda carnis inter verbum, et humanam naturam per carnis aſſumptionem, & inter epiſcopum, & eccleſiam cum Epiſcopus eſt conſecratus.*
45 *Vel res extrinſeca interueniens vel pro aperiendo conſenſu vti annuli ſubarratio, de qua ſup. anteced. c. & in c. fęminę 30. q. 5.*
46 *Vel victus ratione ob vinculum cohabitationis vti dos, & ſimilia.*

47 *Hæcq; vir ab vxore licite poſtulat, quod ſi non faciat quartam bonorum parte mulier habebit, & filijs non exiſtentib. etiam quo ad dominium.*

48 *Non tamen dos eſt neceſſaria.*

49 *Tertiò perpenditur locus vel in genere locus prouinciæ, cum eius conſuetudine ſint retinendæ.*

50 *Vel in ſpecie, & quo ad matrimonium non ſolemne nullus præſcriptus eſt locus.*

51 *Solemne autem matrimonium in eccleſia eſt celebrandum, quamuis aliquando ordinarij conceſſione intra priuatos parietes celebretur.*

52 *Quæ ſolemnitatis omiſſio aliquando reddebat clandeſtinum matrimonium*

53 *Quarto tempus quod in genere eod. modo poteſt conſiderari.*

54 *In ſpecie quo ad horas nulla hora præſcripta eſt, decentius tamen matutinis horis ad miſſarum ſolemnia celebratur.*

55 *Quo ad tempus interdictum iure Cæſareo vel prohibitio eſt particularis ratione alicuius extrinſecæ qualitatis, vt in præſide prouinciæ, & tutore.*

56 *Vel generalis quo ad mulieres ſi petijt ſine cauſa repudium, quia intra quinquennium non poteſt nubere.*

57 *Et omnes viduæ intra annum luctus nubere prohibentur quæ prohibitio Iure Canonico eſt ſublata, cui ſtandum eſt.*

58 *Iure pōtificio vel dū fiunt denūciationes, & matrimoniū celebrari prohibetur.*

59 *Vel tempus interdicti, quo ſolemnis matrimonij celebratio eſt prohibita, expreſſum in c. 10. Conc. Trid. de ref. mat.*

60 *Matrimonium autem non ſolemne prohibitum non eſt;*

61 *Quod licet ante denunciationes conſumari nequeat,*

62 *Interdicti tamen tempore poterit.* 63 *Et ex tex. in c. noſtrates 30. q. 5.*

64 *Et ex verbis Conc. trid. ſeſſ. 24 c. 1. de ref. mat.*

65 *Et quod matrimoniū non eſſet matrimoniū, cū ſexus coniunctio eſſet impedita.*

66 *Cum ex hac coniunctione ſacramentum perficiatur, & coniunctio verbi, & humanæ naturæ deſignetur.*

67 *Quia cap non oporteat 33. q. 4. procedit vbi ſolemniter ſpreto eccleſiæ interdicto nuptiæ celebrarentur ob ſcandalum publici apparatus, & lætitiæ.*

68 *Et Grat. declarat hæc ſeruanda ſi ambo conſentiant.*

69 *Proinde, & ad reddendum teneri arbitror.*

70 *Quinto quantitas, vbi primo quæritur an ſoluto uno matrimonio, alterū cōtrahi*

71 *Quo caſu contrahitur bigamia, quando vtrumq; validum exiſtit.* (*poſſit.*

72 *Et permiſſæ adoleſcentioribus videntur, neq; ſunt benedicendæ.*

73 *Tertiæ autem nuptiæ indicium incontinentiæ videntur, & eas contrahentibus pœnitentia iniungitur.*

74 *Quartæ vero; & reliquæ libidinem, & manifeſtam impudicitiam ſapiunt, quòd qualiter interpretandum ſit declarat.*

75 *Vnde verba Diui Hieron. quod non referat vbi vnus exceditur, ſecundus an tertius ſit, exponuntur quantum ad amittendam gloriam monogamiæ.*

76 *Concluditur attamen poſſe plura matrimonia contrahi, quia ibi reprehenditur*

incontinentia, non coniugium.
77 *Quod ſi liberis careat maxime tolerari poterit.*
78 *Secundo an eod. tempore, & cum eadem ſi primum fuiſſet conditionale, vel non ritè contractum, & ſi validum poſſet denuo contrahi.*
79 *Cum diuerſis verò nullatenus fieri poteſt.*
80 *Seſto modus, vbi perpēditur primo quemadmodū matrimoniū cōtrahatur tantū,*
81 *Legitimum tantum contrahitur vel ſecundum leges gentium, quas ſcire difficile eſt, & poteſt contrahi prout legib. vel morib. apud eos eſt receptum.*
82 *Iure Ciuili contrahitur vel præſumptiue ex conſuetudine, ac cohabitatione diuturna liberæ, ac pudicæ mulieris.*
83 *Præterquam ſi in dignitatib. ſunt conſtituti, qui in minoribus ſi diuinis tactis ſcripturis iurauerint ſe in vxores habituras, & deinde ſequatur copula, matrimonium contrahunt.*
84 *Vel verè vel inter præſentes, vel vnico contextu, vel ſolemniter vel confarreatione, vel coemptione.*
85 *Hodie cum celebrantur dotalia inſtrumenta, cæteraq; habilia concurrunt.*
86 *Non ſolemniter contrahunt tantum vel illi, qui in minoribus dignitatibus ſunt conſtituti, ſi ſe contrahere teſtentur apud eccleſiæ defenſorem præſentib. trib. quattuorue clericis iuxta formam nouellæ 74. c. 4.*
87 *Vel inferioris gradus homines, qui expreſſo tantū conſenſu contrahere poſſunt.*
88 *Vel ex actib. interuenientib. diuerſis temporib. vti ex nuptijs contractis ab impuberib. & traductione poſt pubertatem.*
89 *Quare defenditur intellectus communis c. 1. §. 1. de deſpon. imp. lib. 6. aduerſus Couar. p 1. c. 4. §. 2. num. 2. & 3.*
90 *Quamuis verum ſit quod, & olim ſponſalia ex ſola traductione non tranſirent in matrimonium, vtroq; iure*
91 *Quoniam l. mulierem ff. de ritu nup. loquitur de matrim. inter abſentes*
92 *Quia in ſponſalib. non adeſt conſenſus de præſenti, quod in matrimonio inualido ratione ætatis ſecus eſt.*
93 *Quod & ſi ſponſalia I. Can. diudicetur id fit fauore ipſius contractus.*
94 *Licetq; facilius ſoluatur cum ſit inualidum, facilius tamen poteſt conualidari, quam ſponſalia in matrimonium tranſire.*
95 *Vel inter abſentes ſi mulier in domum traducatur, & cum ea alius viri nomine contrahat.*
96 *Ratum vero hoc tempore contrahitur vel inter præſentes, vel non ſolemniter.*
97 *Cum preſente parocho, duob. tribuſue teſtib. nec in faciem eccleſiæ, nec præcedentib. denunciationib. celebratur.*
98 *Quod cenſeo validum etſi inuito ipſo parocho fieret, quoniam matrimonij ſubſtantia in ſolo contrahentium conſenſu conſiſtit.*
99 *Parochi vero præſentia vt eccleſia ſit certa matrimonium fuiſſe contractum*
100 *Et quia iurium correctio eſt euitanda.*
101 *Alius autem ſacerdos abſq; parochi licentia non eſt ſufficiens idque ad vitandam clandeſtini matrimonij ſuſpicionem.*

Digitized by Google

102 *Hoc tamen caſu cenſeo inhibendam copulam à parocho, donec fiant denunciationes; rem ordinario deferendam, & in libro perſcribendam.*

103 *Quod ſi parochus conſentiat, vel ab ordinario remittendæ, vel faciendæ ſunt denunciationes ante copulam, quod ſi aliter fiat puniendus parochus non irritandum matrimonium.*

104 *Quod ſi nuptiæ ſunt benedicendæ decentius in eccleſia benedictio ſuſcipitur, eius tamen ommiſſio non vitiat.*

105 *Solemniter id declaratur ex Conc. trid. ſeſſ. 24. c. 1. de ref. mat.*

106 *Quod ſi matrimonium ſit inualidum, ſi impedimentum remoueatur cum nouus ſit neceſſarius conſenſus.*

107 *Qui in aliorum notitiam deducendus videtur ad mentem ipſius Conc. ſaltem preſente parocho, ac duob. teſtib. iterum conſenſus erit exprimendus.*

108 *Primus enim vti nullus nil poteſt operari, neq; Conc. amplius præſumptum matrimonium admittit.*

109 *Et ex rationis expreſſæ identitate verba legis poſſunt extendi in correctorijs.*

110 *Sufficit autem vt iſte conſenſus quoquomodo in prædictorũ notitiã deducatur.*

111 *Adeo vt ſigna exteriora omnino ſint neceſſaria, quia interior tantum conſenſus ex diuina reuelatione non ſufficit.*

112 *Cautus tamen parochus uerba omnino exigeret ipſorum contrahentiũ, non partiũ.*

113 *Inter abſentes vel per epiſtolas, quod hodie correctum putatur.*

114 *Vel per procuratores quod hodie quoq; receptum eſt.*

115 *Quoniam Concilium ſolum exigit, vt innoteſcat matrimonium celebratum.*

116 *Requiritur tamen quod Dominus non mutauerit conſenſum,*

117 *Et quod procurator ſit ſpecialiter conſtitutus, & ipſe contrahat cum perſona nominatim expreſſa.*

118 *Conſumationem autem recipit vel ſimplici ſeminis coniunctione, ſi naturali artificio fiat.*

119 *Quod ſi cacodemonis ope matrimonium non conſumatum pronunciandum erit;*

120 *Quemadmodum ſi corporis tantum, non ſeminis fiat coniunctio non eſſet conſumatum, quamuis eccleſia in foro exteriori contrarium iudicaret.*

121 *Eod. modo nec extraordinaria pollutione conſumatum dicitur.*

122 *Quod ſi fiat in naturalibus ſi concurrat viri tantum ſeminis emiſſio matrimonium conſumatum erit.*

123 *Si vero mulieris tantum nequaquam.*

124 *Neque prior ſeminis emiſſio ſufficit.*

125 *Quod ſi vtriuſque, & corporis, & ſeminis fiat cõmiſtio omnium calculo probatum eſt perfectam fuiſſe conſumationem.*

1 QVòd attinet ad 4. art. de qualitatibus pro illis dignoſcendis conſiderari poſſunt ſex ſolitæ circunſtantiæ, nempe perſona, res, locus, tempus, quantitas, & modus.

Quo ad perſonas, conſiderari poſſunt vel perſonæ, quæ de neceſsitate interue-

interuenire debent, ad contrahendum ipſum matrimonium, vel illæ, quæ neceſſariæ non ſunt quo ad primos hi ſunt, ipſimet contrahẽtes, parochus, vel eius locum tenens, & teſtes, abſq;.n. præſentia parochi, duorum, triumue teſtium amplius matrimonium non poſſe contrahi ſtatuit ſin. trid. ſeſſ. 24. de refor. mat. c. 1.

2 Quod igitur attinet ad perſonas contrahentes, hic conſiderandũ eſſet, quæ perſonæ prohibeantur vt dignoſcamus, quæ poſsint, iuxta illa, quæ probantur in c cum apud inf. eod. verum cum multæ ſint perſonæ, quæ prohibentur tum iure Ciuili, tum pontificio vt pote in genere ratione ſtatus, vti qui ciues romani nõ ſunt, §. 1. in Inſtit. de nup. qui intelliguntur liberi omnes, vt ibi declarat Accur. qui in orbe romano ideſt imperio ſunt, l. in orbe, ff. de ſtatu hom. ratione delicti, cõiunctionis, & reliqua, hic tantum examinanda illa cenſeo, quæ reſpiciunt intrinſecas qualitates, vel animi, vel corporis ipſorum contrahentium, reliqua enim peti poterunt ex illis, quæ ſup. anteced. c. hoc eod. art. & circunſt. nec non & 6. art. declaraui, & ſi quæ ſuperſunt dicenda infra 6. art. explicabimus.

3 Quo igitur ad animum conſideratur diſcretio, requiritur enim vt hi, qui matrimonium contrahere volunt eam mentis ſanitatem, ac intellectus diſcretionem habeant vt in eis perfectum adſit animi iudicium; ex hisque patent, vt ſ præcitato loco dixi, prohiberi furioſos, dementes, ebrioſq; qui ex ebrietate ſenſu carent, & hi oẽs, qui ſanæ mentis non ſunt, quod ex ibi dictis poteſt à maioritate rationis probari, expreſſeq; colligitur ex c. dilectus ſ. eod. c. neque furioſus 33. q. 2. belliſsimè Sannazar. paternus auus in l. fin. quæſt. 22. nu. 76. C.

4 de reuoc. donat. Couar. p. 2. c. 2. nu. 9. verum † tamen eſt, quod furioſus ſi habeat dilucida interualla poterit tempore, quo mẽtis compos eſt contrahere, vt declarat Hoſt. hic in ſum. §. quis poſsit contrahere, c. quamuis triſte 7. q. 1. c. iudicas 3. q. 2. l. penul. C. de curat. fur. id autem intelligas de furioſo verè; non de prodigo, qui furioſus quodam modo, & ipſe cenſetur, ex illis, quæ declarant ſcribentes vbi dixi in l. is cui bonis ff. de verb. oblig. l. 1. C. de curat. fur.

5 Hinc ſecundo cõſtat eos quoq; in quibus diſcretum non eſt animi iudicium, quales ſunt infantes, vel illis ſimiles, licet potentes ſint, matrimonium tamen contrahere non poſſe, quod notabiliter explicat Couar. par. 2. c. 5. nu. 3. quæ omnia pendent ex illis, quæ ſup. anteced. art. 1. quæſt. dixi, quod perfectus conſenſus eſſe debet, ac perfecta voluntatis coniunctio.

6 Quo ad corpus conſideratur vel impotentia, vel qualitas contagioſa,

quo

quo ad impotentiam requiritur, vt etiam contrahentes ſint potentes ad coeundum, ea ratione quod matrimonium contrahitur, vt ſup. 2. art. 2. quæſt. dixi ad prolem ſuſcipiendam, & in remedium fornicationis, vnde cum hoc caſu vtraq; ratio finalis deſit ex defectu conſenſus, & etiam quia vere ſexus coniunctio eſſe non poteſt, neq; matrimoniũ contrahi poſſe dicendum eſt, quod ſentit Couar. par. 2. c. 7. §. 4. nu. 15. verſ. ſed vel illa ægritudo, ibi, vt ſecundum iura coniugij omnino impediret matrimonij conſenſum, c. 1. ỹ. de frig. & malef. arg. c. cum ceſſante ſup. de appell. cum ad id obligãtur quod præſtare nequeũt, quare impoſsibilium nulla eſt obligatio, & per conſequens nullus etiam contractus l. impoſsibilium ff. de reg. iur. toto tit. ff. de condit. cauſa data, cauſa non ſecuta. Impotentia autem prouenit vel ex naturali impedimento, vel ex accidentali, naturalis prouenit, vel ex ętatę, vel ex vitio naturæ, ætate vel minori, vel maiori.

7 Quod attinet ad minorem ętatem illa videtur diffinita quo ad mares in 14. anno, & quo ad fęminas in 12. attamen concludendum eſt, illam ex potentia potius diffiniri, quod ſi ętatem iam dictam illa præueniat, neq; deſit diſcretio, etiam minor ætas attendenda erit, vt habetur toto tit. ỹ. de deſpon. impub. potiſsimum in c. puberes, in c. atteſtationes, c. continebatur, & c. ex litteris, facit tex. in l. mulierẽ ff. de ritu nup. hic autem de duobus poteſt dubitari, primo ſi poſt ætatẽ iam dictam impotẽtes reperiantur, an tunc matrimonium ſit validũ, 2. ſi ante dictam ætatem potentes reperiantur, an ſit validum.

8 Quo ad primũ dubiũ, de quo latè DD. in d. c. puberes, ego ſic diſtinguendum cenſeo, quod aut cum huiuſmodi impotentia concurrit, etiam quod non habet ætati conueniens animi iudicium, vel habet, primo caſu pronunciarem huiuſmodi matrimonium inualidum, tanquã factum ab eo, qui adhuc imperfectæ ętatis eſt, quaſi quod natura nouercante opus ſit, vt diutius expectetur, ſecundo autem caſu tunc idẽ diiudicarem, quod infra declarabo, quãdo ex vitio naturæ, naturalis prouenit impotentia.

9 Quo vero ad ſecundum dubium recurrendum etiam eſt ad iam dicta, vt ab animi iudicio res pendeat, ſi tamẽ pubertati proximus eſſet, hic potens pro matrimonio eſſet iudicandum, cap. illud ſup. de preſump. cum ſim. Couar. d. c. 5. nu. 3.

10 Quo ad maiorem ętatem impotentia poteſt contingere, quo ad eos viros, qui adeo ſenes ſunt, vt amplius potentes non ſint ad ingrediendum clauſtra pudoris, quo ad quos, etiam ex identitate rationis, ex illis, quæ infra in accidentali ſubijciam, quo ad morbum concludendum

dum videtur, quod ſi probabiliter id ignorabat mulier, neq; vnquam carnalis copula ſecuta ſit, ſequiue poſsit, ex huiuſmodi impotentia recte matrimonium inualidum diiudicari poteſt, eo quod deficiat cõſenſus deficiente potentia, ex illis, quæ ſup. diximus, & Couar. par. 2.c.7.§.4.nu. 15.facit tex.in c. quod propoſuiſti 32.quæſt.7.Iuo par. 8.c.78.c.requiſiuiſti 33.quæſt.1.id autem quo ad mares tãtum poteſt contingere, quia mulieres ſat eſt, quod habiles ſint ad patiendum ad quod ex ſola ętate maiori inhabiles reddi nequeũt, facilius enim quis patitur, quam agat.

11 Naturalis autem impotẽtia, quæ prouenit ex naturæ vitio, ea poteſt conſiderari, vel quoad mares vel quoad fęminas; quo ad mares qñ ad eo frigidæ naturæ q̨s eſt, vt coire neq̃at, iſtud.n.in fęmina impoſsibile diiudicatur, secũdum Archidiaconum, nam licet fęmina adeo frigida ſit, vt ſemen, ſeu meſtruum in actu coitus emittere non valeat, non tamen impotens ex hoc diiudicatur ad reddendum debitum, cum viro ſatisfieri poſsit, imo & ad generationẽ apta diiudicatur, cum ſolum viri ſemen ſufficiat, vt probat ex Ariſt. Thomas in 4. diſtinc. 32. art. 4. verumtamen medici contrarium magis communiter tenent, nempè abſq; mulieris ſemine emiſſo, in ipſo actu coitus poſſe concipi, verumtamen arbitror illud pro abſoluto habendum, quod & à multis mulieribus ſub verbo veritatis accepi, & Albertus Magnus, qui eadẽ, & à mulieribus doctus eſt in libello de ſecretis mulierum tradidit, vt poſsit à mulieribus concipi abſq; ſeminis emiſsione, vel ſi meſtrui flores appareant qui ſingulo menſe à natura ſolent exhiberi, ſecundum etiam Ariſt. opinionẽ, vel in ipſa defloratione tamquam materia tũc ſupeditetur ex ipſo virgineo ſanguine, quod tum emittitur, quod ſi prædicta omnia deficiant, omnino etiam deficeret potentia in mu-
12 liere, quo ad ipſam generationem, quod † quidem contingeret in ea muliere, cui generationis radices fuiſſent auulſæ, vnde patet ex ſola frigiditate naturali nullam mulierem inhabilem diiudicari poſſe; noui enim mulieres, quæ nunquam meſtrui flores vident, concipere, & è contra multæ mihi atteſtatæ ſunt, ſe concepiſſe, antequam didiciſſent quid ſit ſemen in actu emittere, hanc tamen emiſsionem vt plurimum concurrere tamquam materiem certiſsimum eſt, quare quo ad fęminas, impotentia prouenit, quando ita arcta eſt mulier, vt à viro nullatenus cognoſci queat, vt probatur in c. ex litteris, & in c. fraternitatis tuæ infra de frig. & malef.

13 In hoc igitur caſu huius naturalis impotentiæ diſtinguitur, quod aut huiuſmodi impotẽtia perpetua diiudicatur, aut nõ pri. caſu aut ignorantet

rantet

ranter matrimonium fuit contractum,& tunc aut id expreſſe conſtat,
14 & hoc caſu rectè inualidum diiudicari poteſt,aut † non cõſtat,& tũc triennium expectãdum erit,quo res inoteſcat c. laudabilem eod. tit.
15 de frig.& malef.aut † ſcienter,& tunc imputandum eſt contrahenti, ſiquidem ea mente factum videtur, vt ſit ſolum ſpirituale cõiugium, quod in ſola ſpiritus coniunctione conſiſtit, vt eam tãquam ſororem quodãmodo habeat vinculo huius coniugij ſibi alligatam, vt probatur in c. conſultationi infra eod. tit. de frig. & malef.
16 Secundò vero caſu vbi perpetua non eſt, quandocunq; ſuperueniat potentia validum eſt matrimoniũ,cum tunc potius ex accidenti, quã ex natura illud proueniſſe diiudicãdũ ſit,hinc fit,vt ſi huiuſmodi matrimonium inualidum diiudicaretur, & aliud à potẽti cõtraheretur, ſuperueniente potẽtia primum validum,ſecundum inualidum eſſet, præterquam ſi primum etiam ingreſſu religionis ſolutum eſſet,c.fraternitatis tuæ eod. tit. hinc elicitur impotentẽ præcitato modo perpetuo matrimonij contrahendi inhabilitatem contraxiſſe,pro vt hæc latius colliguntur ex toto tit infra de frig.& malef.33.queſt.1.per totum,c requiſiuiſti,c. illi qui 32. q.7.
17 Accidentalis autem impotentia prouenit vel ex morbo,vel ex maleficio,ex morbo id poteſt prouenire dupliciter, vel quod talis ſit morbus,vt aliquis contrahentium non poſsit pati amplexus coniugales, licet forte non omnino impotens ſit, vel quod inhabilis ſit ad coeundum;primo caſu id poteſt contingere in muliere etiam, & ſecundum hunc caſum intelligi debet tex. in d. c. quod propoſuiſti 32. q. 7. ſecundo autem caſu id poſſet contingere in viro cui membrum virile, vel genitalia abſciſa,exſicatæue ſint,& etiam in muliere, cui generationis radices fuiſſent auulſæ;primo igitur caſu ſequenda eſt ſuprapoſita diſtinctio, pro vt in caſu naturalis impotentiæ dixi,vt colligitur ex d. c. quod propoſuiſti.
18 In ſecundo autem caſu rurſus diſtinguendum eſt,quod aut adeo impotens eſt vir, vt nedum ſemen emittere queat, ſed nec clauſtra pudoris mulieris ingredi virile membrum poſsit, aut id poteſt fieri, & tamen generatio omnino impedita eſt,priore caſu res clara quoq; eſt ſequendam eſſe ſuprapoſitam diſtinctionem naturalis impotẽtię, ex traditis per Innoc.in c.iuuenis nu.7.ỹ.eod.Florẽt.p.3.tit.1 c.20.§ x.
19 Verum in ſecundo,& vltimo huius diſtinctionis caſu res dubia videtur,pugnantes quippe ſunt doctorum ſententiæ Panor. n.& Sangeor. quem ibi communiter ſequũtur DD. in c quod ſedem de frig. & malef. Socinus in l.1.nu.29.ff ſol.mat. tenent hoc caſu etiam poſſe ſecun

dum iam dictam diſtinctionem matrimonium inualidum diiudicari, contrariam ſententiam tenuit gl. in c.2.in fine 32.q.7. Magiſter palatio in 4.diſtinc.34.diſput.1.vbi plures citat, Moderni Hiſpani canonicarum quæſt.c 16. Ego tamẽ à cõi ſẽtẽtia recedẽdũ non arbitror.

20 Primo per tex in d.c.quod ſedem, pro vt in prima compilatione legitur, vbi expreſſe habetur de eo, cui per vtriuſq; inguinis rupturam genitalia fuerunt auulſa, in quo caſu militare poteſt ratio contrariæ opinionis, de qua infra dicemus, ibi tamen aſſerit Alex. 3. poſſe huiuſmodi matrimoniũ diiudicari diſſoluẽdũ, & ꝑ cõſequẽs inualidũ.

21 Secundo ea ratione, de qua iam diximus toties, quod matrimonium ideo contrahitur, vt ſoboles ſuſcipiatur, & hæc eſt præcipua contrahentis intentio, & voluntas, quod ſi id expreſſe fieri non poſſe diiudicaſſet, vtiq, neque matrimonium contraxiſſet, & propterea eo in caſu perfectus non extitit conſenſus, vt ſentit tex. in c.1. & c. fraternitatis eod. tit. ſiquidem, & à Deo in paradiſo 1. inſtitutione hac de cauſa tantum inſtitutum eſt, vt ſup. 2.art. 2.quæſt. dixi, quare ceſſante hac cauſa, & ratione vti finali, debet ceſſare, & diſpoſitio, argumento c.cum ceſſante ſup.de appell. vbi ſcribentes, l. adigere §. quamuis ff. de iure patronatus.

22 Tertiò ſuffragantur illa, quæ de erroneo conſenſu reſpectu ſerui ſup. anteced. art. diximus, quippe ſi defectu conſenſus ex illa conditione ignorata, vbi obſtaculum remoueri non poteſt, diiudicatur matrimonium inualidum, multo magis id locũ habere debet ex ignorata hac qualitate, ex qua tollitur finis ipſius matrimonij, defectuſq; eſt in perſona cum qua contrahitur, & ne dum deeſt perfecta voluntatis, ſed e-

23 tiam perfecta ſexus comiſtio, inde † enim neq; vere coniunctionis ſenſus elicitur, neq; effectus, nõ minus enim tunc mulier, virq; reſpectiue referendo coniunctionis ſenſum habẽt, quam ſi illa, aliquo inſtrumento artificiali non naturali mediante perſona viri vteretur, iſte ſi extra clauſtra emitteret ſemen muliere cooperante, quare ſequitur neque poſſe dici veram ſexus coniunctionem, quibus ſic poſitis, facile poſſumus quæ pro contraria opinione citari poſſunt di-

24 luere, quorũ † primum illud eſt eccleſiam non facile ex hac cauſa inualiditatem diiudicare, vt colligitur in c.2.& 3.eod.tit.de frig.& male ſ.in 1. compil. quibus illud reſpondeo, quod id intelligitur in eo, qui ſcienter contraxit, vt probatur in c. conſultationi infra eod.tit. ſiquidem in noua Greg. 9. compilatione illa decreta fuerunt omiſſa, ex quibus iam dicta contraria opinio verior diiudicabatur, quippe ſẽtiens Raim. nunc noſtram ſententiam veriorem, & à conſuetudine re

ceptam

ceptam magis eſſe iam dictis rationibus.

25 Secundũ quod obiicitur eſt, quod poteſt mulieri vir ſatisfacere, & è contra, quare cum matrimonium ſit adinuentum etiam in fornicationis remedium, vt §. 2. art. declaraui, ſatis videtur ſubeſſe rationis vinculũ ad ipſius matrimonij validitatem, vbi enim duæ rationes eque potentes concurrunt ad idem, quarum vna ſufficit, altera ceſſante non tollitur diſpoſitio, neq; vinculum, vt colligitur ex §. ſocrum cum trib. ſeq. In Inſtit. de nup. hinc conſtat ex ſola ſterilitate inualidum non diiudicari matrimonium, vt ſentiunt theologi in 4. ſentent. diſtinc. 34. Nauarrus in ſuo Emanuali c. 22. nu. 59. quare dicendum eſſet, vetulam, quæ amplius concipere nequit, matrimonium contrahere non poſſe, quod non eſt dicendum, cum non prohibeatur, c. cũ apud infra eod. huic obiecto dupliciter reſpondeo, primo quod hæc cauſa euitandæ fornicationis nõ eſt prima, & præcipua, neq; eque potens vti altera, acceſſoria. n. extitit primæ inſtitutioni, vt præcitato 2. art. 2. quæſt. declaraui, neq; obeſt, quod ex ſterilitate inualidum nõ ſit matrimoniũ, quia id poteſt intelligi quando ſterilitas pendet à cauſa incerta, quæ poteſt ceſſare, vt pluries de facto experti ſumus; habemus enim exempla Sarrę, & Eliſabet, in veteri teſtamento, & aliarum quamplurium in hiſtorijs, vel à cauſa cognita, vt in eo, qui vetulam duxit, & cognouit, cum & etiam aliquando, & in eis ſterilitas ceſſare valeat, pro vt de facto etiam pluries experti ſumus, quamobrem cum ex gratia ſacramenti, & ex diuina gratia iſtud obiectum poſsit remoueri, etiam ſecundum naturam non eſt ex eo matrimonium inualidũ diiudicãdũ.

26 Secundo reſpõdeo, quod id de ſterilitate intelligi debet, quæ ea eſt, vt non impediat perfectam ſexus comiſtionem, quod eſt verum fornicationis remedium, adeſt enim matrimonij ſubſtantia, licet deſit finis, at in caſu de quo controuertitur, & finis, & ſubſtantia deeſt, cũ tunc ſexus non habeat ſuam naturalẽ eſſentiam, ac perfectionem.

27 Tertio obijcitur, quod in ſolo conſenſu perficitur matrimonium, & propterea ſcienter cum huiuſm. perſonis poteſt contrahi, c. conſultationi infra eod. tit. de frig. & malef. quia illud verum eſt, quoties ea mente contrahitur, vt in ſolo conſenſu permaneat.

28 In hoc tamen caſu ego ſic diſtinguerem, quod aut comperto huiuſm. impedimẽto, ſeu deffectu alter, qui potens eſt, denuo ſe eo modo quo potuit cõiunxit alteri, aut ſtatim reclamauit, primo caſu pronunciarem validum ea ratione, quod in huiuſm. matrimonium conſenſerit, non obſtante eo deffectu, quaſi quod tum ſcienter contraxerit, arg. d. c. conſultationi: non enim negauerim hoc caſu hunc iungi nõ poſſe,

cum naturalem coniunctionem imitetur, licet deſit naturalis perfectio, quod tñ in caſu naturalis impotentiæ fieri nequit, cum clauſtra pudoris ingredi nõ poſſint, ob periculũ pollutionis extra ipſa clauſtra, quæ ꝓhibita, & dãnata eſt, vt habetur Geneſ. cap. 38.

Secundo vero caſu à communi ſententia non recederem.

29 Ex maleficio aũt vbi prouenit impotentia, quod qualiter contingat bellisſime explicat Hier. Mengus in cõpendio artis exorciſticæ lib. 2. vel ex refrigeratione caloris, vel ex prçcluſione ſpiritus, vel ex interpoſitione alicuius corporis, vel retinendo membra genitalia, vel eos ad inuicem ſeparando, ſecundum illa, quæ declarat Paludanus in 4. ſentent. diſt. 34. Albert. Magnus de animalibus lib. 22. tunc matrimonium tum demum inualidum diiudicatur, cum adhibito eccleſiæ remedio, peracta pænitentia, elapſoq; triennio potentia impetrari, &

30 obſtaculum remoueri nõ potuit, & adeo inualidum diiudicatur, † vt neq; potentia ſuperueniente conualidari poſſit, & vterq; liberè ad alia vota tranſire poteſt, vt colligitur ex c. ſi per ſorciarias 33. q. 1. vbi in fine Grat. declarat, & toto tit. infra de frig. & malef. quaſi quod diuino iudicio perfici non potuerit, cum eius auxilio implorato id obtentum non ſit, cum hæc etiã abſq; Dei permisſione nõ valeant Caco demones perficere, & hominibus officere, vt habetur Iob. c. 1. & 2. Re

31 gum 3. c. 22. quãobrem † nec verum exiſtimo, quod ſi maleficium eſſet vniuerſale tunc perpetuo ſit deneganda licentia contrahendi illi, ex cuius parte eſt vniuerſale, & ſuperueniente potentia, cum aliquo primum matrimonium ſit conualidandum, quia id Deus potuit vni concedere, quod alteri denegauit, cuius rei exemplum habemus in lib.

32 Tobię, quicquid ſumma Angelica, & aliqui ſentiant, conſulerẽ † tamen, vt didici à prudentiſsimo viro, qui id à patre ſuo accepiſſe I. C. non modici nominis, mihi atteſtatus eſt, vt vir mulierem, antequam ad copulæ actum deueniat vxoris corpus, cuius poſſesſionem manciſci debet, iuxta illud Apoſtoli 1. Corinthiũ c. 7. „ mulier ſui corporis

33 „ poteſtatem non habet, ſed vir, ſigno crucis Domini noſtri muniat, dicens in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti amen, eo modo, quo quiſq; ex eccleſiæ ritu muniri ſolet, & eadem vxor erga viri corpus peragat, deinde ad ipſum actum deueniant, tum. n. de facili præſtigiator Cacodemon, quemadmodum huius initium poſſeſsionis impedire non poteſt, ita eo ſigno fugatus neq; perfectam coniugalẽ coniunctionem poterit impedire, ſi. n. id in quocunq; actu facere monemur, c. in nomine Domini 23. diſtinct. l. in nomine Domini C. de off. præf. præt, cum ſim, idq; etiam in cibi ſuſceptione obſeruari ſolet, quo ſigno

gno aliquando factum eſt, vt à cibo, & venena, & veneficia ſegregata ſint, multo magis tum id faciendum videtur cum res tam ſacra ſit celebrãda, & tale ſit ſacramentum ſignandum, vt infra in rei circunſt. dicam. plura remedia peti poterunt ex Hieronymo Mengho in compẽdio artis exorciſticæ lib. 3. c. 3. & 4. cum plurib. alijs.

33 Quo ad qualitatem cõtagioſam id etiam ſtatutum videtur, vt qui cõtagioſo lepræ morbo laborant à matrimonio contrahendo arceãtur, cum ab hominum communione ſecernendos eſſe, diſpoſitum videatur in c. 1. inf. de coniug. lepros. attamen ex c. 2. d. tit. diſpoſitum eſt, liberum eis eſſe matrimonia contrahere, hic tamen dubitari poſſet, an ſi id ignoretur, vel ſupueniat lepræ morb⁹ ãte cõſumationẽ poſt cõtractũ matrimoniũ ab eo recedi poſſit, ſed de hac re inf. 6. art. dicam.

34 Præter contrahentes requiri hoc tempore diximus parochum, à quo iungendi ſunt, ſecundum illa, quæ Trid. ſin. c. 1. de ref. mat. ſtatuit, id tamen poteſt alteri ſacerdoti, de ipſius parochi, vel ordinarij licentia concedi, quod ibidem Sin. declarat, ex quo patet cęteris clericis, qui ſacerdotali dignitate præditi non ſunt huiuſmodi munus interdictũ eſſe, ex his etiam conſtat ordinarij præſentiam ſufficere, cum id poſſit alteri ſacerdoti demandare, arg. reg. quod alicui non licet nomine ſuo, nec alieno licebit, & regulæ poteſt quis per alium de reg. iur. in 6. faciunt ea quæ tradit Lanz. in §. fin. in Inſtit. I. P. de confirmatione,

35 c. ſufraganeis, c. tranſmiſſa ſup. de elect. cum ſim. Dubitari † tamen poſſet, cum Vicarius Epiſcopi ex generali conceſsione ei ab epiſcopo facta vt eius vices omnino gerat, & ex generali conſuetudine ea faciat, quæ Epiſcopo demandantur vti ordinario, an ſi ipſe ſacerdos non ſit poſsit interuenire, vel id alteri demandare.

36 Quod attinet ad conceſsionem licentiæ credo verum quod poſsit, argu. d. c. ſufraganeis, ſed ipſe eos iũgere crediderim quod nequeat, ſecundum formam à Conc. præſcriptam; ſiquidem huius ſacramẽti adminiſtratio, quemadmodum, & omnium ſacramentorum ſolis ſacerdotibus reſeruata videtur, & per conſequens haberi tamquam quod ordinis ſit, non iuriſdictionis, forte tamẽ dici poteſt, quod cum non à ſacerdotis actu, ſed ſolo contrahentium conſenſu perficiatur matrimonium, & ſacramẽtum, illud quoq;, quod ſin. trid. ſtatuit, ea ſolum ratione factum ſit, vt de matrimonio conſtat, quod clandeſtinum omnino non ſit, quare Vicarij præſentia id ſatis operare valet, vnde licet vti non poſsit illis verbis „ ego vos in matrimonium coniũgo, & reliqua, tamquam quod ordinis ſint, tamen aſsiſtendo operare poteſt matrimonij validitatem, quia clandeſtinum non erit, an tamen huiuſ-

modi.

modi verba ſint neceſſaria infra in modi circunſt. dicemus.
37 Ex his etiam conſtat quod ſi in aliqua eccleſia ſint plures perſonæ, q curam animarum exerceant, vel exercendi auctoritatem habeant, cu iuslibet eorum præſentiam ſufficere, cum quilibet parochus dicatur.
38 Vltimo requiri dicebamus teſtes, hi autem duo vel tres eſſe debent, quales autem eſſe debeant, crediderim ſufficere vt tales ſint, qui quic quid agitur percipiant, id.n.ſolum ad euitandam clādeſtinitatem introductū videtur, neq; n. præſentis eſt ſpeculationis hic de teſtib. tra ctatum inſerere, potiſsimum.n. parochi perſona reſpicitur.
39 Quo ad eas perſonas, quæ neceſſario interuenire non debēt poſſunt conſiderari parentes, & illi in quorum poteſtate ſunt contrahentes, vel procuratores quorum medio matrimonium aliquādo celebratur. Quo ad parentes, & eos qui contrahentib. pręſunt, licet vetent leges, ne ſine eorum conſenſū matrimonium celebretur, immo, & ciuiles le ges etiam nuptias ipſas irritas eſſe volunt, vt probatur in l. paulus ff. de ſta.hom.l.in ſponſalib. 1.huius initij ff.eod. dixi.§. anteced. c. hoc eod. art. & circunſt. attamen eorum conſenſus deffectus matrimoniū nullatenus inualidat, quod nouiſsime deffiniuit Sin. Trid. in d.c.1. in primis verbis, colligitur ex c. ſufficit, c.cum apud, c.cum locum infra eod.c.videtur inf. qui mat.accuſ.pos.c.ſufficit 27.q.2.latè 30.q.5. & & 32.quæſt.2.per totum vbi Gratianus.
40 Quo ad procuratores requiritur, vt ſpeciale ad hoc habeat mandatū quicunq; vti procurator alieno nomine matrimoniū cōtrahere vult, neq; id poteſt per alium adimplere, ſed eius perſona omnino eſt neceſſaria, præterquam ſi alterius nominatim eligēdi habeat etiam ſpeciale mandatum, quod ſtatuit Bonif.8.in c.fin.de procur. lib. 6. nonnulla ỹ.in modi circūſt.ſubijciā, & hæc de perſonę circūſt. ſint ſatis.
41 Quo ad rem, res in matrimonio poteſt conſiderari, vel res intrinſeca, vel res extrinſeca res intrinſeca eſt ipſum ſacramētū, ſeu matrim. ꝙ in Chriſtifidelium matrimonio tantum interuenit, ſacramēta enim inter res ſpirituales corporales connumerantur à Lanz. in §. rurſus in inſtit.I.Pontif. de rer, diuiſ.ſacramentum quippe ſacræ rei ſignum dicitur, quod §. 3.art.2.quæſt.declaraui, in qua re breuiter duo vidē da cenſeo, primum quid ſit illud quod ſignat in matrimonio, quod ap pellandum eſt ſacra res, ſecundum quid ſit illud quod ſignatur, & ſic ſignum ipſum, quod eſt ſacramentum.
42 Quo ad primum ſignantes ſunt coniunctiones ipſæ, quæ in matrimo nio interueniant, coniunctiones autem vt ſup. anteced. art. 1. quæſt. declaraui duæ ſunt, quarum prima eſt ſpiritus, quæ ſit hoc tempore
cum

cũ ritè coniugalis conſenſus præſtatur, quamobrẽ in ea etiam tantũ matrimonium conſiſtit, vt ibi declaraui, ex his fit vt in hac conſenſus expreſsione neceſſarium ſit, vt vel verba, vel alia ſigna exteriora inter ueniãt, ex quib. ipſe conſenſus ſignetur quod ĩ. in modi circũſ. dicã. Altera autem coniunctio carnis etiam eſt, quæ ex præcedenti conſenſu firmatur ad indiuiduitatem, vt vbi ſ̃. dixi, & ex his coniunctionibus magnum redditur quo ad ſignatum ſacramentum in Chriſto, & Eccleſia, Verbum, & humanam naturam, quemadmodũ dicebat Paulus, ſignatæ autem res, quæ expræd[i]ctis coniunctionib. oriuntur ſunt illa ead. met ſacramenta, & matrimonia quæ inter Deum, & homines ce
43 lebrata ſunt, ex† priore .n. cõiunctione ſignatur illud, quod eſt inter Deum, & iuſti animam ex Spiritus Sancti immiſsione, de quo ſ̃. diximus 1. art. 1. q. & primo illud, quod per charitatem eſt inter ſpiritum Dei, & iuſti animam, c. debitum ſ̃. de bigam. 2. illud quod eſt inter Deum, & fidelium congregationem, quod olim erat inter Deum, & ſinagogam, nunc inter Chriſtum, & Eccleſiam, vt declarat Lanz. in §. is illud in Inſtit. de ſacram. mat. quare hanc quoq; indiuiduam dicimus eſſe coniunctionem, in qua indiuiduum ſacramentum ſignatur, neq; .n. ab Eccleſia vnquam dominus recedet, vt qui promiſit, quod quamuis Petri nauicula periclitari videatur non tamẽ vnquam patietur illam perire, & à ſe diſcedere; ſignat præterea 3. loco coniugium inter epiſcopum, & Eccleſiam, cum Epiſcopus confirmatus eſt, c. inter corporalia ſup. de tranſl. Epiſ. belliſsime Cuch. de ſacram. mat. in primis verbis id declarat, & fuit à nob. ꝓbatũ anteced. art. 2. quæſt.
44 Ex 2. autem coniunctione ſignatur illud matrimonium, ac ſacramentum, quod inter Verbum, & humanam naturam contractum eſt, per carnis aſſumptionem, vt habetur in d.c. debitum, de quo Ioan. c. 1. dixit,, Et Verbũ caro factum eſt, & iſtud quoq; indiuiduum eſt, quia ꝙ ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit; propterea nec in Chriſti morte ſolutum fuit, ne dum ratione animæ rationalis, quæ pars hominis eſt, & quæ iuncta diuinitati inferni clauſtra diſrupit, ſed etiam ratione corporis, à quo nunquam diuinitas abſfuit, licet abſfuerit anima; ſignatur, & 2. illud quod inter Epiſcopum, & Eccleſiam contrahitur tum cum Epiſcopus conſecratus eſt, d.c. inter corporalia, & vbi ſup. dixi, ex his conſtat huiuſmodi indiuiduitatis vinculum, quod ex his coniunctionib. contrahitur verum dici ſacramentũ nouæ legis, quemadmodum ſ̃. in præcit. locis docuimus, effectusq; qui ex matrimonio tamquam ſacramento oriuntur inf. ſeq. art. declarabimus.
45 Res autem extrinſecæ in matrimonio interueniunt, vel pro aperiendo con-

do conſenſu, vel quo ad cooperationem victus ex cohabitationis vin culo contracto in ipſo matrimonio, primo modo interuenit ãnuli ſub arratio, quæ qualiter fiat ſup anteced. c. hoc eod art. & circunſt. declaraui, eo. n. in digito lęuę manus, qui minimo proximus eſt, & annu laris dicitur, annulus immittitur cũ eo in digito vena adſit, quæ protenditur vſq; ad cor ipſius hominis, vbi affectus ſedes ſunt, quemadmodum docet tex. in c. feminæ 30. q 5. quæ quidem ſubarratio ſolet ferè in omni nuptiarum contractu interuenire, mosq; iſte fuit ferè à primordio ętatis introductus, poſt manuum dextrarum colationem, vt colligitur Tobiæ c 7. qui annulus ſolet à ſacerdote iũgente primo benedici ſecundum eccleſiæ ritum, & tum demum à viro poſt expreſſum conſenſum vtriuſq; iam dicto vxoris digito immitti, quo facto il lico ſacerdos vtriuſq; manus viri dexteram, ac mulieris lęuam tenens ſiniſtra manu, ſubdit verba coniunctionis, quæ omnia miſterio, & ſacramentalib. ſignis non carent, quemadmodum autem ſola ſubarratione etiam nullis expreſsis verbis matrimonium celebrari intelliga tur, ãteced. c. pcit in loco dixim⁹, & ĩ modi circũſt. reliqua declarabo.

46 Res autem quæ victus ratione ob vinculũ cohabitationis dantur ſũt, dos, donationes propter nuptias, munera, donationes inter virum, & vxorem, quæ quidem omnia non vt ſacramẽtum iſtud celebretur dan tur, quia ſimonia eſſet, vt colligitur ex toto tit. inf de ſimo. ſed ſimul conferruntur ex ſocietatis obligatione ad ſubeũda victus, ac veſtitus onera, non ſecus ac monachus, qui religionem ingrediens omnia bona monaſterio tradere cenſetur, vel epiſcopus qui propriarum rerum fructus, eccleſiæ fructib. vnit ad ſuſtinendum epiſcopatus decorem, vt colligitur ex cap. 1. ꝟ. de teſtam. c clericos, c. ſacerdos 1. quæſt. 1.

47 hæcq; † vir ab vxore etiam licitè poſtulat, vt qui elimoſinis viuere nõ teneatur, neq; vxorem habentem vnde ſe alat de proprio alere tenetur quod ſi non faciat quartam bonorum partem mulier ad ſui ſuſtentationem vindicabit, liberis quidem exiſtentib. ex eo matrimonio ra tione vſusfructus, niſi plures quam 3. filios habeat; nam tunc in viriles fit diſtributio, quod ſi filios non habeat, etiam quo ad dominium dictam quartam bonorum partem vindicare poterit, quæ omnia colligi poſſunt ex nouella Iuſt. conſt. 117. c. 3. & 5. quæ habetur in Auth. vt liceat matri, & auiæ in §. hoc quoq;, & in §. quia vero.

Hic late poſſent illa cumulari, quæ de dote traduntur in l. 1. ff. ſol. mat. verum quoniam inſtituti noſtri nõ eſt extranea aucupari, & tractatũ tra ctatui inſerere conſulto, & hic, & inf. ſeq. art. hæc miſſa faciemus, for ſe alias, ſi vnquã noſtras veſpertinas interpretationes ciuiles emittemus,

m⁹, hęc ibi declarata cõperietis, hæc aũt ſufficiãt vt ĩtelligatis q̃madmodũ dos ĩ matrimonio interueniat abſq; peccato, ẽt ex pactione, cũ regulariter ĩ alijs reb. ſpiritualib. vt illa cõferantur tpales res non dé-
48 tur q̃madmodũ declarat Grat. 1.q. 2. per totũ, ex † his etiam conſtat dotem non eſſe neceſſariam ad matrimonij cõtractũm licet dos abſq; matrimonio non conſiſtat, quæ propriè dos eſt, vt declarant communiter ſcrib in Rub. & in d.l. 1. ff. ſol. mat. ſeq art. ſi quæ alia dicenda videbuntur illa ſubijciam, & hæc de rei circunſt. ſint ſatis.
49 Quo ad locũ, locus cõſideratur vel in genere, vel in ſpecie, in genere locus prouinciæ; ſeu regionis in qua matrimoniũ celebratur tum vt dici poſsit celebratum, vtpote concurrentibus illis ſolemnitatib. ex quib. eo loci diiudicatur matrimonium celebrari, ſecundum illa, quæ anteced. c. hoc eod. loco dicebamus, ſiquidem cuiuſcumq; prouincię laudabiles conſuetudines retinendas in matrimonij celebratione ſtatuit Sin. Trid. ſeſſ. 24 c. 1. de ref. mat. tum ratione effectuum, tam reſpectu obligationis pſonalis, q̃ reſpectu rerũ, q̃ datur, puta dotis, & ſimilium, de qua re latius in explicatione c. 1. hoc tit. dicemus.
50 In ſpecie autem conſideratur locus, pro vt eſt circumſcriptus ſuis cõfinib. in quo matrimonium eſt celebrandum; in qua re ſciendum eſt, quod aut agimus de matrimonio celebrato non ſolemniter, aut de ſolemniter celebrato, ſecundum illa, quæ infra in modi circunſt. declarabo: primo caſu nullus videtur, præſcriptus locus, in quo matrimonium celebrari non poſsit, cum vbique Deus adſit, ex quadam tamen decentia huiuſmodi matrimoniũ celebrari debet intra priuatos parietes honeſtæ domus, neq; .n. id decet, vt fiat in aliquo loco infami.
51 ſecundo † autem caſu locus præſcriptus eſt eccleſia ipſa, in qua diuina miſteria, & ſacramenta celebrantur, quemadmodum ſtatuit Conc. trid. in præcit. loco poſt Concilium Lateranenſe c. 51. probatur in c. fin. 31. quæſt. 2. & in c. 1. c. cũ inhibitio infra de Clandeſt. deſpon. verum eſt, quod huiuſmodi quoq loci ſolemnitas ex ordinarij conceſſione omittitur, & intra priuatos parietes celebrari pmittitur, quod tamen de raro fieri conſueuit concurrentib. tamen alijs ſolemnitatib. de quib. ĩ. in modi circunſt. dicemus.
52 Huiuſmodi autẽ loci ſolemnitatis omiſsio operabatur olim aliquando vt matrimonium diceretur clandeſtine celebratum, hodie autem quemadmodum res ſe habet in ead. modi circunſt. declarabimus, effectus autem quos operatur matrimonium clandeſtinum dicemus infra ſeq. art.
53 Quo ad tempus, tẽpus autem poteſt conſiderari vel in genere, vel in

T ſpecie

ſpecie,in genere,vt ex eius quoq; circunſt. attenta loci conſuetudine eius temporis quo matrimonium celebratum eſt,dici poſsit ipſum matrimonium celebratum nec ne,vti cõtingeret in illis nuptijs, quæ ante Conc. trid. diſpoſitionem fuiſſent contractæ,ſecundum illa quę declarauimus antecedenti c. hac. ead. circunſt. ex illis, quæ notabiliter declarat Panor. in c. fin. nu.7. infra tit. 1.

54 In ſpecie autem duæ ſunt quæſtiones,prima ſpectat ad horas, 2. ad q̃dam tempora prohibita, quæ plures dies complectuntur:quo ad primam licet re vera quo ad horas diei, nullum ſit præſcriptum tempus quo matrimonium celebrari non poſsit, pro vt etiam nocturnis horis fieri hãc celebrationem vidimus quod vt plurimum inter nobiles obſeruatur:decentius tamẽ eccleſiarum plurimarum ritu receptum eſt, vt matutinis horis ad miſſarum ſolemnia ſacerdote celebrante votiuam ad id propriam celebretur,potiſsimum cum ſolemniter fiat, & nuptiæ ſunt benedicendæ,vt infra in modi circunſt. dicemus.

55 Quo vero ad ſecundam quæſtionem,in qua quærirur num aliquo tempore ſit prohibitum matrimonium contrahi,hæc quæſtio poteſt intelligi vel ſecundum ius Cæſareum,vel ſecundum Ius Pontificium. Iure igitur Cæſareo poteſt conſiderari prohibitio particularis, vel prohibitio generalis;particularis eſt quo ad certas tantum perſonas, quæ ratione alicuius extrinſecę qualitatis prohibentur vti rector prouincię,tutor,& his ſimiles ſi qui ſunt, qui durante adminiſtratione cum ſibi ſubdito contrahere prohibentur,vt in l.vnica C.ſi rect.pro. vel ad eum pert. ſponſ.arr. dederint,l.tutor,l. ſi quis officium ff.de ritu nup. cũ ſim.de qua re ſup.antec.c.dixi 4.art.hac eadẽ circunſt.& 5.art.2.p.

56 Generalis autem conſideratur quo ad mulieres,quæ quidem duplici ratione prohibentur intra certum tempus nnbere,prima ratio eſt quoties abſq; cauſa mulier petijt repudium,tunc .n. ei interdicitur nuptias intra quinquennium celebrare,vt in l.conſenſu §. quod ſi præter. C.de repud. habetur.

57 Secunda autem eſt quo ad omnes viduas,quæ intra annum luctus nubere prohibebantur,quod ſi contraherent, & ſi non irritabantur nuptię infamia tamẽ mulieres notabantur, à lucroq; legitimę filiorum arcebantur,& alijs pęnis afficiebantur de quib. habetur in l. ſolet ff. de his qui not.inf. verum attenta I.P. determinatione ex his, quæ dixit Apoſt. 1. Corin.c.7. & ad Rom. c. 7. ſublata eſt hiuiuſmodi prohibitio,vt colligitur ex c.4.& fin.infra de ſecun.nup. in qua re iuris Pontificij diſpoſitioni ſtandum eſt à nob.qui chriſtiani ſumus,poſſet tamen dubitari ratione lucri, de qua inf. in explicatione c. 1.dicemus.

58 Quo

58 Quo autem ad I. P. conſideratur itidem prohibitio, vel dum fiunt denúciationes futuri matrimonij, vel tempus interdicti; primo caſu matrimonium celebrari prohibetur, vt in c. cum inhibitio infra de Clād. deſponſ. Sin. trid. vbi ſupra.

59 Secundo autē caſu diſtinguēdū eſt, quod aut agimus de matrimonio ſolemni, aut de non ſolemni; ſolemnis igitur matrimonij celebratio prohibita eſt ex Conc. trid. diſpoſitione ſeſſ. 24. de ref. mat. c. 10. ab aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti vſq; in diem Epiphaniæ, & à feria 4. cinerum vſq; ad octauam Paſchatis incluſiue, quicquid antiquitus huiuſmodi prohibitio longius in tempus duraret, vt colligitur ex Conc. Laodic. c. 52. Cōcil. Saleguſt. c. 3. c. non oportet cum 3. ſeq. 33. quæſt. 4. c. capellanus ℥. de ferijs c. 1. ℥. de treg. & pace, & hoc adeo verum eſt, vt neganti eccleſiam haſce ſolemnes nuptias ad tempus poſſe prohibere anathema indictum ſit eiuſd. trid. ſin. diſpoſ. can. 11. de ſacram. mat. ead ſeſſ.

60 Quo ad non ſolemne matrimonium, conſtat illud quandocumq poſſe celebrari, neq vnquam fuiſſe ab eccleſia interdictum, quin celebrari poſſit, vt explicat tex. in d. c. capellanus ℥. de fer. vbi communiter ſcrib. ſentit. Conc. trid. in præcit. locis, vbi tantummodo ſolemnitates nuptiarum, ac nuptias ſolemnes, non matrimoniū prohibitas fuiſſe eo tempore probatur, idem colligitur ex conſt. Benedicti Pontificis, quæ habetur poſt Conc. Lateran in tit. de ſponſal. & mat. c. 28.

61 Hic tamē ſuboritur altera nō inelegans quæſtio, an huiuſmodi matrimonium contractum durante eccleſię prohibitione poſſit conſumari durante dicto tempore interdicto, in qua re quod attinet ad primum caſum, nempe ad tempus quo denunciationes faciendæ ſunt concludendum eſt non poſſe, vt declarat eadem trid. ſin. in d c. 1. de ref. mat. quod interprętor quando denunciationes omnino faciendæ eſſent, ſecundum ibi declarata, ſimpliciterq, concederetur vt matrimonium fieret preſente parocho, duobus tribuſue teſtibus non tamen benedicerentur nuptię, neq denunciationes remitterentur, quia ſi remitte-
62 rentur, erit dicendum vt in 2. caſu. In 2. † autem caſu quo ad tempus interdicti pugnantes ſunt doctorum ſententiæ, multi. n. quib. magis communis opinio adſtipulatur tenent non poſſe abſq; peccato, & legis contrauentione id fieri, vt gl. & Panor. & alij in d. c. capellanus, gl. & alij in d. c. non oportet. Palud. in 4. diſt. 28. q. 2. in princ. Floren. par. 3. tit. 1. c. 20. §. 8 verſ. dicit etiam Gulielmus. Contrarium tamen vti de iure verius optima ratione defendit Nauar. c. 22. de ſacram. mat. nu. 71. cui adſtipulatur Couar. qui plures eiuſd. ſententiæ

auctores citauit p. 2. c. 7. §. 2. nu. 2. & nouiſsime Tadęus Piſ. in §. ſunt, & aliæ ſub rub. de fer. in Inſtit. de nup. cui etiam opinioni tamquam fauenti matrimonij libertati ipſe quoq; ſubſcripſi.

63 Moueor primo per tex. in c. noſtrates. 30. q. 5. vbi expreſſe habetur, quod omiſsio ſolemnitatum nuptiarum non eſt peccatum, iſtud autē vt intelligatur in caſu dubitabili ex reg. l. quod labeo ff. de carb. ędic. debet intelligi quo ad matrimonium perfectum copulæ interuentu, ſiquidem benedictio, & aliæ ſolemnitates, quæ adhibentur, ſolum adhibendæ ſunt de neceſsitate iam contracto matrimonio, vt patet ex d. Cōc. Trid. in d. c. 1. de ref. mat. non igitur aliter poteſt intelligi, qd̄ dubitaretur ipſam omiſsionem peccatum eſſe, niſi tum demum cum omnino omittuntur, & abſq; eis matrimonium perficitur.

64 Secundo moueor ex d. Sin. Trid. verbis illis,, præterea eadē ſancta ſi-,, nod. hortatur, vt coniuges &c. quo loci ſolum hortatur ne ſimul cohabitent interim ante benedictionem, non autem precipit ne cohabitent, neq; etiam hortatur, vt à carnali debito abſtineant per illa, quæ mox dicemus, & infr. ſeq. art. quare infertur, quod iſtud non ſit, de præcepto, neq; de conſilio, ex illis quæ habentur in c. quiſquis p̄ceptis §. fin. 14. q. 1. & per conſequens nullatenus teneri, quod confirmatur ex eo, quod in primo caſu, nempe ante denunciationes precipit, vnde ſi idem de iure faciendum hoc caſu dijudicaſſet vtiq; præcepiſſet, argum. eorum, quæ declarat Alex. in Rubr. ff. de re iud.

65 Tertio ſuffragatur illa ratio, de qua ſupra dixi in diffinitione antecedenti art. 1. q. quod matrimonium non eſſet matrimonium, vbi ſexus coniunctio non adeſſet, ſeu aliquo modo eſſet impedita, cum vir non habeat poteſtatem ſui corporis, ſed vxor, & è cōtra, vt docet Apoſt. 1. Cor. c. 7. proinde vni altero inuito non licet abſtinere, etiam ad tem pus vt vacetur orationi, c. apoſtolus 13. quæſt. 4. vbi Grat. Iuo. p. 8. ca. 133. quamobrem cum matrimonium prohibitum non ſit, vt d. c. capellanus, & iſti ſint vir, & vxor, vtiq; neq; coniunctio, quæ matrimoniū eſt, c. ius naturale 1. diſtinct. ad quam ſe obligarunt, d. c. apoſtolus, prohibita eſt cenſenda.

66 Quartò, & vlt. ſuccedit quod ſi matrimonium tamquam ſacramētum iterabile nullo tempore eſt inhibendum, vt tradunt cōmuniter ſcrib. in d. c. capellanus, vtiq; neq; coniunctio, ex qua ſacramentum perficitur, huiuſmodi .n. coniunctio, vti res ſacra Verbi, & humanæ naturæ ſacramentum per carnis aſſumptionem ſignificat, quod ſ. in rei circunſt. declaraui, vbi enim quid conceditur, conceditur id omne quod ex eo eſt, l. oratio ff. eod.

67 Neq;

67 Neq; me mouent contrariæ opinionis fundamenta quorum præcipuum deſumitur ex d. c. non oportet 33.q.4. vbi diſponitur quod ſi contingat eo tempore nuptias celebrari, quod coniuges ſint ſeparādi: nam primo animaduertendum eſt, quod ille tex. intelligi debet, pro vt Cōc. Trid. exponit, hoc eſt ſolemniter peragi, ſeu ſolemnitates nuptiarum adhiberi, quod ſi id fiat, cenſet in pęnam ipſos coniuges ſeparandos, ex hoc tamen non infertur quod ſi matrimonium contrahitur non ſolemniter, quod ſint ſeparandi tamquam quod copula ſit interdicta, ſiquidem ſcandalum illud, quod in eo tex. conſideratur non eſt ratione copulæ ante benedictionem, ſed eſt in ipſo apparatu nuptiarum, & publica illa concelebratione facta, tum cum orationi eſt
68 vacādum, & tempus meroris eccleſiæ adeſt: Hinc † 2. videmus, quod ſtatim poſt c. nec vxorem ducere ſubdit Grat. quod hæc ſunt ſeruanda ſi ambo conſentiant, īnuens quod aliter neq. abſtineri poſsit ex recit. Apoſt. verbis, quæ in ſeq. c. referuntur ex iam d. ratione, quod ſi iſti coniuges ſunt, & in eis idem eſt diiudicandum ex identitate rationis l. & ideo, l. non poſſunt ff. de legib. & verba ſunt intelligenda generaliter, & ſi durum videatur l. 1. §. is qui nauem ff. de exercit. actione reliqua parum vrgent.

69 Hinc fit, vt hoc caſu alteri coniugum exigenti, alterum arbitrer teneri ad reddendum, & hæc videtur opin. Grat. in præcit. loco, quicquid alias aliter cum communi cenſuerim inf. ſeq. art. vbi tangam.

Cum quærimus igitur an ante ſolemnem nuptiarum benedictionem interdicti tempore liceat matrimonium conſumare ita diſtinguendum eſt, quod aut agimus ante denūciationes, aut poſt: primo caſu aut denunciationes fuerunt remiſſæ, & licet vt in 2. caſu, aut non fuerunt remiſſæ neq; conſumari poteſt, Sin. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. verſ. quod ſi aliquando de refor. mat.

Secūdò vero caſu prīcipali aut fuit facta ſolēnis nuptiarū celebratio, & tūc interdicti tpe ſunt ſeparādi, d. c. nō oportet, aut ſimpliciter matrimoniū fuit cōtractū, & tūc licitū ē matrimoniū cōſumatione pficere.

70 Quo ad quantitatem, hic quæritur num quis poſsit contrahere plura matrimonia, quæ quidem quæſtio poteſt intelligi duob. modis 1. an poſsit contrahere plura matrimonia diuerſis temporib. hoc eſt vnum altero ſoluto. 2. an eod. tempore hoc eſt vnum altero durante. 1. caſu, etſi adſit Apoſt. conſilium 1. Cor. c. 7. vt ſolutus ab vxore non quærat
71 vxorem, hincq; † bigamia incurratur, & incapacitas ad ſacros ordines ex diuiſione carnis in plures cum vnicus vnice non ſit ex defectu ſacramenti, vt habetur in c. debitum, & toto tit. ſup. de bigam., quod

quidem intelligendum eſt quando vtrumq; matrimonium validũ ex-
titit,& conſumatum, legitime autem morte ſolutum, quod ſi alterũ
inualidum extitit,cum non fuerit vera vnio quo ad eam, cum qua in
ualidum celebratum eſt,neq; bigamia vera incurritur,quãuis aliquã
do potiſsimum in clericis puniatur affectus cum opere ſubſecuto vti
effectus,c.nuper eod.tit.de bigam.Lanc.in §.ſi quis tamen, & § ante-
72 ced.in Inſtit. I.P. qui promoueri non poſſunt, legitur † quippe in cõ
ſtit. Apoſt. Beat.Clem.lib.3.c.2.quod huiuſmodi bigamia, & ſecun-
dum connubium concedi debeat adoleſcentiorib. ne in iudicium dia
boli incidant,|& reliqua,propterea bigamis pænitentiæ tempus Ca-
nones præſcripſerunt,vt legitur in Cõc.Ancyr. Can. 19. Neoceſar. c.
3.Laodic. Can.1.Notat Bouius in lib.dictarum conſtit.5.ſub c.16.
Hinc neq; ſecundæ nuptiæ benedicendæ ſunt,vt in c.1.& 3.inf.de ſecun
dis nup. habetur.
73 Tertiæ autẽ nuptiæ videntur quodam pacto indicium eſſe intempe-
rantiæ ſeu incontinentiæ,vt in præcit. loco habetur,ſiquidẽ quod ver
tebat Bouius incontinentiæ eſt argumentum, Franc. Turian. verte-
bat intemperantiæ indicium oſtendere, & Beat. Baſil.ait.Can.4.tri-
gamiam dictam eſſe moderatam fornicationem, quam & ſi infamem
& turpem vt ait Can. 47. publico iudicio non damnat, hoſce triẽnio
eccleſiæ interdictione mulctatos olim fuiſſe conſtat, & ſępenumero
quatriennio,& quinquenij etiam aliquando,hæc autem Cõſtantini,
& Romani Imperatorum temporib. interdicta fuit viris 40.annos na
tis,niſi liberis careant, & Sin. Neoceſar. Can. 7. prohibuit præsbite-
ris intereſſe conuiuio huiuſmodi nuptiarum,& Can.3. aliam pænam
ſtatuit,& Sin. Laodic. non ſtatim huiuſmodi coniuges ad ſacram cõ-
munionem admittit,vt notauit Zonaras in Scholijs ad Baſil.hinc Gre
gor. Nazian. in Euangelium Math. c. 19. primæ inquit nuptiæ legis
ſunt,ſecundæ indulgentiæ,tertiæ vero ex tranſgreſsione,& pænam à
canonib. ſtatutam obſeruandam ſtatuit Leo Iſau. Conſtit. 90. de qb.
omnib. latiſsimè per Turrian.in præcit. loco,in quo libet illud adno
tare quod in explanatione exponit d. conſtitutionem, vt in ea dica-
tur tertias nuptias ſignum eſſe,ſiue indicium incontinentiæ, vnde ap
paret cenſere non differre intemperantiam ab incontinentia,nec re-
ferre an vna, vel altera dictione vtamur,quamuis philoſophus intem-
perantiam adeo differre cenſuerit ab incontinentia, vt intemperan-
tiam inter ſcelera ponat, incontinentiam vero nõ: tota difficultas cõ
ſiſtit qua dictione greca vſus fuerit Clemens, mihi tamen magis pla-
cet, vt incontinentiæ dicatur.

74 Quartas autem nuptias, & reliquas planè libidinem eſſe, & manifeſtã impudicitiam dicebat Clem. quod quidem intelligendum eſt non vt ſint prohibitæ, ſed quod ille, qui nulla rationabili cauſa ductus illas contrahit plane oſtendat ſe adeo carnis fomite deuictum, vt nulla ratione eius affectus cohibere valeat, & manifeſte intemperantiæ illud ſit argumentum, non ſimplex indicium vti in tertijs; hancq; tetragamiam Baſil. Can. 75. vocat belluinam, & à genere humano alienam, non .n. minus impudicitiæ indulget, quam ſi bellua eſſet furenti libidine incitata, propterea dicebat Auguſt. quod non audebat dicere cõtra humanæ verecundiæ ſenſum, vt quoties voluerint nubant homines; facile præterea euenire poſſet, vt filii ex diuerſis nuptijs ſuſcepti, odijs, & ſimultatib. ſe inuicem proſequantur, exponebatq; idem Baſil. illud Domini quod dixit Samaritanæ „ quem nunc habes nõ eſt
„ tuus vir, tamquam non eſſet dignus viri nomine, nec ipſa vxoris, quæ iam ſextas nuptias contraxerat, quæ interprætatio & ſi ſatis probãda ſit, attamẽ quia iam dixit, quod quinq; viri erant vnde probaſſe diceretur quintas nuptias communiter receptum eſt quod vltimus non
75 vir, ſed adulter fuerit, ex his † conſtat quod quãuis D. Hier. lib. prior. contra Iouinianum dixerit nihil referre vbi vnus exceditur ſecũdus an tertius ſit, quia deſinit eſſe monogamus, vt intelligatur, quantum pertinet ad ammittendam gloriam monogamiæ, referre tamen quo ad maiorem, & minorem incontinentiam, quo .n. longius diſceditur à prima inſtitutione, quæ fuit vnius vxoris vni viro, vt habetur Gen. c. 2. etiam à typo honorati coniugij longius diſceditur, quæ latiſsimè colligi poterunt ex illis, quæ Turrian. in prçcitato loco dixit.

76 Nihilominus poſſe plura matrimonia contrahi ex eiuſd. Apoſt. permiſsione dicendum eſt, cum dicat ſimpliciter quod ſi non poteſt continere nubat, meliusq; ſit nubere, quam vri, & matrimonium in remedium fornicationis ſit adinuentum, & ob fornicationem habendam vxorem, & mulieri ſolutæ à lege uiri ſui ſimpliciter, vt nubat tãtum in Domino permiſerit, vt probatur in c. 4. & fin. inf. eod. tit. de ſecũd. nup. & Franciſ. Turria. in præcit. loco docet, repræhenditur enim ibi
77 incontinentia, non coniugium. Idq; † etiam tolerari poterit, ſi liberis careat, cuius rei exemplum afferri potuit, in potentiſsimo Rege N. Sanctiſs. re cord. Philippo II. qui quatuor duxit, vxores.

78 Eod. autem tempore id poteſt, intelligi an quis valeat pluries cõtrahere matrimonium cum eadem, an vero cum diuerſis; cum ead. ſi primum matrimonium fuiſſet vel conditionale, ſecundũ tamen illa, quæ declarauimus ſ. antec. art. 1. q. vel nõ rite cõtractũ, puta q̃ eſſet clan-

deſti-

deſtinũ,& eo tpe cõtractũ quo validum clandeſtinum erat nẽpe ante Conc. Trid publicationẽ crediderim poſſe denuo cõtrahi, & vt cõditio remittatur,arg.c.fi.ĩ.đ cõdic.appoſit.& vt cõſtet matrimoniũ fuiſſe contractum,arg. eorũ quæ habentur in c. cum inhibitio inf. de Clãdeſt. deſpons.c.2. c. ꝗ nob. inf. qui filij ſint leg. Si vero aliquid prædictorum non concurreret,tunc crediderim id fieri non poſſe, vtpotè quod non temere ſit iterandum ſacramentum quod ſemel admiſſum nunquam amittitur, vt in caſu noſtro probatur in c. quanto inf. de diuor. præterea quia actus fruſtratorij ſunt euitandi,vt colligitur,ex prohẹmio decretal.& in §.quib. 1. C. conſtit. cum ſim.

79 An aũt quis poſſit plura matrimonia eodẽ tẽpore cõtrahere cum diuerſis perſonis, cum inter matrimonij effectus is ẽt connumerari poſſit, vt aliud ſequi impediat, quod ẽt ſup. anteced. art. 1. quæſt.fuit dictũ cũ vnus tantũ vir vni tantũ vxori fuerit in prima inſtitutione cõiunctus inf. ſeq. art.probabimus quod nullatenus quis poteſt hoc modo plura contrahere matrimonia,& hæc de quãtit. circũſt. ſint ſatis.

80 Quo ad modum hic quæritur quib. modis contrahi poſſit matrimonium,in qua quæſtione illud primo ſciẽdum eſt quod nos hic agimus de matrimonio prout contrahitur tantum, vel pro vt conſumatione perfectionem recipit, vnde recurrendum eſt ad illam diuiſionem matrimonij,quam fecimus ſup.3.art.2.quæſt. vbi contractum tantum diuidebamus in legitimũ tãtũ,& ratũ vt probatur ĩ c quãto ĩ.de diuor.

81 Quo ad legitimum tantum illud contrahitur, vel ſecundum leges gẽtium,vel ſecundum ius Ciuile Romanorum:primo modo cõtrahitur prout apud varias gentes diuerſi ſunt nuptiarum ritus, quas ſcire difficile admodum eſſet,cumq; arbitrer hæc non eſſe præſentis ſpeculationis,quoniam multa à nob. hic eſſent cumulanda,quæ parum vtilitatis afferrent,neq; tamen de facili omnia ſciri poſſent,quæ tamẽ hactenus à noſtris quo ad prædicta cumulata ſunt ꝗ cupit agnoſcere videat Alex. ab Alex.lib.1.Genial.dierum c.24. & lib. 4. c. 7.& citata per Couar.par.1.c. 1. per Tadeum Piſonem Soacium, qui nouiſsime ſcripſit,cum iam meas primas interpretationes exaraueram in §. fin. in vltimis verbis in Inſtit. de nup. In hac tamen re ita à nob. concludendum eſt,vt dicamus poſſe ita contrahi,pro vt vel legib. vel morib. receptum apud eos eſt,vt colligitur ex toto tit. ĩ.de conuerſ. infid.

82 Secundo modo ſecundum Iuris Ciuilis Romanorum diſpoſitionem, quæ hoc tempore viget,ego cenſeo quod matrimonium contrahi poſſit dupliciter,id autem vt toties dixi intelligendum eſt ſi contrahatur ab illis qui Chriſtiani non ſunt,romano tamen imperio ſubiectis, vel

tacite

Digitized by Google

tacite ſeu præſumptiue, vel expreſſe, tacite contrahebatur ex conſuetudine, ac cohabitatione diuturna liberę ac pudicę mulieris, quemadmodum ita probat tex. in l. in liberę ff. de ritu nup. & in l. ſi vicinis C. de nup. meminit Siluest. Aldob. in princ. in Inſtit. nu. 1. de nup. in qua re cenſeo quattuor eſſe neceſſaria, quod ſit libera, quod pudica, dum inquit Modeſ. in d. l. in liberę, quod corpore queſtum non fecerit, qd̃ adfuerit diuturna conſuetudo, & cohabitatio, ex illis verbis conſue-
83 tudine, præterea quod copula interceſſerit, niſi † dicamus id abrogatum ex Iuſtin. nouella Conſtit. 74. quo ad eos, qui in dignitatib. sũt conſtituti, vt c. 4. habetur, quo ad quos, exceptis illis qui poſiti erant in maiorib. dignitatib. receptum fuit, vt ſi quis diuinis tactis ſcripturis iurauerit, ſe in vxorem habiturũ, & deinde ſequatur copula, quòd tunc dicatur matrimonium contractum ex prædicta promiſsione, & copula, vt in d. nouella c. 5. colligitur, refertur in c. ſi quis diuinis 30. q. 5. hincq; iure Canonico receptum fuerat, vt quoquo modo contractis ſponſalib. & ſi incertis, abſq; iuramento, conditionalib. & inualidis copulæ interuentu matrimonium contraheretur, vt anteced. c. hoc eod. loco dixi, c. de illis, & c. fin. inf. de cõdit. appos. in qua re illud libet adnotare, quod multi arbitrati ſunt haſce nuptias vſu contractas eſſe, quod quidem probarem, niſi vſu etiam expreſſe contrahi conſtaret, ſecundũ illa, q̃ ſupra diximus ãtec. art. 1. q. & mox declarabimus.
84 Expreſſe etiam altero de duob. modis contrahũtur vel inter preſentes, vel inter abſentes, inter preſentes etiam dupliciter contrahuntur vel vnico contextu, vel diuerſis actib. diuerſisq, temporib. 1. modo vel ſolemniter vel non.

Solemniter olim contrahebantur vel confarreatione, vel coemptione, vt
85 anteced. art. 1. quæſt. prope fin. docuimus, hodie † vero ſecundum. s. recenſitas Iuſt. conſtitutiones contrahitur cum celebrantur dotalia inſtrumenta, expreſſeq; contrahuntur nullo ſubſiſtente Iuris Ceſ. impedimento, accedẽteq; conſenſu eorũ qui neceſſarius diiudicatur ſecundum leges, vt habetur toto tit. ff. & Cod. de ritu nup. in Inſtit. de nup. & alibi ſæpe.

86 Non ſolemniter vero contrahuntur etiam altero de duob. modis, vel pro vt contrahuntur ab illis, qui in aliqua dignitate ſunt conſtituti, vel ab inferioris gradus hominib primis enim neceſſe eſt (dum tamẽ non ſint ex illis, qui in maiorib. dignitatibus ſunt conſtituti, quando quidem iſti non poſſunt contrahere niſi omnino ſolemniter, nempe quod dotalia confecerint inſtrumẽta) quod hoc ipsũ teſtẽtur apud aliquem eccleſiæ defenſorem præſentib. trib. quattuorue clericis te-

ſtib. à quo defenſore conficiatur huiuſmodi teſtatio, & ſubſcribatur ſaltemq; à trib. in totum clericis, qua ex teſtatione ſiue parti tradita, ſiue reſeruata apud eundem defenſorem matrimonium contractum probabatur alioquin nullũ erat, quemadmodũ explicatur per Iuſtin. in §. illud quoq; cũ 3. ſeq. in Aut. q̃b. mod. nat. eff. leg. ſeu nou. 74. c. 4.
87 Quo vero ad reliquos nullis interuenientib. ſolẽnitatib. expreſſo tantum conſenſu contrahi poterãt, & hę antiquis temporib. vſu contrahi dicebantur: conueniebant enim de ſe inuicem habendis in virum, & vxorem, & eo caſu ſi vir vtebatur anno, quod trinoctio à viro eo anno non abfuiſset, non poterat dici vſurpatas fuiſſe nuptias, quæ eo tẽpore vſucapi dicebantur, idq; probatur ex illis, quæ docet Ant. Aug. ad ll. 12. tab. c. 18. ex Cic. in orat. pro Luccio Flac. vbi inquit „ nũc au
„ dio, ſed quæro vtrum vſu, an coemptione, vſu non potuit, nihil. n.
„ poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum auctoritate dimi
88 nui: poterat † quoq; contrahi ex actib. qui interueniebant non eod. tempore, ſed diuerſis temporib. idq; eueniebat vbi ab impuberib cõ tractæ erant nuptiæ, quæ ratione ętatis erant inualidæ, quia ſuperueniente ętate ſecuta traductione validæ efficiebantur, vti probatur in l. quæſitum ff. de ſponſ. & in l. ſi vxor §. ſi minor. ff. ad l. Iul. de adult.
89 vt ſ. anteced. c 1. art. p. quæſt. dixi. Hinc † fit vt non abſonus ſit doctorum intellectus in c. 1. §. 1. de deſpo. impub. lib. 6. dũ illius tex. verba in huiuſmodi traductionis ſenſum exponunt, quicquid conetur hunc intellectum ſubuertere ſubtilis Hiſpanus Didacus Couaruuias à Leyua parte 1. ca. 4. §. 2. nu. 2. & 3. epit. l. 4. non ineleganti ratione pro more; quandoquidẽ ille tex. ſolum perſeuerantiam volũtatis exigit, neq; enim imperiales leges ſequi, didignantur ſacri canones, vt colligitur in c. 1. infra de op. no. nunc.
90 Neq; me mouet quod ſponſalia ex traductione Iure Can. non tranſirent in matrimonium, quod tamen non ęque omnib. probatum extitit. Ego tamen Couar. opinioni in hoc adhęreo, nedum ex illis, quæ ipſe deducit, ſed etiam per tex. in c. de muliere inf. eod. in illis verbis
„ & vtrum poſtea conſenſus interceſſerit, ſed etiam cẽſeo id Iure Ciu. nullatenus conſtitutum, quod patet ex illis, quæ Iuſt. dixit obſeruari allegata nouella 74. c. 5. quo loco etiam copulam exigit vt in c. ſi quis diuinis in nouis correctionib. Greg. 13. 30. q 5. neq; me mouet tex. in
91 d. l. mulierem † ff. de ritu. nup. quia ibi loquitur de matrimonio contracto inter abſentes quod iure Ciu. non valet, niſi domi vxor fuerit, traducta, vt etiam ex ſequentib. legum capitib. patet, & ex ſituatione ipſius legis, quæ non tit. de ſponſ. ſed tit. de ritu nuptiarum refer-

tur

tur, arg.eorum quæ tradunt DD. in Rub. ff. de op.no.nunc, & in l. 1.
92 ff.ſi cert.pet.proinde † reſpondeo, quod ſponſalia ideo non tranſeũt in matrimonium, quia extitiſſe conſenſum de preſenti nuſquam probatum eſt; inualidum vero matrimonium ratione ętatis, & ſponſalia interpretatiua effici matrimonium, quia conſenſus de preſenti adeſt
93 ſiquidem † Ius Can. huiuſmodi matrimonium ſponſalia cẽſuit, quod iure Cęſ. probatum non fuit, vt præcit.loco docuimus, d.l.quæſitum, d.l ſi vxor §.ſi minor, quamobrem ſi Ius Pont. voluit hunc contractũ iuris interpretatione iuuare, vtiq; non eſt dicẽdum voluiſſe eius vim diminuere, quo ad illud, quod illi erat conceſſum à Iure Cęſ.ne ſequatur, vt inducta ad vnum effectum contrarium operentur, & ad augendum minuant, & ad fauorem in odium, contra legem quod fauore C.
94 de legib.c.quod ob gratiam de reg.iur.in 6.neq † me mouet quod facilius ſoluantur, quoniam id iure probatũ nõ reperio data ętatis qualitate, neq; mirum eſſet cum matrimonium ſit inualidum, quin facilius ſoluatur quam valida ſponſalia, & ſi facilius poſsit conualidari, quam ſponſalia in matrimonium tranſire: primo enim caſu non ſit trãſitus de vna ſpecie contractus ad aliam, quamobrẽ in caſu traductionis ante Conc.Trid.cenſeo non fuiſſe ab hac opinione recedendũ, intelligendo tamen quando perfecta ętas ſuperuenit, vti iure Ciu. requiritur, quod Couar.vbi ſup. nu.4. probauit, dubium tamẽ eſſet hoc tempore, ſi adhibitis ſolemnitatibus, de quib. inf. huiuſmodi matrimonium contraheretur, quod dignoſci poterit ex illis, quæ dicemus, quo ad matrimonium ratum.

95 Inter abſentes vero contrahuntur nuptię iure Ciu. Romanorum concurrente abſentia uiri, & non mulieris, quod mulier prius in domum viri traducatur, deinde ſe illi nubere per nuntium, vel litteras declaret, vt ex allegato tex. in d.l.mulierem ff.de ritu nup.

96 Quo vero ad matrimonium ratũ, quicquid antiquitus contrahi poſſet plurib.modis, cum tacite vel ex ſponſalibus præcedentib.& copulæ interuentu, vel ſubarratione, vel ſolo parentum expreſſo conſenſu filijs præſentib. & tacentib. ſecundum illa quæ docet Couar. p. 2.c.4. nu.4.tum expreſſe vel nudo conſenſu ſignis demõſtrato, vel verbis, ſecundum illa quæ habentnr in c.ſufficit inf.eod. hodie autem ex Concilij Trid. diſpoſ. c. 1.de reform.matr. conſtat matrimonium contrahi altero de duob. modis vel inter pręſentes, vel inter abſentes, & vtroq; caſu etiam dupliciter nempe non ſolemniter, vel ſolemniter.

97 Inter pręſentes igitur non ſolemniter contrahitur matrimonium cũ preſente parocho, duob.tribuſue teſtib. tantum, nec in faciem eccle-

ſię,nec præcedentib. aliquib. denunciationib. matrimonium celebra tur, quod ipſæ denũciationes vel remittantur, vel exinde fiant; quod ſtatuit Sin. Trid.ſeſſ.24.de refor.mat.c.1.Hic tamen dubitari contingit an præter parochi pręſentiam eius quoq; licẽtia requiratur ſic cõ trahendi matrimonium,an eo etiam inuito, vbi tamen pręſens ſit for te vocatus,quod ipſe neſciret quid ibi peragẽdum eſſet, cõtrahi poſſit: Dubitationem autem faciunt ipſius Concil. verba primo loco dũ vult non poſſe contrahi niſi preſente parocho,vel alio ſacerdote de ipſius parochi, vel ordinarij licentia, ex quib. verbis colligitur deberi parochum certiorari de eo, quod agendum eſt,ſi ab ipſo alteri ſacerdoti licentia ſit impartienda.

Secundò quia fruſtra videtur neceſſaria parochi præſentia, vel licẽtia ſi vellet, nolletue conſentire cogeretur, quibus deſeruit illud quod cauetur ex diſpoſitione eiuſdem Concilij eodem tit.cap.7.vbi præcipit parochis ne matrim.interſint vagantium, quibus ſtantibus audiui nouiſsime Rom. Rotam nondum validũ declaraſſe neq; inualidum ma-

98 trim.contractum iam dicto modo;quicquid † tamen ſit validum eſſe ego cenſeo, vitio tamen clandeſtini non carens, quod deſeruit ad illa,quæ ĩ. ſequenti artic. dicam, primo quoniam matrimonij ſubſtantia in ſolo contrahentium mutuo conſenſu conſiſtit, quod in ini-

99 tio d.c.præfatur ſancta Sin. Illud † aũt ꝙ expoſtulat parochi præſentiã,& teſtiũ, ſolũ ad id expoſtulat, quo eccleſia certa ſit matrimoniũ fuiſſe contractũ,ne priore vxore cũ qua clã cõtraxerũt relicta,cũ alia palã cõtrahãt,& cum ea in perpetuo adulterio viuãt,q̃ fuit cauſa fin. & præcipua dictæ diſpoſitionis, vt irrita ſint aliter contracta,quã præſente parocho, & iã dictis teſtib. pro vt colligitur ex expreſsis verbis ipſius Cõcilij, cui malo cum ſatis ſuccuratur ſi præſens ſic parochus, qui deinde valeat huiuſmodi contractum ſcribere,nec non, & teſtiũ nomina in libro,vt ead.Sin. ſtatuit,cum tunc eccleſia poſsit certa red di huiuſmodi matrimonium fuiſſe contractũ, quare poſſumus arguere à ceſſante ratione,& cauſa potiſsimum cum eſt finalis, ad notata p noſtros in c. cum ceſſante ſup. de appellat.

100 Secundò moueor,quod Conc. ita exponi debet, vt quantum minus fieri poſsit corrigat ius antiquum,pro vt in ſimili probat Sum. Pont. Pius V.in c.2.hoc eod.tit. in 7. ſecundum Petri Matt. compilationẽ, quare cum poſsit interpretari,vt ſup. diximus, qua interpretatione attẽta minus ius antiquũ læditur,ſequitur vt ita interpretari debeat.

101 Neq, obſtant contraria,nam quo ad primum ſciendum eſt, quod ideo alterius ſacerdotis præſentia abſq; parochi vel ordinarij licẽtia

ſuffi-

ſufficiens non eſt, ne aliquis ſacerdotem amicum habens, eius medio operetur ne Eccleſiæ innoteſcat; quare parochi licẽtia eſt neceſſaria, & vt parochus edoceatur, quo valeat teſtari de huiuſmodi matrimonio eo referentequem delegerit, cum non ita indiſtincte omnib. fidẽdum videatur, proinde patet, quod fruſtra nõ adhibetur præſentia parochi licet ignorantis.

Dupliciter igitur poterit non ſolemniter matrimoniũ contrahi vno modo inuito parocho, & de facto eo ibi vocato, qui neſciat quid agen-
102 dum, quo † caſu cenſeo quod tunc ab eod. parocho inhibenda ſit copula, & cohabitatio, donec denunciationes facere valeat in eccleſia, vt ſi aliqua ſubſunt impedimenta facilius detegantur, debeatq; præterea rem ad ordinarium interim referre, nec non in libro coniugum, teſtium nomina, diemq; & locum cõtracti matrimonij deſcribere iuxta præſcriptam Conc. Trid. formam ĩ. recenſendam, quod ſi parochus forte ignarus omittat vitio clandeſtini laborare huiuſmodi matrimonium cenſeo, licet validum ſit.

103 Secundò modo quando fit ipſo parocho conſentiente, ac verba cõniunctionis ibidem deſcripta proferẽte, ego vos in matrimonium cõiungo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, hoc autẽ modo aut ab ordinario remiſſę non fuerunt denunciationes, vel omnes vel aliquæ, aut fuerunt, primo caſu aut pręceſſerunt, & recte contractum erit matrimonium, aut non, & tunc interdicenda eſt copula, & cohabitatio, donec fiant illę, quę remiſſę non ſunt, & ex poſt ſunt faciendę, earum tamen omiſſio non vitiaret matrimonium aliquo pacto etiam
104 clandeſtini vitio; ſed parochus puniendus eſſet ſecundo † autem caſu recte etiam omnino dicetur contractum matrimonium, erit tamen exinde non tamen de neceſsitate his omnib. in caſibus ſi nuptiæ benedici poſſunt vt ſ. in quantit. circunſt. diximus in eccleſia à coniugib. ſuſcipienda ſacerdotalis benedictio, quo caſu tunc ſolemnizantur nuptię, ſecundũ illa, quæ habentur in c. 1. & 3. infra de ſecun. nup. pro vt ita etiã de facto pluries obſeruatur, admonet Sin. Trid. vbi ſup.

105 Solemniter autem nuptiæ inter pręſentes contrahuntur hoc pacto ſecundum Lateran. Conc. diſpoſitionem, & c. cum inhibitio inf. de clandeſt. deſponſ. ac eiuſd. Conc. Trid. loco mox citato, vt primo à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus feſtiuis ad miſſarum ſolemnia, tum cum maior adeſt populi frequentia fiãt tres denunciationes inter eos contrahendum eſſe matrimonium, quod ſi diuerſi ſint parochi ſponſi, & ſponſæ ab vtriſq. iam dictæ denunciationes ſunt faciendæ, quib. peractis ſi nullum opponatur legitimum impedimen-

pedimentum, ad celebrationẽ matrim. in faciẽ eccleſię proceditur, ſe cundum illa, quę ſupra in temporis & loci circunſt. declarauimus. Interim autem hortatur ſancta Sin. coniuges, vt antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſumationem ſua peccata diligẽter confiteãtur, & ad Sanctiſs. Euchareſtię ſacramẽtũ pie accedãt.
Secundò vbi ad eccleſiam peruenerint in ipſo actu parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, quare conſtat id agendum in incontinenti, neq; quidem ad actus extraneos diuertendum eſſe, quicquid olim res diſceptaretur ex illis, quæ Couar. p. 2. c. 4. nu. 7. tradit, & virum prius interrogandum de honeſtate licet nõ de neceſsitate, quicquid olim aliter agendum dixerit Couar. p. 2. c. 4. in princ. nu. 6. ratio eſt, vt minus pudore ſuffuſa mulier cum iam vir conſenſerit ipſa quoq, conſenſum aperiat, pro vt ita etiam apud nos obſeruatur, quo facto ad coniunctionem ipſam deueniens vel dicat.
„ Ego vos in matrimonium coniungo in nomine patris, & filij, & ſpiri-
„ tus ſancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vniuſcuiuſq; prouincię ritum, poſtea ad benedicendas ipſas nuptias procedit parochus ſi benedicendę ſunt, vt ſ. dixi, quæ quidem benedictio ſolum à parocho fieri debet, vel ab alio ſacerdote de ipſius parochi, vel ordinarij licentia, ſecundum illa, quæ ſ. in perſonæ circunſt. diximus, quib. illud addi poteſt ordinarium non ſacerdotem nuptias benedicere non poſſe, grauiq; pęna vltra ſuſpẽſionem à Concilio indictam ab ordinario arbitranda puniẽdi erunt illi ſacerdotes, qui aliter quam illius parochi licentia qui nuptijs intereſſe debebat, vel nuptijs interuenerint loco parochi, vel eis benedixerint, etiam ſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contenderẽt, eruntq; etiam neceſſarij hic teſtes, & parochus puniẽdus, ſi cum minore teſtium numero id egerit. Poſtremo parochus in libro, quem ad id paratũ habere debet, & diligenter apud ſe cuſtodire; coniugium, teſtium nomina, diem, ac locum contracti matrimonij deſcribere debet, quod ſi aliæ conſuetudines ex regionum ſtilo receptę ſunt, vt annuli ſubarratio, & ſimiles illas quoq; retinẽdas, atq; obſeruãdas eſſe cẽſuit Cõc. & ſi nõ pcipiat.
106 Quo tamen ad prædicta de duob. quæri poteſt, primo an vbi matrimonium, & ſi prędictis modis contractum inualidum ſit, ob eos defectus de quib. inf. vlt. art. dicemus, ſi contingat deinde impedimentũ remoueri an denuo eadem, quæ de neceſsitate facienda diximus neceſſaria ſint, an vero tacitus conſenſus ſufficiat vti olim ad conualidationem matrimonij. (dus.
Secũdũ verò qualiter huiuſmodi cõſenſus in parochi notitiã ſit deducẽ
Quo

Quo ad primum ſciendum eſt, quod olim vbi matrimonium erat contra. ctum inualide ex aliquo impedimento, quod dirimit, ſi impedimentũ remouebatur Pontificis puta diſpenſat. tunc ex cohabitatione, vel co pula vel cõmercio inter ipſos cõtrahentes mutuo conſenſu denuo va lidum contrahebatur matrimonium, ſeu præcedens cõfirmabatur, ꝙ late duob. in caſib. declarat Couar. p. 2. c. 4. nu. 5. ex gl. in c. non debet verbo de cętero inf. de conſang. & affinit. & in c. 1. inf. de eo qui duxit quam polluit per adult. Quæritur modo an idem hoc caſu dicendum ſit, in qua re cenſeo ponderandas eſſe rationes ipſius Cõc. & ſiquidem illæ militant hoc quoq; caſu vtiq; dicendum etiam erit ſub lato impedimento eaſdem ſolemnitates eſſe obſeruandas, ratio igitur Conc. eſt, quod multi relicta vxore cum qua clam contraxerunt, cũ alia contrahunt, ſed hæc in caſu noſtro non militat cum palam cõtraxerit, proinde ſuccedit, vt liberi ſuſcepti vbi non eſſent in mala fide di iudicentur legitimi, vti ĩ. ſeq. art. dicam 2. ſuccedit quod euitãda eſt legum correctio, & ita Conc. interpretari debemus ſecundum declarationem Pij V. in recitato c. ad Romanum hoc tit. noſtro in 7. ſecun dum Petri Matth. compil.

Verum vrget pro contraria opinione, quod ſublato impedimẽto nouus 107 conſenſus requiritur, vt in præcit. loco probat Couar. qui † conſenſus omnino in aliorum notitiam deduci debet ad mentẽ ipſius Cõc. ne contingat illud quod dictum eſt, quia vbi conſtat matrimoniũ pri mum eſſe inualidum licet tollatur impedimentum, tamen poſſet adhuc ille, qui inualide contraxit, quamuis ex poſt tacite, vel expreſſe conſenſerit in eundem matrimonium eo tamen omiſſo aliud cõtrahere, neq; ſi alter velit dicere denuo aſſuiſſe conſenſum id probari poterit; quare videtur concludendum, quod eadem quoq; ratio poteſt mi litare hoc caſu, & per conſequens decidendum, vt remoto impedimẽ to ſaltẽ prȩſente parocho, ac duobus teſtib. iterũ cõſenſus exprimatˉ.

108 Neq; me mouet ꝙ videatur prius expreſſus, nã primus ille conſenſus, & actus vti inualidus, ac nullus nil poteſt operari, quia non entis nullæ ſunt qualitates, l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet. neq; facit ſi quis dicat, quod id probari poterit ex primo conſenſu, ex impedimenti ſublatione, & ex cohabitatione ſubſecuta, quia dico quod etiã olim ex ſponſalib. præcedentib. cohabitatione, & copula idem probari poſſet, hodie tamen ſublatũ eſt, eo quod Cõc. amplius præſũptũ non admittit matrimonium, ſed tantummodo expreſſum, & alijs notum conſenſum requirit, tum cum matrimonium ſubeſſe poteſt.

109 Neq; facit quod iurium correctio ſit euitanda, quia dico quod ex rationis

rationis potiſsimum expreſsæ identitate fieri poteſt extenſio,quę po tius compræhenſio dicitur etiam in correctorijs, potiſsimum ſi verſamur in verbis legis, vti probatur in l.& ideo, & in l.non poſſunt ff. de legib. l.adigere §.quamuis ff. de iure patron. tradunt Bart. & alij in l. ſi conſtante ff. ſol. mat. & hæc opinio eſt magis communis: Cenſeo igit̃ vt iã dixi neceſſariã eſſe nouã cõſenſus iã dicto mõ expreſsionẽ.

110 Quo ad ſecundum reſpondeo quod ſufficit vt quoquo modo in notitiam prædictorum iſte conſenſus deducatur ex illis verbis,, & eorum mutuo conſenſu intellecto, proinde concludere poſsumus neceſſario verba non requiri, ſed ſolũ talis conſenſus prolationẽ, quæ ad parochi, & teſtium intellectum ſufficiat, quamuis partes ipſæ loqui poſſent, quod etiam olim fuit magis communiter probatum, vt patet ex

111 illis, quæ latè recenſuit Couar. p. 2. c. 4. nu. 1. ſigna † autem exteriora, quæ huiuſmodi conſenſum exprimant, omnino neceſſaria erũt, tũ quia matrimonium eſt ſacramentum, vnde neceſſe eſt, vt in eo adſit ſignum, vt §. in rei circunſt. diximus. Couar. vbi §. nu. 2. potiſsimum hoc tempore, quo amplius attendi non poteſt interior tãtum conſenſus ex diuina reuelatione, vt ibi volebat Couar. cum in parochi, & teſtium notitiam ſit reducendus.

112 Cauti tamen eſſe debent parochi ne forte ſigna dubia eſſent, vel teſtes ea non perciperent, vt contrahentes omnino loqui faciat, pro vt ita etiam obſeruatur, neq; hoc caſu crediderim parentum voces iũcta filiorum, ſola taciturnitate ſufficere, ꝑut olim ex iuris Ciuilis diſpoſitione cautum erat, ſecundum illa, quæ docet idem Couar. p. 2. c. 4. nu. 4. ſiquidem exigit Conc. vt ipſi contrahentes interrogẽtur, & eorum mutuus conſenſus habeatur quoniam dubius eſſe poterat ex metu reuerentiali, ſecundum illa, quæ ſup. anteced. ca. 4 art. in perſonæ circunſt. declaraui

113 Inter abſentes vero etiam dupliciter poſſe contrahi olim obſeruabatur, primo nempe inter ipſos contrahentes per epiſtolas, vt notanter voluit gloſator in c. nec illud 30. q. 5. cuius opinionẽ à plurib. cõprobatam recenſuit idem Couar. p. 2. c. 4. in princ. in fin. verbis, quãuis ego id iure cautũ nõ reperiã, ſecũdo per ꝓcuratores, ſeu nũtios.

Quod attinet ad primum modum non modicum dubitari contigit qualiter hoc tempore id fieri poſset, præſcripta. n. forma ſiue ſolemnis, ſiue non ſolemnis matrimonij obſeruari non poteſt, vel id difficillime, niſi forte id fiat quod in litteris exprimatur, te accipio ĩ vxorem, vel virum tum cum has meas receperis, ac parocho, & teſtib. præſentib. eas notas feceris, quas volo meas vices ſortiri, arg. eorum quæ mox

de-

declarabimus; quòd ſi tunc is, qui huiuſmodi litteras recepit, parochum ac teſtes adhibuerit, & illis præſentib. eas recitari fecerit, qui quidem parochus, & teſtes agnoſcant illius eſſe litteras, qui ſcripſit, & idem met, qui recepit, fateatur in eaſdem nuptias conſentire, quod tunc videatur matrimonium contractũ; arbitror tamen, quòd ob multas dubitationes, quæ poſſent contingere, tam quò ad dubitationem, nũ litteræ illius eſſent, an falſæ, an ſubreptæ eſſent, & an facta ſit cõſẽſus mutatio, ꝙ hic modus matrimoniũ cõtrahẽdi ſit periculi plenus.

114 Per procuratores verò, licet hic actus propriè non cadat in procuratores, vt inquit Couar. par. 2. c. 4. in princ. nu. 8. attamen per eos poſſe contrahi, tamquam internuncios, ſeu nuncios receptum eſt, etiam hoc tempore: neq; Conc. diſpoſit. refragatur, ex qua videbatur concludendum, quòd cùm tunc parochus non omnino intelligat vtriuſq; mutuum conſenſum, eo quod vnus eſt abſens, qui voluntatem mutare potuiſſet non valere, veruntamen cùm de mutatione nõ doceatur, eo quod præſumitur duraſſe conſenſum, recipitur huiuſmodi matrimonij celebratio, prout animaduertimus ità fuiſſe matrimonium cõtractum inter potentiſsimos Reges noſtros, quo tempore primùm hæc ſcripſimus, quas nuptias Sum. Pont. noſter Clem. VIII. iunxit, ac benedixit. Eodem etiam pacto contractæ fuerũt inter auguſtiſsimos Archiducem Albertum, & Iſabellam Infantẽ Hiſpaniarum, & poſtmodũ

115 inter Chriſtianiſsimos Francorum Reges. Conc. † enim exigit prædicta, vt innoteſcat matrimonium celebratum, non quod de eo dubitari non poſsit, an defectu conſenſus interioris etiam illud adhuc inualidum eſſe non poſsit, vti colligitur ex c. tua nos infra eod. in hac tamen matrimonij celebratione, quæ per nuncios fit, vt validè contra-

116 hatur, duo potiſsimùm requiruntur primum † vt tempore, quo procurator contrahit, dominus non mutauerit conſenſum, tunc enim, & ſi iuraſſet non mutare, ſiuè tacitè aliud contrahendo, vel aliud matrimonium contrahi mandando, ſiuè expreſsè id egerit, dummodò cõſtet, illud matrimonium contractum à procuratore id etiam ignorante, & ignorante etiam eo, cum quo contrahitur, omnino nullũ eſt defectu conſenſus, etiam in foro iudiciali, vt probatur in c. ſi duo, & c. fin. in fine de procurat. lib. 6. quem tex. ſummè notandum dixit Fel. hic col. 5. poſt gl. in d. c. fin. vbi omnes DD. Rochus Curt. in Rub. ſup. de iure patron. verbo honorificum quæſt. 12. Panor. in c. in cauſis col. 6. de elect. Fel. in c. ex parte decani nu. 16. de reſcrip. cum alijs latiſſimè congeſtis per Couar. p. 2. c. 4. in princ. nu. 9. & ſeq. vſq; ad finem.

117 Secundum, quòd procurator ad hoc ſpecialiter ſit conſtitutus, & ip-

ſemet nomine domini cōtrahat, modis, & formis ſupra expreſsis, quoniam non poteſt alium ſubſtituere ſibi benè viſum, quàmuis id dominus conceſſerit, cum ea tātùm perſona, quæ nominatim expreſſa, atq; deſignata in ipſo mandato fuerit, in quo omnino neceſſe eſt, vt certa expreſsio omnino deſignetur, pro vt voluit Lanc. in §. procurator in Inſtit. I. P. hoc tit. de ſponſ. Couar. vbi ſup. nu. 8. vbi etiam voluit pdicta omnia referenda ad primum modum ſup. proximè expreſſum, nonnulla etiā ad hæc ſpectantia retulimus anteced. c. 4. art. hoc eod. loco, & ſup. in perſonæ circunſt.

Qualiter autem conſumatione matrimonium perfectionem recipiat, vt dignoſcamus ſciendum eſt, coniunctionem euenire, vel ſimpliciter, vel mixtè, ſimplex copula eſt vel ſeminis tantum, vel corporis tantùm ſeu membrorum generationi aptorū. Primo modo id euenire poteſt, vel ex artificio quodam naturali, vel ope cacodemonis; Naturali artificio perhibent aliqui, quòd aliquando ſemen naturæ mulieris accedens attrahitur à matrice, & ingreditur clauſtra pudoris, hinc perhibent, quòd quibuſdam medicamentis virtus eiuſdem poteſt conſeruari, & hoc modo ingrediens aliquando grauidam reddidit virginē, idq; etiam in balneis vſu eueniſſe traditum eſt, cuius rei etiam exēplum reddit Flor. par. 3. tit. 1. c. 11. in princ. col. 1. Ope autem cacodemonis, cùm ipſe alicui viro, ſuccubens recipit, & deinde mulieri incubens emittit, quarè factum eſt, vt aliquando grauidas mulieres reddiderint, vti de Merlino tradit, docetque Hieronimus Mengus in comp. Art. exorc. lib. 1. c. 15. Corporis verò tantùm copula prouenit, vbi ingreditur quidem vir clauſtra pudoris, ſed neq; ipſe, neq; mulier ſemē emittūt, mixtè aūt fit cōiūctio, quādo & corp⁹, & ſemē cōcurrit.

118 Quæritur igitur an prædictis omnib. modis matrimonium conſumationem recipiat; in qua re ſciendum eſt, quòd reſpectu coniūctionis ſimplicis ratione ſeminis naturali artificio Floren. in præcit. loco ex mente Zabar. cenſuit, quòd matrimonium dicatur conſumatū quàmuis illud verum ſit, quòd niſi mulier grauida reddatur, quòd eccleſia non iudicabit eſſe conſumatum † ſi verò ope cacodemonis ego adeò impium cenſeo hunc modū, vt nullatenus adduci poſsim, vt hoc modo cenſeam matrimonium conſumationem recipere, nempè quòd Sacramenti vinculum, & ſignum, cacodemonis ope inducatur, & perficiatur, quàmuis exiſtimauerit idem Florent. in præcit. loco, quòd etiam hoc modo contrahatur affinitas inter cōſanguineos mulieris recipientis, & virū cuius eſt ſemen; præter quod, cùm ipſi Cacodemoni fidendum nullatenus ſit, cùm ſit mendacij pater, nullatenus huiuſmo

di

Digitized by Google

dì conſumatio poſſit probari, quia facilè euenire poſſet, vt non illud, quod recepit, ſed aliud alterius perſonæ mulieri illi præſtet. quarè ſaltem defectu probationis cenſeo eccleſiam non poſſe iudicare matrimonium conſumatum.

120 Si verò fiat corporis tantum, & non ſeminis, nullatenus matrimoniū diceretur conſumatum, vti declarat idem Flor. vbi ſ. ad mentem Gofred. & Petri de Palud. idem ēt probare videtur Couar. p. 4. c. 4. §. 1. nu. 19. c. fin. infra eodem, quàmuis in foro exteriori ſi conſtaret de copula carnali, id credendum non eſſet, ſed ſolum id haberet locū in foro conſcientiæ, vt declarat idem Florent. caſus contingere poſſet, ſi vir illico ingrederetur religionem inuita vxore, quia fortè non teneretur reddere debitum vt infra ſequenti art. dicemus. Ex hac tamen coniunctione oriri poſſet vinculum iuſtitiæ pub. honeſtatis in ſponſalib. ac ſi affinitas fuiſſet contracta, vti declarat Gofr. in ſum. infra de eo qui cog. conſan. vx. ſuæ, facit tex. in c. fraternitati d. tit. ſentit idem Flor. vbi ſup. in princ. col. 2.

121 Quò verò ad mixtam coniunctionem, huiuſmodi eſt vel extraordinaria, cùm nō concurrat in naturalibus: vel ordinaria, & naturalis. Primo quoq; modo non dicitur matrimonium conſumatum, c. extraordinaria 35. q. 2. & 3. quàmuis ex huiuſmodi quoq. coniunctione, ſi maritali affectu fiat, affinitas oriri videatur, vt docent Gofr. & Flor in p̄d.

122 locis. de qua tamē re infra dicā ſeq. art. ſi verò † fiat in naturalib. tūc vel fit vtriuſq; quidem corporis, vnius autem tantùm ſeminis, vel vtriuſq. & ſeminis & corporis. Primo modo vel vir tantùm emittit, vel mulier tantum: ſi vir tantùm, magis communiter receptum eſt, matrimonium dici conſumatum, quod colligitur ex illis, quæ ſup. diximus in perſonæ circunſt. quò ad impotentiam mulieris. quam opinionem probauit Flor. vbi ſup. & etiam Couar. p. 2. c. 6. §. 7. nu. 2. vbi voluit ꝙ etiam ſi vi præciſa cognoſcatur mulier, quòd adhuc contrahatur affinitas, & quod idem operetur coitus cum dormiente, idq. optimè probatur per tex. in c. diſcretionem ſ. de eo qui cogn. conſan. vx. ſuæ, ibi quantum potuit renitentem neq. .n. in vi præciſa præſumendum eſt,

123 quòd mulier ſemen emittat. Si † verò mulier tantùm, matrimoniū non cōſumari cenſuerunt idem Flor. ex mente Innoc. vbi ſ. col. 1. Ratio ſecundum eos eſt, quia ex ſolo mulieris ſemine, mulier concipere

124 non poteſt. Ex † his etiam deduci poterit, quòd cùm ſeminis emiſsio ſit duplex prima, quæ naturali quadam effuſione fit in princ. actus, ex quadam ſuper abundantia, quædam quæ poſtea ſequitur in fine actus, quòd prima non ſufficeret ad inducendam conſumationem, quia illa

non eſt apta generationi, quod etiam ex eo conſtat, quia nunquã daretur caſus, quod ex ſimplici ingreſſu abſq. emiſsione, matrimonium
125 non diceretur conſumatum. Si † verò comiſtio ſequatur vtriuſq. ſeminis, & corporis; nulli dubium eſt tunc perfectam fuiſſe omnino conſumationem, in qua re aliqui arbitrati ſunt, quòd niſi hoc modo, re vera matrimonium non dicatur conſumatum, vt patet ex illis, quæ docet Florent. vbi ſup. D. Thom. in 4. diſtinct. 31. quæſt. 1. art. 3. verſ. ad ſecundum, & in 3. p. q. 31. art. 5. ad tertium, & q. 33. art. 4. ad 37. relatus per Flor. vbi ſupra & ex his finem recipit 4. art.

De effectib. Articulus Quintus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij effectus conſiderantur, vel prout eſt ſacramentum,*
2 *Qui confert ad peccati remedium, ex collatione gratiæ.*
3 *Tum cùm ritè celebratur, & prodeſt fidelibus tantùm.*
4 *Etſi per procuratores contrahatur.*
5 *Cuius beneficio facilius etiam carnis peccatum euitatur.*
6 *Tum, vt ad inuicem poſsint exigere, reddereq; teneantur debitum.*
7 *Etiam ratione matrimonij non ſolennis, & ſi deficiat benedictio.*
8 *Quòd ſi deficiant denuntiationes, niſi ſint remiſſæ, impeditur effectus.*
9 *Si verò matrimonium ſit ſolenne impediri poterit, vel perpetuo impedimento*
10 *Quod vel affuit, vel certum, vel matrimonium non dirimens.*
11 *Quòd ſi vnius culpa tantùm pendet à voluntate alterius & exactio, & redditio, niſi vbi ſemel exegerit, in caſibus in quibus perpetua inhabilitas non contrahitur.*
12 *Si verò adeſt vtriuſque culpa, licet matrimonium non dirimatur, neuter exigere, reddere vè poteſt.*
13 *Quòd ſi matrimonium dirimit de neceſsitate, & certum eſt penes ambos, probarique poteſt, exigere, reddereq; nequeunt.*
14 *Idemque ſi probari non poſsit, licet matrimonium in foro exteriori, non poſſet irritum reddi.*
15 *Quòd ſi vni certum, alteri verò dubium ſit, neuter adhuc poteſt.*
16 *Si verò alter non dubitat, is tantùm exigere poteſt.*
17 *Si verò dirimit voluntate, vbi copula firmatur, vterque exigere poteſt, reddere verò is tantùm tenetur, à cuius voluntate non pendet, quòd ſi nouus conſenſus expreſsè requiritur, neuter poteſt.*
18 *Quòd ſi ſeruus ſe liberum aſſerat, donec quæſtio pendet, nec tenetur ſecundum*

comma-

communem, licet matrimonium non dirimatur, donec iudicatum non ſit eſſe ſeruum.

19 Quòd ſi liber declaretur, vtique tum reddere alter tenetur.

20 Si verò impedimentum affuit dubium matrimonium neceſſitate dirimens, ſi vtrique dubium eſſe vtrique conſtet, neuter poteſt.

21 Quòd ſi vnus tantùm dubitet, quod alter ſciat, attenditur diſtinct. cap. inquiſitioni, infr. de ſent. excommun.

22 Quamuis dubium retineat, quia illud non eſt quò ad debiti redditionem, ſed quò ad matrimonij validitatem.

23 Et quia ſi certum, dubiumuè eſt, teneri; per conſequens peccat non reddendo, quia ad exactionem nunquam tenetur.

24 Dubiumque peccati ex pontificis diſpoſitione remouetur.

25 Qui verò non dubitat, exigere poteſt, reddere autem non tenetur.

26 Eo, quod alter exigendo peccat, ſed vbi alium velle exigere ſuſpicari poteſt, ipſe vt exigat, conſulitur.

27 Tenetur tamen in dubio, eo quod credendum eſt, exigentem dubium reieciſſe.

28 Quòd ſi matrimonium voluntate ſoluitur, vterque exigere poteſt, illeque qui non poteſt diſſoluere, reddere tenetur.

29 Sed ſi liber puta dubitans de alterius conditione exigatur, adhuc ſine periculo retinendi, reddere tenetur.

30 Quia tunc retinere tenetur, ſi ſciens ſeruam cognouerit, quia tum vti ſeruam tori dignam cenſuit.

31 Quòd ſi dubitat, ob ſpem libertatis vti liberam cognoſcere dicitur.

32 Quia ex dubio an teneatur, non reddendo peccaret, cùm certum ſit, reddendo non peccare.

33 Et quia tenetur in libertatem vendicare.

34 Potiſſimùm ſi iudicis iuſſio vrgeat, quia iudici reſiſteret, poſſetq; excõmunicari.

35 Idque multò magis verum eſt, ſi nulla lis pendeat.

36 Quòd ſi impedimentum ſuperueniat vnius tantùm culpa, quod abſque diſpenſatione remoueri non poſſit, vti affinitas, vel votum ſolenne, is quidem reddere tenetur, ſed exigere nequit.

37 Alter autem exigere poteſt, reddere verò non tenetur, etſi vxor met fuiſſet facto viri vi præciſa polluta:

38 Si verò culpa vtriuſque ſuperueniat affinitas, neuter poteſt abſq; diſpenſatione.

39 Si verò votum, ſeparandi ſunt omnino.

40 Diſpenſare autem priore caſu Epiſcopus poterit.

41 Quicquid in inceſtu tantùm id intelligerent, cum arbitrer, inceſtum non committi, quin & affinitas cum vxore ſaltem in ſecundo genere contrahatur.

42 Niſi fortè hodie vltrà ſecundum gradum committatur.

43 Quia ſimpliciter diſpenſari poſſe, in iure diſponitur.

44 Et in affinitatis cauſa ſolus Romanus Pontifex diſpenſat, ſi affuit, non ſi ſuperuenit ex diuerſitate rationis.

45 Quod

45 *Quòd ſi impedimentum tolli poteſt, vbi vnus tantùm adulterium commiſit, is qui commiſit, & exigere poteſt (non tamen vi) reddereque tenetur.*

46 *Alter autem non poteſt, niſi peracta pœnitentia, vel quod correctio præſumatur, etſi poſt pœnitentiam ſemel exegerit altero rurſus delinquente.*

47 *Reddere verò non tenetur, etiam peracta pœnitentia, niſi poſt ſcientiam ante pœnitentiam reddiderit, vel peracta pœnitentia, vbi noua nõ ſuperuenit cauſa.*

48 *Temporali quoque impedimento effectus impeditur, vel ex tempore,*

49 *Conſiderato ob reuerentiam Eccleſiæ, quod eſt vel indeterminatum, cùm alter Sanctiſsimum Eucharistiæ ſacramentum ſumpſit, qui tenetur abſtinere maiori tempore, quo poteſt per tres dies.*

50 *Reddere verò tenetur, niſi alter poteſt induci, vt liberè conſentiat.*

51 *Alter autem exigere poteſt, reddereque tenetur, niſi alter induci poſsit, vt liberè abſtineat.*

52 *Vel eſt determinatum vti ſolennitatum, & ieiuniorum, in quibus abſtinere bonum eſt ab exactione, à redditione, ſi alter induci poteſt, vt conſentiat, nec adſit incontinentiæ timor.*

53 *Potiſsimùm ſi mulier ſit, ob pudorem, ac libidinis vim.*

54 *Tempus quoque perſonalis impedimenti conſiderari ſolet, vel ratione mulieris tantùm.*

55 *Vel ratione menſtrui, quo tempore vterque reddere tenetur.*

56 *Exigere verò vir poteſt, ſi certum eſt, mulierem monſtrum non concipere eo tempore, vel filium lepra affectum.*

57 *Quòd ſi incertum, in ceſsatione adhuc poteſt.*

58 *In maiori profluuio, ſi de incontinentia dubitatur, idem eſt dicendum.*

59 *Quod etſi ceſſet, adhuc ſub pœna peccati mortalis non tenetur, quia alter reddere tenetur.*

60 *Faciliuſq; tunc mulier concipiat, meliuſque eſt eſſe & infirmum, quàm non eſſe.*

61 *Quod enim leuitici, cap. 18. habetur, de alijs mulieribus interpretatur.*

62 *Prætereà facilius Iudeis id pręcipi potuit, qui plures ducunt vxores.*

63 *Illaq; præcepta Euangelica lege, vti iudicialia, & ceremonialia ſublata ſunt.*

64 *Quòd verò monſtrum vel lepra affectus gignatur, rarò compertum eſt.*

65 *Neque ex hoc ſolùm debitum exigere, prohibitum eſt.*

66 Bonum tamen erit abſtinere, *potiſsimùm ſi vir fœditatem perhorreſcat.*

67 *Vxor verò à redditione poteſt abſtinere, ſi vir ſine periculo & voluntate induci poteſt.*

68 *Exigere verò poterit, niſi arbitretur, virum huiuſmodi fœditatem ſtomachari, quo caſu nec mortaliter peccat.*

69 *Conſideratur quoque tempus conceptus in initio; quo tempore vtrique exactio & redditio interdicitur.*

70 *Si probabili coniectura concepiſſe dignoſcatur, eaque ſit mulieris natura, ac imbecillitas, vt ex nouo actu veri abortus periculum patiatur.*

71 *Quòd ſi partus ſit adultus, ità exigi, reddiq; poterit, vt periculũ tollatur ſuffocationis,*

72 *Poſt*

72 *Poſt partum abſtinendum erit, donec ſubeſt periculum, ne ex actu moriatur vxor, quæ nec tenetur, donec dubitat.*

73 *Conſideratur quoque tempus perſonalis impedimenti, quò ad vtrunq; vel in infirmitate ſimplici, donec notabilis ſubeſt periculum detrimenti.*

74 *Vel in contagioſa, quæ ſi de facili poteſt diuturno morbo afficere, ſanus reddere non tenetur.*

75 *Nec infirmus, tamen exigere poteſt, ſi de morte non eſſet dubium.*

76 *At ſi leue ſit periculum, reddere vterque tenetur.*

77 *Si mortis verò probabile eſſet dubium, neuter poteſt.*

78 *Temporale quoque impedimentum poteſt conſiderari ratione loci,*

79 *Qui vel eſt publicus, vbi publicè homines conueniunt, & neutri licet, quemadmodum nec alijs præſentibus, niſi vt detegatur impotentiæ impedimentum.*

80 *Vel ſacer, quò loci neq; ēt licet, potiſſimū cùm de eccleſiæ pollutione dubitatur.*

81 *Quòd ſi diutiùs ibi eos morari contigerit, abſque mortalis peccati reatu fieri poterit exactio, ſi de incontinentia ſit timor.*

82 *Qđ ſi abſtinere poſſunt tutius erit id agere, nō tamē ſub peccati mortalis reatu.*

83 *Reddere verò tunc tenentur, dum occultè fiat.*

84 *Subeſt etiam ratione modi impedimentum, & ſi ſemen extra vas debitum emittatur, maximum ſcelus eſt.*

85 *Quòd ſi in debitum vas non debito modo, mortale crimen non erit exactio, proinde ad redditionem tenentur.*

86 *Neq; enim impeditur prolis ſuſceptio.*

87 *Neq; ſola voluptatis cauſa mortale efficit ex ſe.*

88 *Neq; ſemper, neq; omnibus eadem eſt; vel maior voluptas.*

89 *Quòd ſi adſit probabilis cauſa, multò magis licebit.*

90 *Quòd ſi nulla, niſi adſit intentio non concipiendi, veniale erit:*

91 *Quare cum de alterius intentione alter iudicare non habeat reddere omnino tenetur.*

92 *Hinc oritur, vt omnia carnis vitia coniugatis, alieniq; concubitus omnino prohibeantur, quare.*

93 *Primò quæritur quò ad carnis vitia citra naturalem concubitum, num ex eis puniri pena dimiſſionis poſſint.*

94 *Secundò particulari modo ſi naturale concubitum in alias exerceant.*

95 *Tertiò quò ad ſanguine ipſis iunctos, oriuntur duo alia vincula, ex quibus talis concubitus inceſtuoſus redditur.*

96 *Primò publicę honeſtatis iuſtitia, quæ ex contracto tantùm oritur.*

97 *Si validum ſit matrimonium.*

98 *Si verò inualidum, vel deffectu conſenſus, validum tamen in vim ſponſaliorum oritur, vti ex ſponſalibus.*

99 *Quòd ſi omnino deficiat, non oritur ex parte non conſentientis.*

100 *Si verò ſit erroneus tantùm, oriri cenſeo.*

101 *Quemadmodum oritur, ſi inualidum ſit quacunq; ratione.*

102 *Extenditurq; huiuſmodi vinculum etiā hodie vſq; ad 4. iuris Pontificij gradū.*

103 *Affi-*

103 *Affinitas verò oritur, ſi verè matrimonium ſit conſumatum.*
104 *Quòd ſi extraordinaria tantum affuit pollutio, corporumq; tantùm coniun-ctio, affinitatem non oriri arbitratur.*
105 *Nam, & c. iuuenis infra eod. & c. fraternitatis infra de eo, qui cognouit con-ſang vx. ſua poſſunt intelligi ratione iuſtitiæ publicæ honeſtatis.*
106 *Quãuis ſi affuit corporũ tantùm cõmiſtio, in foro exteriori aliter dijudicaretur.*
107 *Idq; ſi matrimonium validum ſit, proculdubio verum eſt.*
108 *Si verò inualidum deffectu conſenſus, omnino ex parte vtriuſque non oritur, niſi vti ex fornicario coitu.*
109 *Quod ſi ex parte vnius affuit maritalis affectus, oritur tanquã ex matrimonio.*
110 *Idque multò magis, ſi conſenſus tantùm fuit erroneus.*
111 *Quod ſi in vim ſponſaliorum conſenſus ſuſtinetur, copula ſecuta non operatur affinitatem ex matrimonio, ſed ex fornicatione.*
112 *Extenditurque vſque ad quartum gradum Iur. Pontif. vbi ex matrimonio oritur, conſanguinei verò ad inuicem non iunguntur.*
113 *In primoquè tantùm affinitatis genere locum habet.*
114 *Ex matrimonio etiam oritur, vt aliud contrahi non potuerit ante diluuium, neque hodie poſſit poſt legem euangelicam.*
115 *Vt Mathæi cap. 19. pluribus in locis probatur.*
116 *Adeò vt eas contrahens hæreſeos ſuſpectus ſit, alijſque pœnis vtroque iure in-fligendis puniendus.*
117 *Poſt diluuium verò, vſque ad Chriſti aduentum diuina permiſſione plures li- (cuit habere.*
118 *Neque enim conſuetudine aduerſus diuinum præceptum naturali lege coniun-ctum id induci potuit.*
119 *Quæ diuina permiſſio ſublata fuit tũ, cũ Chriſtus Adæ præceptum denuò fir- (mauit.*
120 *Quem effectum conſumatum, certum, validumque matrimonium habet.*
121 *Idem, & ſi non ſit conſumatum, neque vnquam aliter Rom. Pontifices legem condendo cenſuerunt.*
122 *Neque etiam conſuetudine contrarium induci potuit.*
123 *Inualidum verò ante ſolutionem iudicio eccleſiæ factam prohibet quidem, ſed contractum non dirimit, licet contrahenti pœnitentia ſit iniungenda.*
124 *Poſt ſolutionem verò non habet hunc effectum.*
125 *Quòd ſi cum ignorante contrahatur, primumque ſolui contigerit, validitas pen det ab ignorantis voluntate.*
126 *Quòd ſi ignorans dubius eſſet, neutique conualidari poſſet.*
127 *Quòd ſi vterque dubitat, contrahi prohibetur.*
128 *Contractum tamen ſi reperiatur, primum ſolutum non infringitur, niſi tanta ſit contrahentium mala fides, vt credant ſecundum non valere.*
129 *Synod. tamen Trid. prohibuit parochis, ne interſint huiuſmodi matrimonijs.*
130 *Matrimonij autem effectus vti etiam contracti, vel reſpiciunt adhuc perſonas ipſorum contrahentium.*
131 *Vel vtrique comunes, vti dilectio.*

Digitized by Google

132 *Quia ita vxor virum diligere debet, vti vir vxorem, quamuis viro id præceptum tantùm videatur.*
133 *Nec non & caſtitas, quamuis quò ad politicum ſtatum magis a mulieribus illa ſit conſeruanda.*
134 *Non tamen poteſt ſe ipſam interimere ob vitandam violentiam.*
135 *Quare maior etiam pęna mulieri imponitur,*
136 *Viro verò potiſſimum defenſio, & cuſtodia ratione vxoris competit.*
137 *Cui licet moderatè imperare poſſit, non tamen in eam ſæuire.*
138 *Vxorq; in eo, in quo poteſt, viro opem ferre tenetur.*
139 *Quod ſi ſe inuicem interficiant, & paricidij rei, & perpetuò matrimonium contrahendi facultate priuantur.*
140 *Vxori verò viro obtemperare mandatum eſt.*
141 *Quare illum ſequi, & perpetuo illi cohabitare tenetur.*
142 *Et vti vnum corpus, vnaq; anima ad inuicem ſibi ipſis eſſe debent.*
143 *Reſpiciunt quoq; matrimonij effectus filios, vel ante partum, vel in conceptu.*
144 *Ne dum ne impediatur, ſed vt ſequatur,*
145 *Ob naturale æternitatis deſiderium, quod in ſpecie ſaltem conſeruandum eſt,*
146 *Et vbi grauida eſt, vt partus fœliciter ſequatur, parentes operam dare tenetur.*
147 *Ex partu verò conſiderantur effectus, vel prouenientes ex ipſa liberorum ſuſceptione, vt teneantur hilari animo eos ſuſcipere.*
148 *Quia Deo inſeruiens ſpecies conſeruatur, quibus rectè petentibus, nunquam ſe defuturum promiſit.*
149 *Hincq; priuilegia plures liberos ſuſcipientibus non modica conceſſa recenſet;*
150 *Ex hac ſuſceptione quoq; oritur amoris coniugalis conciliatio:*
151 *Poſt filiorum ſuſceptionem conſideratur etiam effectus vel ratione eorum, quæ parentibus a filijs pręſtantur, & reuerentia quæ etiam matri debetur,*
152 *Et ſubiectio ob patriam poteſtatem quam in filios, nanciſcuntur,*
153 *Quæ olim maximos effectus habuit legibus xii. tab. Hodie reſtricta ex l. ſi filius C. de pat. pot. & l. fin. C. de patribus qui filios diſtrax.*
154 *Quæ ceſſat ſi mater ſit ſerua, niſi de conſuetudinem contrarium obſeruetur.*
155 *Vel conſiderantur illi, quos parentes in filios conferunt vel ratione educationis, vel animæ, & vt filios quàm primum curent baptiſmo initiari, & accuratè, ac religiosè educari.*
156 *Vel corporis, vti illis ad victum decentem neceſſaria ſuppeditent,*
157 *Vel ratione legitimitatis, vel ex precedenti matrimonio tum cum naſcuntur, legitimi naſcantur, ſi validum ſit matrimonium,*
158 *Quod ſi inualidum ſit, & adſit vtriuſq; mala fides, ſecus erit.*
159 *Et ſi proueniat ex iuris ignorantia, niſi ius ſit dubium.*
160 *Quod ſi bona fides ſaltem vnius adſit, ſi matrimonium ſit clandeſtinè contractum, adhuc legitimi non erunt.*
161 *Quòd, & hoc tempore certo in caſu locum habere poſſe cenſet, quamuis regulariter clandeſtinum non amplius ſit validum, nec matrimonium.*

162 Certo tamen in caſu,& validum,& clandeſtinum eſſe poſſe cenſet.
163 Quò certo caſu vitio purgato legitimi cenſentur,& ſi inualidum.
164 Quod ſi non clandeſtinè inualidum cõtrabatur,bona fide effectus locum babet,
165 Et ità legitimi vti qui ex vero,& valido nati ſunt,
166 Quia maritali affectu concipiuntur,qui ſolus ſufficit,
167 Vel quòd prius nati legitimi efficiantur,vti qui legitimè nati ſunt.
168 Siue ex concubina domi retenta,ſiue non ſint ſuſcepti;
169 Cùm concubinarius coitus plus,quàm ſimplex fornicarius I. P. damnetur;
170 Etiam inuitis parentibus.
171 Dum tamen in parentes matrimonium ſubeſſe potuerit.
172 Et ſi alter eorum fuerit in minoribus,vel ſimplex votum emiſerit,
173 Nec non, & ſi fuerit beneficiatus,
174 Quàmuis, à iam ætate confectis, & infirmis contraberetur.
175 Quia etſi impotentes,cùm ſit per accidens, non probibentur,potiſſimum ſi nota ſit qualitas;
176 Hoc idem verum arbitratur,quamuis alius matrimonium medio tempore fuerit contractum;
177 Quòd tamen intelligi debet ſi conceptus tempore babiles erant,non natiuitatis.
178 Per tex. in c. tanta ibi cognouerit infra qui fid. ſint legit.
179 Exl. Paulus ff. de ſtat. hominum
180 Ex l. ex libera C. de ſuis,& legit. hered.
181 Quod probauit Caius Inſt. lib. 1. tit. 4.
182 Et quia finguntur maritali affectu procreati,
183 Et quia fingendum vlterius eſſet, quod matrimoniam ſubeſſe potuerit.
184 Et l. & ſeruorum §. ingenui procedit,quo ad conditionem ingenuitatis,vel ſeruitutis,non quo ad legitimitatis.
185 Quia primo caſu ſolus fauor liberorum verſatur,ſecundo etiam parentum.
186 Hinc conceptus,ex fideli,& infideli non poteſt hoc pacto legitimus reddi
187 Proceditq; quod dictum eſt vbi Iur. pont. irritum redderetur,ſecus ſi iure Caſar. tantum.
188 Ex bis etiam conſtat quod filij prædefuncti filij auo ſui efficientur.
189 Ex verbis rectè ponderatis l. cum quis Cod. de nat. liberis.
190 Et quia finguntur nati ex præſumpto matrimonio, quare potius legitimi declarantur, quam fiunt.
191 Quod ſi legitimitatis fictio ceſſat,tamen adeſt ſuitatis fictio,quæ ſufficit.
192 Et ex filio mortuo nepotes adoptari poſſunt,potiſſimùm ſi filio ſui erant.
193 Neq; hoc caſu vnius tantum bona fides ſi matrimonium ſubeſſe non potuit,ſufficeret,vt legitimi efficerentur.
194 Quamuis ſi vterque eſſet ignorans,contrarium ſit dicendum.
195 Quia priori caſu deeſt affectio maritalis ex parte vnius,potiſſimùm ſi vir eſſet, cuius potiſſimum affectio conſideratur;
196 Et quia lex expreſsè,vt matrimonium contrahi potuerit, expoſtulat,

197 *Vel ſi ex illicito coitu, & vnius bonafide, vt matrimoniũ ſit expreſſè cõtractũ.*
198 *Et ex c. cum inhibitio § 1. de Cland. deſponſ.* *(factus.*
199 *Quia, & fingendus eſſet coitus non damnatus à lege Ciuili, & maritali affectu*
200 *Cap. autem, Quod nobis, de Cland. deſpo. & qui fil. ſint legitimi, non agit de filijs e xdamnato coitu natis.*
201 *Ibiq; aderat matrimonium expreſſum, non præſumptum, remotoq; clandeſtinã vitio verè putatiuum efficiebatur, etſi inualidum.*
202 *Neq; ibi aliqua mala fides alicuius aderat, & ſolũ agitur de remitenda pęna.*
203 *Reales quoq; obligationes ex matrimonio oriuntur, vel inter ipſos cõiuges, vel ob res, quæ dantur ab vtroq;.*
204 *Vel à viro tantum, vti donationes propter nuptias, quæ municipali lege vnà cum dotis augumento ſunt improbatæ.*
205 *Vel ab vxore, vti dos, quarum ratione infinitæ propemodum, & obligationes, & actiones conſiderari poſſunt, quæ conſultò omittuntur.*
206 *Vel conſiderantur ratione rerum ſimpliciter obligationes, vel inter ipſos coniuges, vt vir vxorem alere teneatur.*
207 *Ex fructibus tamen dotis vir quoq; vergens ad inopiam ali debet.*
208 *Vxoriq; dimiſſæ citra culpam ob eius impotentiam æquitate canonica alimenta etiam debentur.*
209 *Ex c. quòd propoſuiſti 32. q. 7. qui præſuponit impotentiam poſt contractum tantum, ſuperueniſſe, neq; vnquam cognitam, vti exponit Iuo. p. 8. c. 78.*
210 *Hinc mulier in dotata ea conſequitur, quæ habentur nou. 117. c. 3. & 5.*
211 *Oriuntur quoq; quò ad filios ius ſuccedendi, quod filius patri in profectitijs acquirat, vſumfructum in aduentitijs.*
212 *Oritur ius legitimæ portionis, quam filij habent ſi 4. in tertia, ſi plures in dimidia patris bonorum portione, cum pater eis inſtitutis deceſſit, quod ſi id non agat, rumpunt teſtamentum, quò ad inſtitutionem; parentes verò tertiam quoquo iure conſequi debeant in filij bonis, niſi ſubſit cauſa exheredandi.*
213 *Quæ legis beneficio, non iure naturæ debita eſt.*

1 AGgredior quintum art. ſpectantem ad cognitionem effectus ipſius matrimonij, matrimonij igitur effectus poſſunt, conſiderari vel pro vt eſt ſacramentum, & hoc pacto tanquã tales proueniunt fidei, ac ſacramenti bona, vel pro vt eſt cõtractus, & vtroq; modo prouenit prolis bonum c. 1. §. 1. inf. de frig. & malef. l. liberorum ff. de verb. ſignif. Præpoſ. hic nu. 11. quoniam ad hæc tria bona reducuntur ferè omnes matrimonij effectus, vt in c. omne itaq; 27. q. 2. Sangeor. hic nu. 12. Verùm hinc etiam proueniunt perſonales, ac reales obligationes, vti infra dicemus.

Pro vt igitur matrimonium eſt ſacramentum, habet duos præcipuos effectus, primus eſt, vt conducat ad peccati remedium, ſecundus eſt vt in

diuiduum vinculum iſtud efficiatur. Verùm de hoc ſecundo quemadmodum procedat in primo effectu nonnulla & ſeq. art. dicemus. & s. 3. art. 1. quæſt. nonnulla diximus.

2 Quò igitur ad primum, de quo tantum hic dicendum eſt, prouenit hic effectus altero de duob. modis: primo, quod gratia conferatur, quę ad vitam æternam proficit, & hic effectus dicitur ſacramenti bonum, ſecundo quod eius medio remoueatur homo à peccato, cum enim omne ſacramentum in peccati remedium ſit inuentum, matrimonii ſacramentum potiſsimum ad fornicationis peccati euitationem fuit introductum, hincq; ex gratia, quam confert, prouenit etiam fidei bonũ c. in pſentia, & ſeq. ȷ̃. eod. c. Iordane ȷ̃. de eo q̧ cogn. conſa. vx. ſuę.

3 Quod igitur attinet ad primum modum huius effectus, conſtat matrimonium vti ſacramentum vbicunq; illud ritè celebratur, ſecundum ſupradicta gratiam iam dictam contrahentib. conferre, quod probatur poſt illa, q̃ Couar. par. 2. c. 1. §. 1. nu. 3. declarat, ex Conc. Trid. determinatione ſeſſ. 24. Can. 5. de ſacram. mat. vbi contrarium aſſerentib. annathema eſt indictum, ex his conſtat nõ eſſe ſacramentum quò ad infideles, tum quod in fide ratum non eſt, vt s. 3. art. 2. quæſt. & 4. art. in rei circunſt. dixi, tum quod actu nullatenus poteſt gratiam cõferre, quare ex hoc etiam infertur nõ cõtrahendum ab illis, qui mortalis criminis reatum habent, quia licet, reciperent ſacramentum, nõ tamen reciperent rem ſacramenti, hoc eſt gratiam; imo mortale crimen Sacrilegij committęrent. Hinc cõſtat, qua ratione factum, vt Sin. Trid. vbi ſup. de refor. mat. c. 1, hortetur coniuges, vt antequam contrahant, peccata confiteantur, & ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramẽtum ſuſcipiant vt s̃. 4. art. in modi circunſt. docuimus.

4 Dubitatum tamen eſt, an matrimonium, quod per procuratores contrahitur, habeat hunc effectum, antequam inter ipſos coniuges ſaltẽ tacitè, ratum habeatur vt ſacramentũ dicatur, ex illis quæ tradit Caietan. tom. 2. quæſt. 1. de matrim. in qua re ego cenſeo adhærendum contrariæ opinioni, vti etiam cenſuit Couar. p. 2. c. 1. §. vnico. n. 5. nã cum iſtud quoq; vinculum indiuiduum efficiatur, tum cum contrahitur, vbi non fuit mutata volũtas, nõ eſt cur ſacramẽtũ nõ diiudicetur.

5 Quò autem ad ſecundum modum huius effectus, vt nempe deſeruiat ad euitationem peccati potiſsimum fornicationis, primo illud ſciendum eſt, peccatum fornicationis hic accipi pro quocumq; carnis delicto, nempè ne homo carnis irretitus illecebris, ad eius deteſtanda vitia dilabatur. quamobrem ex his conſtat licuiſſe, & licere coniugib. vt huiuſmodi peccatum euitetur ſe inuicem cognoſcere, & ſi tum cũ

ſeco-

Digitized by Google

ſe cognoſcunt, nulla adſit ſpes prolis; quicquid aliter aliqui ſint opinati, proinde ex hoc effectu oritur obligatio etiam reddendi debitū alteri coniugum exigenti, vt colligitur ex illis quæ docet Apoſt. 1. Corin. c. 7. §. is itaq; 32. q. 2. c. ſi tu abſtines, c. ſunt qui, 27. q. 2. c. 1. 33. q. 5. cum ſeq. c. tua nos ſecundo huius initij ꝟ. de iure iur. c. 2. ꝟ. de cōiug. lepros. c. Iordane ꝟ. de eo qui cognoui. conſang. vx. ſuæ Hoſt. hic in ſum. nu. 8. & nu. 21. verſ. ſed, & effectus tantus, latè Couar. par. 2. c. 7. §. 2. & Sangeor. hic nu. 12.

6 Erunt igitur quo ad effectum hoc modo conſideratum, ipſius ſacramenti conſiderandæ duæ inſpectiones, prima erit, vt videamus de licentia, ac obligatione exigendi, & reddendi debitum orta inter ipſos cōiuges, ſecūda vt videam⁹ de prohibitione quò ad alias pſonas.

7 Quò ad primam res ita iudicio meo diſtinguenda eſt, quod aut agimus de matrimonio, quod adhuc nō fuit ſolemniter celebratum, vel de eo quòd fuit quo ad non ſolemne vel in eo defficit benedictio à ſacerdote ſuſcipienda, in caſib. in quib. nuptiæ benedicendæ ſunt, ſecū dum illa, quæ ſup. declarauimus, vel defficiunt denūciationes, ſi defficit benedictio multi opinati ſunt, neq; poſſe exigere, neq; reddere cōiuges ad inuicem poſſe, neq; teneri, vt voluit Archiepis. Florēt. p. 3. tit. 1. c. 20. §. 8. verſ. dicit, ēt Gulielmus: attamen contrarium verius eſſe probauit Couar. p. 2. c. 7. §. 2. cui facile aſſentio ex illis, quæ ꝟ. 4. art. in temporis circunſt. fuerunt à nobis declarata, in ea nempe quęſtione, an tempore interdicti matrimoniū poſsit conſumari, per tex. in c. noſtrates §. fin. 30. q. 5. citabat etiam Couar. tex. in c. conſultationi ꝟ. eod qui tamē iudicio meo parū probat, hortātur tamē cōiuges, ex Cōc. Trid. diſpoſ. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. mat. ne interim cohabitent.

8 Si verò defficiant denunciationes, tunc vel illæ remiſſæ ſunt ab ordinario, & effectus locum habet, vt & exigere poſsint, & ad reddendùm coniuges teneantur, quod ſi remiſſæ non ſint, interim prohibentur, & exigere, & reddere, vt præcipit Sin. Trid. præcit. in loco, & in d. quęſt. latius explicauimus.

9 In ſecundò autem caſu principali, quando nempè matrimonium fuit ſolemniter celebratum, ſeu omnino perfectionem recepit, conſiderari poſſunt plura impedimenta, ex quib. ſit, vt aliquando huic effectui locus non ſit, quæ quidem impedimenta etiam adhuc idem operari debent, multo magis quò ad illud matrimonium, quod minus ſolemniter eſt celebratum, vt igitur ea aliquo ordine explicemus, pro more diſtinguendum eſt, quod earum quædam dijudicantur perpetua, quędā verò temporalia.

10 Per-

10 Perpetuum igitur impedimentum vel affuit tum, cùm matrimoniũ fuit contractum, vel ſuperuenit, ſi affuit vel fuit certum, vel fuit dubium, ſi certum, vel tale quòd matrimoniũ non dirimit, vel tale quòd matrimonium dirimit, ſi matrimonium non dirimit tũc diſtinguitur quod aut huiuſmodi impedimentum affuit culpa vnius tantum, aut vtriuſq; proſequamur igitur ſingula huius diſtinctionis membra.

11 Quò ad primum nempè ſi vnius tantum culpa affuit impedimentum non dirimens certum, & perpetuum, tunc pendet à volũtate alterius & exactio, & redditio debiti, quia iſte non tenetur reddere, & tamen exigere poteſt. Verùm tamen eſt, quod vbi ſemel exegerit, tunc aliquibus in caſib. ad redditionẽ tenetur, nempè cùm alter perpetuam inhabilitatem non contraxerit exigendi, caſus autem, qui ſub hoc mẽbro compræhenſi ſunt, diiudicantur illi, quando quis prohibetur contrahere matrimonium, ſi tamen contrahatur, non dirimitur, qui quidem ſupra expreſsi ſunt, & colligi poterunt ex illis, quæ anteced. c. vlt. art. diximus, & ex illis, quæ ſeq. art. dicemus, vt pote ex delicto hæreſis, voti ſimplicis non firmati, & validi, ſolemnis inualidi nõ omnino, quib. duob. caſib. nunquam poteſt exigere, neq; alter tenetur reddere, & ſi poſsit exigere etiam poſt exactionẽ, vt infra probabo. eodem pacto impeditur incœſtas, ac ſacrilegas contrahens nuptias, quo ad alios, cum quib. poſtea contrahit, eis ſolutis. violans propriũ torum eo matrimonio ſoluto, quò ad omnes. idem prouenit ex inhabilitate cognoſcendi propriam vxorem, ex adulterio quò ad polutam nuptijs, vel ſponſalib. cum ea ignoranter contractis, ex morte vxoris non adulteræ, ex altero matrimonio ſubſiſtente ſaltem præſumpto, ꝙ alter ignoret; Item ſi fuerit inceſtuoſus, raptor alienæ vxoris, præsbitericida, ſi contrahat contra prohibitionem iudicis, iſtis nempè omnib. in caſib. iſte, niſi obtineat diſpenſationem, non poteſt exigere.

12 Si verò amborum culpa affuit huiuſmodi impedimentum, animaduertendum eſt, quod plures ſunt ex prædictis caſibus, in quib. concurrente vtriuſq; de'icto matrimonium diſſoluitur potiſsimum ex adulterio, & operam morti datam quo ad alium iam matrimonio illi copulatum, vt ĩ. ſeq. art. dicemus, qui quidem caſus ſpectant ad ſequem membrum, ſed in illis, in quibus retinetur eadem qualitas, vt nempè matrimonium dirrimi non poſsit. concludendum tamẽ videtur, quòd neuter eorum neq; poteſt exigere, neq; reddere, niſi obtenta diſpenſatione, vt ſup. in præced. caſu dicebamus.

13 Quò ad ſecundum membrum, ſi tale ſit impedimentum, quod matrimonium dirimat, tunc rurſus diſtinguẽdum eſt, quod aut diſſolutio, fit,

ſit de neceſsitate, aut illa pendet à voluntate alterius ipſorum coniugum; ſi de neceſsitate aut impedimentum certum eſt penes ambos, cõiuges, & ꝓbari, pōt, & hoc caſu neutri licet neq; exigere, neq; reddere, cùm matrimonium ſit omnino nullum, & per conſequens etiam irritandum, quia tunc eſt expreſſa vel fornicatio, vel adulterium, vel
14 incœſtus. Quod † ſi probari nõ poteſt, ſi tamẽ ipſis coniugibus id certum eſt, idem concludendum eſt, quamuis ex deffectu probationis dirimi non poſsit, quod de occultis eccleſia non iudicat, neq; ipſis coniugibus de facili credendum eſt, ne ex odio concepto, vel ex moleſta cohabitatione confićto impedimento mutuo conſenſu de facili proſiliant ad diſſolutionis remedia, cùm tamen quò ad ipſos coniuges certum ſit non eſſe matrimonium, clarum eſt, quod tuta conſcientia cõmiſceri nequeunt; hoc tamen caſu facile poſſet impetrari à Sum. Pōt. diſpenſatio, quo impedimentum remoueatur, ac validũ reddatur matrimonium, vt tutò exigere, & reddere poſsint, potiſsimùm ſi eſſent adoleſcentes timore incontinẽtiæ, ſecundũ illa, quę ĩ. declarabimus.
15 Si verò huiuſmodi impedimentum penes ambos coniuges certum non eſt, tunc vel vni tantum certum non eſt, vel vtriq;: ſi vni tantùm, tunc aut ignorans dubitat, quod verum eſſe poſsit, quod alter verum eſſe affirmat, aut omnino ei non credit: priore quoq; caſu idem dicendum eſt, quod in ſuprapoſitis, vt neuter neque exigere neq, reddere valeat, vt patebit ex illis, quæ paulò infra decla-
16 rabimus. In † ſecundò autem caſu crediderim, quòd ille, qui ſcit neq; exigere, neq; reddere poteſt abſque mortali peccato cum faceret cõtra propriam conſcientiam c. inquiſitioni inf. de ſent. excom. c. dominus inf. de ſecun. nup. Hoſt. in c. propoſuit inf. de coniug. ſeruor. Couar. p. 2. c. 7. §. 2. nu. 7. & hoc non obſtante quocunq; iudicis præcepto, ac etiam excommunicatione, quia poti⁹ illam pati debet; ille autẽ, qui eſt ignorans, credo, quod poſsit exigere. An autem reddere teneatur patebit ex illis, quæ inf. declarabimus.
17 Si verò diſſolutio pendet à voluntate vnius tantùm, vt pote, quod aliquam metu quis duxerit, vel ſimulatè, vel ſeruam, quam liberam putabat iuxta illos caſus, quos ſeq. art. declarabimus, hoc caſu ille, à cuius voluntate non pendet, & exigere poteſt, & reddere debet, præter in caſu ſimulati cõſenſus, ſi hoc ſciret, quia tunc cum ex copula non firmetur nec dicatur receſſum ab illa poteſtate recedẽdi, vt in c. tua nos inf. eod. vtiq; omnis copula eo caſu fornicaria eſſet, in alijs autẽ caſibus, dicitur renunciatũ illi poteſtati, & matrimonium confirmari c. propoſuit, c. ad noſtram inf. de coniug. ſer. c. ad id inf. eod. & quo ad

metu

Digitized by Google

metu contractum id intelligere debemus, quando poſt contractum ante conſumationem non reclamauerit, quia ſi reclamauerit, cùm matrimoniũ eſſet nullũ, ſola copula confirmari non poſſet, eo quod tum cũ ſimultaneo conſenſu perficitur in parochi, & teſtium notitiam eſt deducendus, vt ſup. 3. art. 1. q. nu. 19. diximus. Crediderim tamen, quòd ex huiuſmodi coniunctione firmaretur in uim ſponſaliorum ille contractus, adeo vt ab eis de facili recedi non poſsit, ſecundũ illa, quæ anteced. c. 4. art. in modi circunſt. dixi. Alter autem à cuius volũtate pẽdet exigere quidem poteſt, dum animo conſentiendi in matrimoniũ, & maritali affectu id faciat, reddere verò non tenetur, niſi prius exegerit, quod in ſecundo caſu procedit retentis ijſdem terminis c. ſi qs ingenuus 29. quæſt. 2.

18 Hic tamen ſuboritur non inelegans quæſtio ſi is, qui ſeruus dicitur, aſſerat ſe liberũ, an donec ſeruitutis q̃ſtio pẽdeat, teneat liber debitũ reddere, donec de cauſa cognoſcit, potiſsimũ ſi iudicis iuſsio vrgeat, in quare magis cõmuniter receptũ vr̃, q̄ ſi liber verè illũ ſeruũ eſſe cognouerit, nõ teneatur, qa vel nõ poſſet ãplius dimittere, vel peccaret q̃madmodũ ꝓbauit Hoſt. in d. c. ꝓpoſuit, cõ ꝓbauit Cou. vbi s̃. n. 11 quia ſi reddit animo non maritali fornicatur, ſi maritali affectu conſentit in matrimonium, non obſtante, quod ſciat ſeruum. Vnde cõcludẽdum videtur, quod illam retinere poſtmodnm debeat, de hoc tamẽ inf. in caſu dubio dicemus, ex enim contraria ſerui negatione, & iudicio cæpto res dubia dicitur, adeò quod vix dari poſsit caſus, quod

19 iſte dubius non eſſet, certum † illud tamen eſt, quod donec quęſtio pẽdet, matrimonium diſſolui nequit, quod ſi contingat pro ſeruo pronũciari, quòd ſit liber, adeò vt rei iudicatæ exceptio illi compettere poſſit, quod tunc matrimonium validum erit, & ad redditionem perconſequens alter tenebitur, quia res iudicata pro veritate habetur l. res iudicata vbi Dec. ff. de reg. iur. & quia etiam liber ante quam ad diſſolutionem deueniat, tenetur, ſi poteſt in libertatem ſeruum vindicare, antequam dimittat d. c. ſi quis ingenuus 29. quæſt. 2.

20 Quò ad tertium membrum, ſi impedimentum, quod affuit, fuit dubiũ eod. modo diſtinguendum eſt, vel de caſu matrimonium dirimẽte de neceſsitate, vel de voluntate, quoniam ſi ſumus in caſu, quod non dirimat, non poteſt eſſe penes omnes dubius, neceſſe enim, eſt vt penes aliquem eorum certus ſit, niſi ſit dubius de iure, quòd non excuſaret. In caſu igitur, in quo de neceſsitate matrimonium ſoluẽdum eſt, aut vterq; dubitat, aut vnus tantum: ſi vterq; tunc neuter neq; exigere poteſt, neq; reddere tenetur, ſi tamen vterq; ſciat alterum quoq; dubiũ, quia

quia ſi id ignoraret, ſequenda eſt inf. dicenda diſtinctio. Nam ſi ſciat alterũ dubitare, cum ſciat illũ ſine peccato nõ exigere, ſi probabile ſit dubiũ, nõ tenetur reddere, ne particeps alteri⁹ peccati efficiatur.

21 Si autem vnus tantum dubitat, tũc Innoc. 3. in c. inquiſitioni infra de ſent. excom. optimè diſtinguit, quod aut dubium eſt ex leui, & non probabili coniectura, & iſto caſu dubitans tenetur ipſum dubiũ explodere, & eo exploſo, & exigere, & reddere poteſt; ſi vero dubium proueniat ex probabili, & diſcreta coniectura, tunc reddere quidem tenetur, exigere verò nequaquàm, ratio eſt, quia tunc faceret contra propriam conſcientiã, probatur in c. dominus infra de ſecund. nup. Adrian. quòd lib. 2. art. 1. Couar. vbi ſup. nu. 7.

22 Quidam tamen voluerunt, quòd ad redditionem tùm demum teneatur, ſi dubium reiciat. verùm hanc declarationem non recipiendam deffendit Martin. Nauar. in c. ſi quis autem num. 101. de pœnitent. diſtinct. 7. Neq. obeſt, quod videatur facere contra propriam conſcientiam, arg. eorum quæ habentur in c. in præſentia inf. eod. & in c. litteras ſup. de reſtit. ſpol. nempe, quòd vbicumq; quis dubius eſt de actu, an ſit peccatum, quòd illum agere non debet, quia agens peccaret, quoniam reſpondemus, quòd dubium eſt circa validitatem matrimonij, non quò ad debiti redditionem.

23 Præterea cum certum ſit, quòd ex coniugali debito ad redditionem tenetur, & quod ſi id non faciat peccatum committat, incertum verò ſit an ſubſit inualiditas, iam ſi ex hoc dubio non redderet, videtur dicendum, quòd peccatum committat, eo quòd negando dubius ſit an teneatur, & per conſequẽs an peccet. Quare ſi contingeret dignoſci matrimonium validũ, iam agnoſceret ſe peccaſſe. Tutius igitur eſt, vt hoc caſu adhæreat illi, quod certum eſt, nempe quòd ex coniugali debito tenetur, non autem illi, quod dubium eſt, nempe an non teneatur, ex validitatis dubio quæ quidem ratio non ita militat in exactione, quia illa pendet ab eius voluntate, neq. ad illam ſub aliqua peccati pœna tenetur, & per conſequens cum liberum illi ſit abſtinere, tutius erit, vt hoc caſu abſtineat. & ex his patet argumentum retorqueri, & diuerſam eſſe rationem inter exactionem, & redditionem.

24 Tertiò quia remouetur peccati dubium, quòd reddere nõ poſsit, ob debitum reddendi in caſu dubio ex diſpoſitione Inoc. 3. in d. c. inquiſitioni, & ex dubio peccati, vt ſup. diximus, neq. à prædictis diſſentiunt, quæ & Nauar. vbi ſ. & Couar. p. 2. c. 7. §. 2. nu. 11. tradiderunt.

25 Ille verò, qui dubius non eſt, exigere quidem poteſt, vt patet ex prædictis, ſed dubium eſt, an reddere teneatur, eo quod ſcit alium tuta cõ

ſcientia non exigere, & crediderim non teneri, niſi probabili coniectura ducatur, illum dubium reieciſſe, ex ratione dicta in ſuperiori caſu, quilibet enim tenetur facere, quantum in ſe eſt, ne alter peccet, ne illius peccati particeps efficiatur.

26 Neq. obeſt ſi dicatur, quod cum iſte habeat pro conſtanti, nullũ ſubeſſe impedimẽtum, videatur facere contra propriam conſcientiam, ſi non reddat. Nam reſpondeo, quòd ex eo non tenetur, quòd ex debito coniugali non teneatur, ſed ex eo quòd alterum peccare videt. poteſt igitur adhiberi hoc caſu huiuſmodi temperamentum, vt ille, qui tutò exigit, vbi ſuſpicatur áliũ poſſe velle exigere, quòd ſit in princ. actus voluntatis, nempè ſimplici deſiderio, ipſe prius tum exigat, tum enim efficiet, vt ille exigendo non peccet, cum reddendo

27 ſibi ipſi ſatisfacere poſsit. In † dubio tamen debet exiſtimare, quòd exigens dubium dimiſerit, & per cõſequens reddere, quia nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, potiſsimũ ſi de maiori peccato ob exigentis incontinentiam dubitaret, ex illis, quæ docet Flor. p. 3. tit. 1. c. 20. §. 7. vbi notanda exempla incontinentiæ recenſet.

28 Si verò dubium ſit, quò ad eos caſus, in quibus de voluntate tantum matrimonium diſſolui poteſt, illud primò ſciendũ eſt, quòd ille à cuius voluntate non pendet diſſolutio, & poteſt exigere, & ad redditionem tenetur, ſiue ſit dubius, ſiue nõ, alter autem poteſt etiam exigere, ſed tunc dubium eſſet, an dicatur receſsiſſe à poteſtate diſſoluen-

29 di, veritas patebit ex inf. dicendis. dubium † tãtum eſt, an iſte reddere teneatur, ſi dubius ſit. de alterius ſeruili cõditione, potiſsimum lite pendente, & iudice iubente, vt reddat donec cauſa decidatur, quo interim ille in poſſeſsionem libertatis tueatur de cuius ſtatu dubitatur.

30 In hac quæſtione pugnantes ſunt doctorum ſententiæ, Hoſt. enim in d. c. propoſuit inf. de coniug. ſer. probauit, quòd teneatur; contrariã verò ſententiam probarunt Io. And. & Panorm. in d. c. propoſuit, ſecundum D. Thomam in 4. diſtinct. 36. in fine, & Io: de Medin. de reſtit. quæſt. 19. quos recenſet, & ſequitur Couar. vbi ſup. nu. 11. Mouentur tenentes negatiuam ſententiam hoc argumento, quòd aut iſte reddit debitum animo maritali, aut non: primo caſu ſubit periculum ſeruam retinendi, ſecundo caſu fornicatur, ergo non tenetur reddere. Ego tamen cenſeo non recedendum ab opinione Hoſt. ſiquidẽ illud aſſumptum, quòd cognoſcens mulierem maritali affectu, quam dubitat eſſe ſeruam, cogi poſsit ad illam retinendam, nullo iure probatur, iura enim tum demũ ſeruam cognoſcentem, ad eam retinendã

obli-

obligant, vbi ſciens ſeruam cognouit, vt probatur in d.c. propoſuit, ratio eſt, quia cum tunc cognoſcit, cenſetur cognoſcere & ſi ſeruã maritali affectu, quia non præſumitur peccatum, ex illis, quæ docet Couar. p. 1. c. 4. §. 1. nu. 11. & per conſequens eius conditionem in vxorẽ
31 approbaſſe, ſed † vbi dubitat, licèt reddat maritali affectu, non tamẽ tamquàm ſeruæ, ſed tamquàm liberæ reddit, eo quod donec de ſtatu dubitatur ſpes adeſt, quòd ſit libera, & vti illi, quæ in libertatis eſt poſſeſsione, quo illam tueatur, cum ad eius libertatem tuendam teneatur, vt inquit Hoſt. quòd ſi contingat illam ſeruam iudicari, ſatis ſe poteſt tueri ad dimittendam, eo quod deficiat ſpes exiſtentiæ libertatis, neq. illam amplius poſsit habere vti liberam.
32 Deſeruit ſecundò huic opinioni quòd proximè diximus, quòd ſi nõ reddit dubius eſt, an peccatum faciat, cum ex debito cõiugali teneatur, & per conſequens peccaret.
33 Tertiò quia maritus tenetur ipſam in libertatem vindicare antequã dimittat, ſi poteſt, vnde multò magis debet illam tueri in poſſeſsionẽ
34 libertatis, & ipſius exactionis. vltimò † quia reſiſtit etiã iudici, quod non ſatis optimum conſilium eſſet, quia poſſet excommunicari, neq. n. par eſt ratio caſus ſuperioris, cum certus eſt, & de neceſsitate ſoluendum eſt matrimonium, quia tunc deficit affectus maritalis ob inceſtus peccatum, cum ſciat non poſſe iungi ſine inceſtu.
35 In qua re etiam illud libet animaduertere, quòd Hoſt. id demum verum arbitratur, ſi lis pendeat: Ego tamen magis verum puto, ſi nulla lis ſubſit, quia maritus libertatis quæſtionem mouere non poteſt, cũ (vt dixi) teneatur liberam tueri, & in libertatem vindicare, & per conſequens operam dare, vt ſi fieri poſsit, iſtud nũquàm innoteſcat, non enim ex eo videtur licitum recedere, quòd ſit ſeruilis conditionis, ſed quòd illam liberam habere non poſsit, quod ſi poteſt, iam ceſſat ratio recedendi, ergo & diſpoſitio arg. c. cum ceſſante, ſup. de appellat. cum ſim.
36 Quò ad quartum, & vltimum membrum perpetui impedimenti, nẽpè quando ſuperuenit huiuſmodi impedimentum, tunc animaduertendum eſt, quòd aut tale eſt, quod tolli non poteſt abſq. diſpenſatione, aut poteſt facto ipſorum cõiugum. primum vt plurimùm contigit in affinitate, ſeu noua coniunctione contracta cum propria vxore, ſecundum illa, quæ docuimus ſup. anteced. c. vlt. art. ſub. nu. 25. 26. 27. 28. & 29. nec non ex voto continentiæ ſolemniter emiſſo poſt conſumationem. hoc igitur caſu vel ſuperuenit huiuſmodi impedimentum culpa vnius tantùm, aut vtriuſq. ſi vnius tantũ, is, cuius cul-

pa ſuperuenit, reddere quidem tenetur, ſed exigere nõ poteſt,pro vt hæc probantur in c. 1. & in c. tranſmiſſę ,vbi Butr. Card. & Panorm. inf. de eo qui cog. conſan. vx. ſuæ. Archiep Flor.p. 3.tit.1.c. 11. in
37 princ. col.3.verſ. qui autem cognouit.è contra † autem cenſeo quòd alter liberè exigere poſsit, vti cui nullum inferri potuit ex alterius contractu præiudicium,cum res inter alios acta alijs non obſit, l. 1. & toto tit. C. res inter alios actæ l. ſæpè ff. de re iud. cum ſim.ibi per Accur. citatis,idq. etiam verum eſt,& ſi facto viri ab eius conſangui neo vxor fuiſſet polluta per vim,quia tunc licèt mulier ſit monenda, vt ſi fieri poſsit abſtineat, non tamen cogi poteſt,vt bellisſimè docet tex. in c. diſcretionem inf. de eo qui cog. conſan. vx. ſuæ. quò verò ad redditionem ex illis, quæ proximè diximus in caſu dubio nullatenus teneri cenſeo,idq. in pœnam etiam violati coniugij conſtitutum videtur,quo ille pœniteat,ac diſpenſationem obtineat, & ſi ſemel reddiderit,vti voluerũt p̃dicti,& declarat Cou.p.2.c.7.§.2.n. 5.
38 Si verò culpa vtriuſque ſuperueniat,tunc vel ſuperuenit coniunctio, vel votum.coniunctio poteſt ſuperuenire altero de duob. modis, vel quòd vnus tantùm fornicatus ſit cum alterius ſanguine iuncto, altero opem dante,& conſentiente, vel quòd vterq. ſit fornicatus, & vtroq. caſu cenſeo neutrum neq. exigere,neq. reddere poſſe,ex prædicta ratione,pro vt ſentit tex in d.c diſcretionem,ſolùm cenſeo quod facilius poterit diſpenſari cum eo,qui re vera fornicatus non eſt,qui tamen caſus raro euenire poſſet,& hoſce caſus diſpenſabiles eſſe cen
39 ſeo.ſi vero† votum,tunc idem dicendum eſt,neq. diſpenſationi locus eſſe poterit, ſed quidem ſeparandi ſunt eo caſu, quò ad thorum vti ſeq. art. declarabimus.
40 Hic tamen ſuboritur non inelegans quæſtio,quando prouenit impedimentum ex coniunctione, an poſsit hoc caſu obtineri diſpenſatio ab Epiſcopo exigendi,an verò neceſſaria ſit Summi Põtificis, in qua re Panor. in c.1.d.tit.de eo qui cog. conſan. & Floren. in præcit. loco tenet ſufficere Epiſcopi diſpenſationem Couar. autem p. 2.c.7.§. 2. nu.6. propè finem neceſſariam exiſtimabat Romani Pontificis di
41 ſpenſationem, intelligit † quippè dicta prædictorum, vt loquantur in ſimpliciter incœſtuoſo,non cum vxoris conſanguinea,ſiquidem is prohibetur contrahere matrimonium, & per conſequens exigere debitum,ſi contraxerit,quod quidem cenſeo verum, ſi tum cum contraxit aderat incœſtus,ſecundum illa, quæ in primò membro diximus, quoniam ſi ſuperuenit,videtur quòd nũquàm poſsit ſuperuenire,niſi ſuperueniat etiam affinitas in ſecundo genere,quia cognoſcit vxo-

ris

ris affinem, quæ quidem affinitas, licèt ſublata videatur per tex. in c. non debet §. de conſan. & affin. id tamen videtur procedere, quò ad attinentes vtriuſq; & viri, & vxoris; ſed in ipſa met vxore, & viro, inter quos nulla eſt affinitas, videtur adhuc durare, vt affinitas etiam in ſecundo genere contrahi poſsit, cum hoc caſu non appareat correctum ius antiquum, ex d. c. nõ debet, vti probatur in c. ſi quis viduã, c. qui dormierit, & c. concubuiſti 32. quæſt. 7.

42 Eodem pacto hodie etiam quæri poteſt ſtante diſpoſitione Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. mat. vbi prohibitio affinitatis ex fornicario coitu proueniens non extenditur vltra ſecundum gradum, an hoc caſu, ſi committatur inceſtus in vlterioribus gradib. contrahatur affinitas cum vxore, in qua re. §. anteced. c. art. 6. nu. 9. & 10. probauimus non contrahi, cuius rei illa eſt ratio, quia affinitas, quæ conſideratur impeditiua exactionis debiti, conſideratur; quia impeditur ſequi matrimonium, & per conſequens coniunctio, quare cum in caſu noſtro ceſſet impedimentum matrimonij, affinitas etiam dicitur ceſſare, & per conſequens ceſſante ratione, ceſſat & diſpoſitio, d. c. cum ceſſante ſup. de appellat.

43 Quòd igitur attinet ad propoſitam quæſtionem diſpẽſationis, à qua tantiſper digreſsi ſumus, arbitramur nullatenus recedendum eſſe à Flor. & Panor. opin. 1. quia vbicumq; in iure noſtro dicitur quod poteſt diſpenſari, ſeu quòd caſus eſt diſpẽſabilis, ſemper id intelligitur ab Epiſcopo, niſi aliter expreſsè cautum appareat, c. præterea primò huius initij inf. eod. c. in adoleſcentia 33. quæſt. 2. ratio rationis eſt, quia Summi Pontificis authoritas, vel nũquàm, vel raro controuerti poteſt. atqui in iure noſtro cautum eſt, vt iſte caſus ſit diſpẽſabilis ad euitandum mortale peccatum, quod pluries poſſet cõmitti, cum non poſsint ſeparari, & matrimonij vinculum diſſolui, dicente Domino,

44 quos Deus coniunxit homo non ſeparet; ex his † fit, vt nullatenus ob eſſe putem, quod dicebat Couar. vt hoc caſu prohibeatur ne dum ex inceſtu, ac thori violatione, ſed ex eo, quod vxori affinis eſt, d. c. ſi qs viduam, d. c. qui dormierit, d. c. concubuiſti 32. q. 7. & ſup. anteced. c. 6. art. vbi ſup. dicebam. at in caſu affinitatis ſolus Summus Pontifex poteſt diſpenſare, vt toto tit. inf. de conſan. & affinitate, ſiquidem id intelligere debemus quò ad matrimonium contrahẽdum, nõ quò ad iam contractum, quod indiuiduum factum eſt, in quo cum militet longè diuerſa ratio ex ſupradictis, & quia.

Turpius eicitur quàm non admittitur hoſpes

c. quemadmodum ſup. de iureiur, mirum non eſt, ſi diuerſum quoq

ius

Digitized by Google

ius ſtatuatur,neq; rectè ab vno caſu ad alium inferri poſsit,vulgata l. Papinianus exuli ff. de minor. cum ſim.

45 Quando autem impedimentum tolli poteſt facto ipſorum contrahẽtium abſq; diſpenſatione, ſciendum eſt, quòd id euenit ex ſimplici adulterio alicuius coniugum tantùm, quia ſi ambo adulterium comiſerint, vterq; exigere põt,& reddere tenetur, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur c. fin.inf.de adult. c.ſignificaſti ĩ.de diuor. de qua re latius ſeq. art. dicemus. hoc igitur caſu,quò ad cõmitentem adulterium concludendum eſt, quòd is reddere tenetur, poteſtq; exigere,dum tamen vi ab inuito non exigat,quam opinionem probauit Caiet. lib. 17. reſpon.c.4. eamq; deffendit Couar.vbi ſupra nu.4. propè finem aduerſus Ambros. Cathar.cuius rei illam arbitror rationem,quia ad hoc exigere videtur,vt impedimentum remouea-
46 tur. Alter † autem exigere non poteſt ante peractam pœnitentiam ab altero,quia etiam comunicando efficitur infamis potiſsimum vir. quòd intelligere debemus,quando correctio non præſumitur,pro vt hæc probantur in c.ſi vir inf. de adult. c. quemadmodum ſup. de iureiur.c.1.c. ſi quis viduam 32.q.7.l.2.§. lenocinij,& l.mariti lenocinium in princ.ff. ad l.Iul. de adult.l.2.vbi glo.C.d. tit. ad l.Iul. de adult. Archiep.Flor.p.3.tit.1.c.20.§.9.inquit,quòd verum etiam exiſtimo,ſi peracta pęnitẽtia exegerit,vel reddiderit,ſi denuo,qui prius commiſit,committat adulterium,vt idem ſeruandum ſit.

47 Quò verò ad redditionem,nullatenus reddere tenetur etiã peracta pœnitentia, quia eſt ſufficiens cauſa ad ſeparationem cõiugij quò ad thorum,vt ĩ.dicemus. conſulerem tamẽ hoc caſu,ne cohabitaret,qa ſi ſemel poſt ſcientiam, & ante pœnitentiam,vel exegiſſet,vel reddidiſſet,tunc non poſſet amplius denegare, quin denuo exigenti reddat,eodem pacto,ſi peracta pœnitentia exigat, vel reddat, niſi noua ſupueniat cauſa adhuc reddere tenetur,vt ĩ ĩ.mox citatis iur.habẽ.

48 Quò ad temporale impedimentum,in quo verſatur ſecunda pars huius inſpectionis,ſciendum eſt,quòd huiuſmodi impedimentum reſpicit,vel tempus ſimpliciter,vel alias potiſsimum circũſtantias, & hoc ſecundo modo,vel reſpicit locum,vel reſpicit modum.

49 Quod igitur attinet ad tempus, quod potiſsimum cõſideratur,illud perpendi ſolet,vel ob eccleſiæ reuerentiam,quò ad quoſdam dies, vel ob impedimentum perſonale ipſorum coniugum: quò ad reuerentiã eccleſiæ conſideratẽ, vel tempus indeterminatum, vel tempus determinatum: indeterminatum tempus conſideratur,cum alter ipſorum coniugum ſanctiſsimum Euchareſtiæ ſacramentum ſumpſit, hoc e-

enim

nim caſu, ille qui ſumpſit debet abſtinere ab exactione, preterquàm ſi dignoſceret ſe continere non poſſe, ſaltem per tres dies, quòd ſi non
50 poteſt, abſtineat eo maiori tempore, quo poteſt. ad † redditionem verò omnino tenetur, niſi alter induci poſsit, vt libera voluntate ſaltē ob reuerentiam ſacramenti abſtineat per diem, quia vltra differre periculoſum multis eſſe poſſet, ex illis, quæ docet Flor. p. 3. tit. 1. c. 20. §. 7. & Ariſt. Ethic. 7. aſſerit maximam eſſe libidinis vim, Cacodemone potiſsimum fomitē excitante, potiſsimum ſi alterum non admo-
51 dum continentem diiudicaret. ex his † conſtat eum, qui nō ſumpſit, libere exigere poſſe, reddere verò nō ità de facili tenetur, ſi alter induci poteſt, vt abſtineat, nec adſit timor incontinentiæ.
52 Tempus autem determinatum eſt tempus ſolemnitatum, & tempus ieiuniorum, in quib. quidem bonum eſt abſtinere, potiſsimum ab exactione, ſed à redditione, niſi alter liberè in idem conſentiat, nullatenus abſtinendum erit, ex hisq; fit, vt in prædictis caſibus licèt ab exactione abſtinere debeant, non tamen tenentur ſub mortalis peccatu reatu, quia alter reddere non poſſet ex illis, quæ ſup. diximus, vt ſatis cōcludēter probat tex. in c. apoſtolus 33. q. 4. & defendit Flor. in præcit. loco. propterea conſiderare debet ille, à quo exigitur, cuius naturæ alter ſit, qui exigit, vt ſi dignoſcit illum facilè abſtinere, tunc poteſt illum inducere ad abſtinendum, ſed ſi aliquo pacto de incontinentia dubitaret, vel de extraordinaria pollutione etiam à dor-
53 miente, nequaquam, ne † forte potiſsimum mulier oſtendat ſe conſentire, ne videatur libidini dedita, & poſtmodum maximos patiatur ex carnis irritamentis cruciatus, vel ad aliquam deteſtandam libidinem labatur, ſecundū illa, quæ docet Flor. in præcit. loco, vbi ait mulierem ex incontinentia ob denegatū debitū, ſe iumēto ſuppoſuiſſe.
54 Tempus autem impedimenti ratione perſonarum poteſt conſiderari, vel quò ad mulierem tantūmodo, vel quò ad vtrumq;. quò ad mulierem conſideratur tempus, vel ratione mēſtrui, vel rōne conceptus.
55 Quò igitur ad tempus mēſtrui, res nō ita paſsim videtur clara, proindè diſtinguēdum eſt, quòd aut agimus quò ad redditionem, aut quò ad exactionem. quò ad redditionem, ſatis cōueniunt doctores, quòd vterq; alteri exigenti tenetur reddere, niſi poſſet libera voluntate induci, vt abſtineat; quò verò ad exactionem, vel agimus quo ad virum, vel quo ad mulierem.
56 Quò ad virum videtur dicendum, quòd hoc caſu vir exigere non poſſit, ex illis quæ habentur leuit. c. 18. ,, ad mulierem, quæ patitur mēſtrua non accedes, nec reuelabis fæditatem eius, cuius rei rationem

cam

eam arbitrantur, quia de facili poſſet generari monſtrum, vel filius le pra affectus. prædictis tamen non attentis non defuerunt, qui ſunt arbitrati, nullatenus id prohibitum ſub pęna peccati mortalis, quemadmodum plurib. rationib. voluit Beat. Ant. vbi ſup. §. 5. Quòd attinet ad præſentem difficultatem ſeligi poſſunt aliqui caſus, in quib. res eſt præter difficultatem, quòd vir poteſt exigere, quos hac diſtinctione complectimur, quòd vel agimus de ea muliere, quàm certū eſt ex huiuſmodi copula monſtrum non concepturam, vti quòd ſit ſterilis, vel quòd non maximum patiatur profluuium, vel quòd aliàs eo tempore conceperit, nec mōſtrum ediderit, & hoc caſu licita videtur, tā-
57 quam quòd ceſſet prædicta ratio arg. d.c. cum ceſſante, quòd † ſi id certum non ſit, tūc vel ſumus in ceſſatione ipſius profluuij, vel in maiori profluuio, ſi in ceſſatione, tūc etiam licita videtur exactio, quia tunc facilius ſolet mulier concipere ex mente Philoſophi, quod ſup. 4. art. in perſonæ circunſt. quò ad impotentiam diximus. in maiori
58 † autem profluuio rurſus conſiderandum eſt, an eius tempus ita duret, vt vir vereatur, an tanto tempore poſsit continere, ob periculum pollutionis, quæ poſſet interuenire potiſsimum illis, qui calidæ ſunt naturæ etiam ſi noctu dormiendo dubitaret, ne id contingeret, pro vt accepi plures eſſe, qui niſi ſingulis duob. diebus cognoſcant, dormiendo id agunt, & hoc quoq; caſu cenſeo, quòd licitè exigere po-
59 teſt, quòd † ſi poterit abſtinere abſq; periculo, hoc caſu res in diſceptationem deducitur, an ſub pæna peccati mortalis debeat abſtinere ab exactione, in qua re fauore animæ ego cenſeo, quòd non ſit recedendum ab opinione Flor. vt nullatenus teneatur ſub pœna peccati, quòd quidem deducitur hac ratione, quòd ſi ad reditionem tenetur vxor, vt ſup. diximus, ergo vir exigere poterit, quia aliàs ad redditio
60 nē non teneretur, ne particeps alterius peccati efficeretur. ſecūdò † quia (vt dixi) tūc facilius mulier ſolet concipere, vnde cum ea potiſſimum ratione matrimonium ſit inuentum, vt proles ſuſcipiatur, nō eſt dicendum, quòd actus ſit prohibitus, ex quo illud ſequitur arg. l. oratio ff. de ſponſ. quandoquidem melius eſt eſſe, & infirmū, ſeu filios ſuſcipere, quàm non eſſe, vti dicebat idem Flor. vbi ſup. §. 10. pro pè finem. Imò dicunt. DD. quòd melius eſt eſſe, & damnari, quàm nō eſſe, ꝙ latè Hier. Meng. in comp. artis exorc. lib. 1. c. 18. explicat;
61 Neq; modo me mouent illa, quæ pro contraria opinione citantur, nā quòd attinet ad primum, nempe præceptū leuitici, reſpōdebat Flor. vbi ſup. §. 5. quòd ibi loquitur quò ad alias mulieres, non quò ad vxorem, quandoquidem ibi agit de illis peccatis fornicationis, quæ trā-

ſcendunt

ſendũnt ſpeciem ſimplicis fornicationis, quaſi ibi dicatur, quòd ne dum fornicatio in genere ſit prohibita, ſed potiſsimum abſtinẽdũ ſit à concubitu conſanguineę vxoris, conſanguinei, cognatæ vxoris, quòd inceſtus ſit, eod. modo, & à menſtruatæ concubitu fornicariæ mulieris, ne ob fœditatem ludibrio haberetur. idq; vſu eueniſſe, cum ſcolaſticus eſſem, didici, & ab aliis ibi expreſsis, de quib. in iudicio, quæritur, vt pęnę ſit locus.

62 Secundò ego reſpondeo, quòd cum iudæis more maiorũ liceret plures habere vxores, c. obijciuntur 32.q.4. Couar. p.2.c.7.§.3. dixi ſupra 3. art. 1. q. nu. 11. Iuſsit Dominus, ne ad meſtruatas accederent, ad reuelandam eorum fęditatem, ne vel ob fœditatem odio à viro haberẽtur, vel ab alijs paterẽtur ignominiam, ſed cum hoc tempore ceſſet huiuſmodi licentia, videtur etiam dicendum, quòd huic præcep-
63 to locus non ſit, tamquam ex ceſſante cauſa. præterea † quia omnia illa præcepta, quæ ratione fœditatis, & immonditiæ tantum in veteri lege conſtituta erant, vti quo ad eſum, nec non, & iudicialia, ex Euãgelica lege ſublata cenſentur, ex illis, quæ habẽtur apud acta Apoſt. c.10. vbi Petro dictũ fuit,, occide, & manduca: quæ Deus purifica-
,, uit tu commune ne dixeris, quæ verba exponens Petrus dixit,, vos
,, ſcitis quomodo abominatum ſit viro Iudæo coniungi, aut accedere
,, ad alienigenam, ſed mihi oſtendit Deus, neminem communem, aut
,, immundum dicere hominem.

64 Quò verò ad ſecũdum de ratione iam dicta reſpondet Floren. quòd neq; hac ratione dicendum eſt, quòd ſit abſtinendum, quod quidem comprobari poteſt, primò quòd id nunquam cõtingere viſum eſt præſentib. temporib. raroq; euenire poteſt, vnde leges ad id quòd frequentius accidit reſpicere debent, l.3. cum ſeq. ff. de legib. ſecundò ex prædicta ratione, quòd melius eſt eſſe, quàm non eſſe.

65 Tertiò quia ſi hoc verũ eſſet, vtiq; ſequeretur, quòd ſi alter cõiugum lepra eſſet affectus, neuter eorum exigere poſſet, cuius tamen contrarium verius eſt, vt idem Flor. in præcit. loco docet, ergo, & illud unde hoc ſequitur, arguẽdo à conſequenti deſtructo, quoniam hoc caſu ſemper ſubeſt periculum generandi filium lepra affectum, quòd ſi peccatum eſſet exigere, tum cum ſubeſt iſtud periculum, iſti nunquã exigere poſſent, nam quòd temporale eſt in mẽſtruo, iſto in caſu eſt perpetuum, quòd ſi eſt peccatum, ita eſt euitandum perpetuo, vti ad tempus, quia præceptum non committendi peccatum, eſt præcep-
66 tum negatiuum, quod obligat ſemper, & ad ſemper: Credo † tamẽ quod in prædicto caſu bonum erit abſtinere, quia licèt non ſubſit pe

riculum lepræ, ſupereſt tamen periculum monſtruoſitatis ob ſuper abundantiam materiæ generationi aptæ, potiſsimum ſi aliquando eueniſſet, quòd monſtrum, vel lepra affectum genuiſſet, & vbicumq; etiam vir huiuſmodi fęditatem pati non poſſet, quia tunc abſtinendũ cenſeo, licet non ſub pœna peccati, ob turpitudinem actus, quæ ratio videtur potiſsimum conſiderata in ipſius leuitici verbis. adeſt vlterius periculum contagionis in viro, ne ſeminis fluxum patiatur, & ſi raro id contingat.

67 Quò verò ad mulierem, quemadmodum facere debeat, quò ad redditionem optimè conſulitur ab eod. Flor. in præcit. loco col. 2. verſ. conſulendum eſt, in qua re concludit, quòd ſi poteſt operari abſq; aliquo periculo quod vir abſtineat, quod poteſt à redditione abſtinere;

68 quo † verò ad exactionem cenſet nõ poſſe exigere ſub pœna peccati venialis, & non mortalis. Mihi tamen videtur, quod in muliere exactio non ſit ita prohibita vti in viro, quia earum fauore id introductùm videtur, & uiris præceptum, non ipſis mulierib. quare ſequitur vt introducta in fauorem non videantur in odium retorquenda l. ꝙ fauore C. de legib. c. quòd ob gratiam de reg. iur. in 6. cum ſim. propterea ego cenſeo, quod tunc demum abſtinere debeat, ſi ſuſpicetur virum ſtomacari huiuſmodi fœditatem, ne aliquo modo odio à viro habeatur, alioquin ꝙ poſsit liberè exigere ad euitãdã fornicationẽ.

69 Ratione conceptus dubitatur an licitum ſit à tẽpore conceptus vſq; ad perfectum tempus purificationis exigere, & an reddere adinuicem teneantur; in qua re poſſunt conſiderari tria tẽpora, tempus propè conceptum, tempus fætus adulti, & tempus poſt partum. In primo igitur tempore videtur & exactio, & redditio prohibita, quia de facili euenire poſſet, cum fætus vix eſt conceptus quòd ſi denuo ad actum cõiugalem deueniamus, vt matrix irretita denuo aperiatur, & fætus euaneſcat, quamobrem cum ſubſit periculum abortus primi fætus, videtur abſtinendum. Verùm hic animaduertendum eſt ad plura, ex quib. fit vt vnquàm vel vix vnquã cenſeam, quod iſte caſus poſſit euenire, & primò quod id ſcire difficilè admodum eſt & vbi id ignoratur, neutrum eſt prohibitum, propterea quod facilius aliquando ſolet mulier concipere ex ſecundo vel vlteriori actu, quam ex primo ob earum frigiditatem, quam neceſſe eſt aliquando plurib. irritamentis adiuuare; præterea, & ſecundò quia vt plurimum tunc ſuper fætatur, nouuſq; fætus alium expulit, quem etiam conſtat tunc animam non habere: præterea, & 3. quod tunc facillimè ſi non ſuper-

70 fętaret, attamen paulò poſt concipere poterit, quare † cenſerem id

de-

demum locum habere, ſi probabili aliqua coniectura concepiſſe dignoſcatur, eaq; ſit mulieris natura, ac imbecillitas, vt facilè veri abortus periculum patiatur.

71 Quo ad ſecundùm tempus, hoc etiam tempore nulla prohibitio ſubeſſe videtur, præterquàm ratione modi, cum fætus eſſet admodum adultus, & ſubeſſet periculum abortus etiam ex imbecillitate mulieris, proindè vir debet penſitare vtriuſq; vires, & ita operam dare, vt huiuſmodi periculum tollatur, ne ſuffocatio partus contingeret, pro vt aliquando vſu eueniſſe didici.

72 Quò ad tertium, & vltimum tempus, hoc tempore potiſsimum prohibita videtur, & exactio, & redditio, quia ineſt maximum periculũ mortis ipſi mulieri ex huiuſmodi actu, quare hoc tempore abſtinendum erit ſaltẽ per nouem dies poſt partum enixum, pro vt id regulariter attendendum docuerunt me obſtetrices; Verũ tamen eſt, quòd inſpecta imbecillitate, & validitate naturæ ipſius mulieris, huiuſmodi tempus in aliquib. magis protrahendum erit, aliquãdo etiam poſſet minus breue conſtitui. in hoc igitur caſu concludendum eſt, vxorem nullatenus teneri ad reddendnm, donec veroſimiliter de morte dubitat, quæ ſunt etiam ex mente Flor. vbi ſup. §. 4. & §. 10. quo verò ad exactionem medicus erit conſulendus.

73 Quo ad vtrumq; conſideratur tempus infirmitatis, hoc autem tempore conſideratur, vel infirmitas ſimplex, vel contagioſa. quo ad ſimplicem infirmitatem tum demum & exactio, & redditio videtur prohibita, & quòd denegari poſsit, ſi dubitetur ne ex eo actu ipſorum coniugum aliquis maximum vitæ detrimentum patiatur, vti docet Flor. p. 3. tit. 1. c. 20. §. 10. & Præpoſ. in c. 2. inf. de coniug. lepros.

74 In ſecundo autem caſu idem dicendum erit, ſi ea ſit contagio, quæ poſſet de facili alium vel diuturno morbo afficere, vt in lepra, c. 2. ꝑ. de coniug. lepros. vt idem Flor. in præcit. loco declarat, & DD. potiſsimum Præpoſ. in d. c 2. Alc. in Rub. ff. ſol. matrim. nu. 16. vel in morbo, quod gallicum nuncupatur hoc tempore, iuxta tradita per DD. in d. c. 2. potiſsimum ſi ignorabatur, vel ſuperuenit, per illa quæ ſup. anteced. c. 6. art. quo ad ignoratam, & mutatam corporis qualitatẽ

75 diximus. Verùm † tamen eſt, quod in prædictis caſib. vbi de morte non eſt dubium, infirmus licitè exigere poteſt, & alter reddendo nõ peccaret, quamuis ad ipſam redditionem non teneatur ob contagionis periculum, ex illis quæ docet idem Flor. vbi ſup. §. 5.

76 Quòd ſi leue eſſet periculum, reddere tenetur, potiſsimum vxor viro, in quo non ſubeſt tantus timor, & ita exponitur d. c. 2. vti beliſsi-

mè declarat Soto in 4.diſt.33.q.1.art.2.col.5.& 6.Idq. intelligit ſi ſit cōſumatū,q̃a vbi nō eſt cōſumatū nullatenus tenet, vt in c.1.d.tit.de cōiu.lepros.vel ſi ignoráter,q̃a ſi ſciéter ēt teneret īdiſtīctè,vt d.c.2.

77 Idem quoq; concludendum eſt multò magis ſi contagio ea eſſet, vt mors poſſet alteri eorum contingere,vti in leonina lepra,vel in peſte quia tunc neq ;exactio, neq; redditio vlli eorum eſt licita,vt patet ex illis,quæ notabiliter docet Sannaz. vulgò Ripa paternus Auus in tractatu peſtis partic. 1.2.partis nu.114.vſq; ad fin. in 23. priu. & Soto vbi ſup.an aūt ſaltē quo ad cohabitationē ſint ſeparandi,dicā ĩ.6.art.

78 Quod modo attinet ad locum, vel locus eſt publicus, vel eſt ſacer, in iſtis igitur locis dubitatum eſt,an huic effectui ſit locus.

79 Quod attinet ad locum publicum intelligere debemus,non quod ſit iuris publici, ſed quod ibi publicè homines conueniant, vti in platea,in via,& in his ſimilibus locis, in quibus quidem licèt communiter receptum ſit,neq; debitum exigendum,neq; ad redditionem quiſquam eorum teneri,vt patet ex illis,quæ infra citabo; Ego tamen id intelligerem,niſi locus eſſet omnino abſconditus, & tali tempore fieret, quod veriſimile eſſet, quod tunc temporis nullus inde tranſiret, quia tunc aliter cenſerem,ſaltem quo ad redditionem, ex his etiam conſtat, vt neq; fieri debere, neq; ad reddendum quemquam coniugum teneri, ſi aliquæ aliæ perſonæ præſentes adſiſtant,quæ id intueri poſsint,niſi aliquādo id fieret pro detegēdo impedimēto impotētię.

80 Quo ad locum ſacrum,etiam communi calculo eſt receptū, quod eo loci non poſſumus exigere,neq; tenemur reddere, pro vt ita declarat Flor.p.3.tit.1.c.20.§.2. Immo hoc caſu voluerunt nonnulli,quod ſi ſit eccleſia,quod eccleſia polluatur,vt in c.fin.ĩ.de conſecr. eccl. c. eccleſijs 86.diſtinc.c. eccleſijs de conſecrat. diſtinct. 1. quod tamen poſt Archidiac. in prædictis locis verum non eſſe probabat Io. And. in c. vnico de conſecrat. eccleſiæ in 6.& Hoſt. in d.c.fin.ſup.d. tit. & ibi Henr. Boic.idem probauit gl.in d.c. eccleſijs per tex. in c. ſi modum de conſecrat. diſtinct. 1.vbi tum demum conſecrandam eſſe, ac pollui cēſet eccleſiam,ſi homicidio,vel adulterio fuerit violata,quorum opinioni vti æquiori,ego quoq; libenter aſſentio, quamuis id ad præſentem quæſtionem non attineat.

81 Quo tamen ad ſacrum locum quæritur,ſi contingat coniuges ex aliqua neceſsitate lungo tempore morari in loco ſacro, vt potè quod ab hoſtib. eſſent ibi obſeſsi an hoc caſu poſsint exigere, reddereq; teneantur,in qua re pugnantes ſunt doctorum ſententiæ,vt patet ex illis quæ dicebat Couar.p.2.c.7.§.2.nu.3.propè fin. communiſq; videtur ea ſententia quod id fieri poſsit abſq; peccati mortalis reatu, ſed

an teneantur expreſſe, non determinant. Ego cenſeo, quod quo ad
exactionem ita diſtinguendum ſit, quod aut coniuges eius ſunt æta-
tis, vel naturæ, vt ſentiant ſe non poſſe continere, vel maximum ſub-
eſſe periculum effuſionis ſeminis, vel ſomniatę vel aliter, & tunc cen
ſeo, quod liberè poſsint exigere, moueorq; ex dictis Apoſt. 1. Corin.
c.7. vbi inquit, quod qui continere nõ poſſunt, nubant, quod ſit in for
nicationis remedium, & eo quod non abſtinendum cẽſet hac de cau-
ſa à debito coniugali, niſi communi conſenſu, vt in c. Apoſtolus 33.
82 q. 4. ſi † verò eius ętatis ſit, vel continentiæ, vt facile poſsit abſtinere,
tunc tutius erit, ſi abſtineat, quamuis credam, quod nõ teneatur ſub
pœna peccati, ſecũdũ cõmunẽ opinionẽ relatã à Couar. in p̃cit. loco.
83 Quo vero ad redditionem, indiſtinctè ego cenſeo, quod hoc caſu red
dere teneantur, dum tamen ſecreto id omnino fiat, ex ratione iam d.
de qua in d.c. Apoſtolus, & faciunt illa, quæ docet Flor. vbi ſ̃.§.7.
84 Quo autem ad modum, ſciendum eſt, quod in modo dupliciter pecca
ri poteſt, primo ſi ſemen extra vas debitũ emittatur, & hoc modo pro
hibita eſt exactio, & redditio, grauiſsimumq; ac deteſtandũ eſſet pec
catum iuxta illa, quæ habentur geneſi c.38. & in l. cum vir C. ad l. Iul.
85 de adult. ſecundo † ſi ſemen intra debitum vas emittatur, ſed tamen
non debito modo, in qua re ſciendum eſt, quod pleriq; theologorum
arbitrantur hoc quoq; modo, & exactionem, & redditionem potiſsi-
mum eſſe prohibitam ſub peccati mortalis reatu, quib. non aſſentit
Alber. Mag. vt refert Flor. vbi ſ̃.§.3. col.2. Mouentur theologi dupli
ci ratione, prima eſt, quod hoc modo impeditur prolis ſuſceptio, quo
caſu quodammodo fruſtratur natura, & efficitur, vt ex matrimonio
id conſequi non poſſumus, ad quod eſt inſtitutum. Altera ratio eſt,
quod cum id fiat ratione maioris voluptatis, videtur quodammodo
abuti ſacramento, quod in remedium fornicationis eſt adinuentum
tantum, non vt voluptati indulgeamus.

Prædictis tamen non attentis ego nõ puto recedendum ab opinione ip-
ſius Alber. & Flor. ſaltem, vt hoc modo dicamus, quod exactio non
ſit prohibita ſub pęna peccati mortalis, quamuis poſsit eſſe veniale
crimen, neq; licita omnino ſit, quò verò ad redditionem, quod nul-
86 latenus illa poſsit denegari, idq; primo † quia verum non eſt, quòd
impediatur prolis ſuſceptio ſi fiat aliter, quàm debito modo, qui mo
dus debitus, & à natura inſtitutus quantum ad ſitum declaratur per
Flor. vbi ſup. verſ. modus.n. à natura pro vt probabat Alber. Mag. in
lib. de ſecret. mul. immò quod magis eſt, ſunt aliquæ mulieres ita fri
gidæ naturæ, vt facilius concipiant, & ad ſeminis effuſionẽ deueniãt,
ſi ipſæ ſupergrediantur, pro vt aliquæ mulieres mihi atteſtatæ ſunt id

illis vſu eueniſſe, quare ſi quis ſimilem haberet vxorem, dicerem ne dum non abſtinendum ſed ita faciendum, pro vt etiam hoc ſentit idẽ
87 Flor. 2. † quia ſola voluptatis cauſa non efficit mortale de ſe, licet poſsit eſſe ſignum mortalis concupiſcentiæ, vti etiam probauit Ma-
88 giſtr. in 4. diſtinct. 31. cap. 3. præterea † quod neq; verum eſt, maiorem voluptatem inde nanciſci indiſtinctè, quia ſunt aliqui, qui maiorem voluptatem percipiunt, ex modo debito, quam ex indebito, in hac igitur re multa penſanda ſunt, & quo ad exactionem ita diſtin-
89 guendum eſt, quod † aut ſubeſt aliqua rationabilis cauſa aliter exigẽdi, vt potè ob periculũ ſuffocationis part⁹ ex aliqua ĩfirmitate, vel ex aliqua debilitate, ét ne ad act⁹ pfectionẽ deuenire poſſet aliter agẽdo, ꝓ vt vſu eueniſſe multis accepi, vel vt facili⁹ cõcipere vxor poſ
90 ſit, & hoc caſu licita oĩno videtur, aut † eſt nulla probabilis cauſa, & tunc reſpiciendum eſt qua intentione id fiat, vt ſiquidem fiat pro abutendo ipſo Sacramento, & cognoſcendi vxorem, tanquam ſi eſſet adultera, vel ad hoc ne concipere poſsit, hoc caſu eſt prohibita ſub reatu mortalis peccati, quod ſi adſit ſola intentio exigendi, vel reddendi ob euitandam fornicationem abſq. intentione non generandi, quãuis adeſſet quoq. intentio cuiuſdam maioris voluptatis, nõ eſſet omnino licita, ſed neq. prohibita ſub pœna peccati mortalis, pro vt tradidit Hier. Panorm. in ſuo confeſsionario ſub tit. de luxuria.
91 Quo autem ad redditionem, cum alter de alterius exigentis intentione qualitercumq. non habeat iudicare, non eſt dicendum, vt per hoc poſsit ei debitum denegare, pro vt ſentit Flor. in præcit. loco in fin. verbis. Nonnulli alij caſus nominatim colligi poterunt ex illis quæ declarabimus ʒ.6. art. de diſſol. quo ad torum, & ex his prima inſpectio finem recipit.
92 Quo ad ſecundam inſpectionem dicebamus ſup. quod cum ſacramẽtum iſtud ſit inuẽtum in remedium peccati fornicationis, quòd hinc fit, vt oriatur licentia exigendi, & debitum reddendi, quo cætera carnis vitia aliorumq; concubitus euitari poſsint, cum igitur iam diximus, quemadmodum inter coniuges illud fieri poſsit nunc dicendum eſt, quemadmodum iſtud ſit euitandum, in qua re oritur prohibitio ita generalis, vt nedũ omnia carnis vitia, & alieni concubitus ſint illiciti, ſed vt neq; aliud matrimonium cum alio contrahi poſsit, & quò ad concubitus extra matrimonium conſiderantur duplici modo vel generaliter quò ad omnes, vel ſpecialiter quo ad quaſdam tantum perſonas. Sunt igitur in hac inſpectione quattuor quæſtiones excutiendæ. prima, eſt quò ad ea carnis vitia, in quib. nõ adeſt na

turalis

turalis concubitus, ſecunda eſt, quò ad cõcubitum naturalem quò ad omnes, tertia quò ad coniunctos, quarta quò ad matrimonium.

93 Quò ad primam, & ſi cuicumq; etiam vxorem non habenti prohibita ſint prædicta vitia, particulari tamẽ quodam modo prohibita ſunt ipſis coniugatis, adeò quod vel ſi cum aliquo extra naturam fornicẽtur tamquam adulterij criminis rei, poſsint ab altero expelli, & coniugium quò ad thorum diſſolui, ſecundum illa, quæ inf. 6. art. dicam. quod idem cenſerem ſi iumentis iungeretur, vel ſi extraordinaria pol lutione aliquem polluerit. ex ſimplici tamen pollutione in ſe tantum admiſſa, crediderim quod hoc pacto non eſſet puniendus, niſi id face ret ex cauſa non generandi, & cum vxoris copiam habere poſsit, quia hoc caſu grauiſsimè omnino peccaret, vt colligitur Geneſi c. 38. qua re deus illum matrimoniũ morte diſſoluit, niſi forte mulier denegando debitum, cauſam præbuiſſet, quia licet grauiſsimè peccaret, non tamen ex hoc poſſet dimitti, verum in præcit. loco dicam.

94 Quo ad ſecundam etiam id certiſsimi iuris eſt, quòd eodẽ pacto par ticulari quodam modo coniugatis ſub adulterij criminis reatu prohibitum eſt, vt non poſsint neq; debeant carnali copula ſe alicui alte ri adiungere, & ſub ea etiam pœna, vt poſsint expelli à cohabitatione alterius, vt in c. 1. in c. ex parte. & c. in præſentia inf. eod. c. omnes cauſationes 32. quæſt. 7. Præpoſ. hic nu. 12. Hoſt. hic in ſum. nu. 8. & 21. Couar. p. 2. c. 7. §. 3.

95 Quò ad tertiam illud etiam concludendum eſt, oriri impedimentũ iuſtitiæ publicæ honeſtatis, nec non, & affinitatis ex matrimonio, quò ad eos, qui ipſis coniugibus ſanguine iuncti ſunt, adeo quod ſi eos cognoſcerẽt, ne dum adulterii, ſed & inceſtus crimen committerent, quæ etiam vincula operantur, vt eo matrimonio ſoluto aliud cõ

96 trahi non poſsit cum prædictis, primum † enim vinculum nempe iuſtitiæ publicæ honeſtatis, oritur ex matrimonio ſimpliciter cõtracto: affinitatis aũt ex conſumato, prout nouiſsime hæc opinio probata re manet ex c. 2. eod. in 7. quicquid olim dubium eſſet, an ex ſolo contracto matrimonio oriatur affinitas, vt patet ex illis quæ docet Cou. p. 2. c. 6. §. 7. nu. 3. Magiſt. in 4. diſtinct. 41. cap. 3.

97 Quò igitur ad vinculum iuſtitiæ publicæ honeſtatis de duob. dubitari poteſt primum eſt, vt videamus ex quo matrimonio oriatur, ſecundum vt videamus vſq. ad quem gradum protendatur; quod attinet ad primum breuiter agendo ſic puto diſtinguendũ, quòd aut ma trimonium eſt validum, aut inualidum; primo caſu nulli dubium eſt, oriri huiuſmodi vinculum, quemadmodum colligitur ex illis quæ do

cet

cet Flor. p.3.tit.1.c.11.Couar.p.2.c.6.§.2.nu.1. & §.7.nu.3. in fine vbi plures citat, & Pius v. in c.2.eod. tit.noſtro in 7.facit tex. in l. ſi
98 qua §.1.& l. ſemper ff.de rit.nup.§.vxor.in inſtit. de nupt. ſi † vero eſt inualidum,aut eſt inualidum defectu conſenſus, aut alia ratione; ſi defectu conſenſus,vel valet conſenſus ſaltem in vim ſpõſaliorum, vel non:in primo caſu,orietur huiuſmodi vinculum, non tamen tanquã ex matrimonio, ſed tamquam ex ſponſalibus,quod refert dignoſcere ex illis,quæ dicemus in ſecũdo dubio,quod declaraui anteced.c. hoc
99 eodem art. num. 52. ſi vero † nec in uim ſponſaliorum ſuſtinetur actus,tunc adhuc diſtinguerẽ, quod aut agimus de conſenſu, qui omnino defuit,vel de eroneo cõſenſu.primo caſu, vel reſpicitur is,qui re uera conſenſum præſtitit, aut is, qui nullatenus præſtitit.in primo caſu credo,quod iſte contrahat huiuſmodi vinculũ cum alterius ſanguine iunctis,quia quo ad iſtum re vera contraxit matrimonium, cõſenſu, qui ſolus ſufficit ad vinculum iſtud inducendum, cui opinioni deſeruit tex. in c. litteras inf. de deſponſ. impub.quando tamen alius conſenſui preſtando aptus eſt. quò vero ad eum, qui nullatenus conſenſit,crediderim nullum vinculum oriri, quicquid ex mente Palud. dixerit Flor. vbi ſ.c.10.& Couar. vbi ſ.nu. 3. quia cum matrimoniũ etiam quo ad conſenſum nullus ſit omnino, nullos etiam poterit operari effectus,quia non entis nullæ ſunt qualitates,l.eius qui in prouincia ff. ſi cert.pet.Illud tamen ab omnib. receptum eſt, quod ſi liquido conſtat, quod iſte non præſtiterit cõſenſum, ex defectu perſonali notorio,quod tunc huiuſmodi vinculũ non inducatur,patet ex illis,quę Flor. in præcit. loco declarat.

100 Si vero † ſit erroneus,tunc cenſeo oriri,quia non defuit omnino cõſens⁹, vti q̃ de diſcẽſu nõ cogitauit,& maritali affectu reuera cõſẽſit.

101 Si verò alia ratione inualidum ſit matrimonium,nihilominus ex eo oritur huiuſmodi vinculum, quia cum ſolus conſenſus ſufficiat ad illum inducendum,conſenſu matrimonium dicitur perfectum,vbi cõueniunt contrahentes,vt in eo permaneant,& copula abſit; propterea dicebat gl. in c. ſi quis deſponſauerit 27. q. 2. quod ex matrimonio contracto cum monacho, vel moniali oritur huiuſmodi impedimentum,quam gl.opinionem probauit Sang. in c. ad audiẽtiam col. 2.vbi optimus tex. inf. eodem idq; colligitur ex tex. in c.1.in princ. de ſponſalib. in 6.ſequitur Couar.vbi ſup.nu. 2. quod etiam iure nouo locum habet, quicquid iſtud correctum arbitretur idem Cou. vbi ſup. ex Conc. trid.diſpoſ. de refor.mat.c.3.quãdoquidẽ verba Conc. intelligenda eſſe de ſponſalib. de futuro tãtum in prædicto caſu decla-

clarauit Pius V. in c. 2. eod. in 7. quo loci expreſſe probat hanc veritatem, idq; explicaui anteced. c. eod. art. nu. 52.

102 Quo ad ſecundum dubium concludendum eſt, quod extenditur huiuſmodi vinculum vſq; ad quartum gradum, quemadmodum communiter probant. DD. in præcit. locis potiſsimum Flor. & Couar. quoniam ex dicta declaratione Pij V. quo ad matrimonium huiuſmodi impedimentum non eſt reſtrictum, „cum longe maiorem rationẽ pro „ hibitionis in matrimonio per verba de præſenti contracto, quam in „ ſponſalib. de futuro uigere, à nemine dubitetur, vt inquit Sum. Pontif. quicquid aliter cenſuerit Couar. d. §. 2. nu. 1.

103 Quò autem ad vinculum affinitatis duo etiam hic declaranda ſunt, primo quemadmodum huiuſmodi affinitas oriatur ex matrimonio, ſecundò vſq; ad quem gradum operetur. quo ad primum primo loco conſideratur ex qua matrimonij cõſumatione oriatur, ſecundo cõſideratur quale debeat eſſe matrimonium. Quod attinet ad primam conſiderationem illud penes omnes certiſsimum eſt, quod ſi re vera affuit conſumatio ſecundum illa, quæ declarauimus ſup. anteced. art. prope finem nu. 118. cum plurib. ſeq. oritur huiuſmodi vinculũ, pro

104 vt docet Couar. p. 2. c. 6. §. 7. nu. 3. verſ. vnde conſtat, ſed † dubium eſt, an ex ſola tentatione extraordinariaue pollutione, ac ſolius corporis comiſtione iuncto maritali affectu contrahatur, in qua re Flor. p. 3. tit. 1. c. 11. col. 2. ibi nam attentatio, & paulo poſt, & prope finẽ princ. ibi vel coniunctionem adhoc ordinatam, quamuis ea verba exponat Couar. vbi ſ. de coniunctione conſenſus tantum, & ante Flor. Goffred. in ſum. inf. de eo qui cog. conſ. vx. ſuæ probarunt hoc etiam pacto affinitatem contrahi, à quib. non diſſentiunt illi, qui arbitrati ſunt, ex ſolo contractu matrimonij oriri affinitatem, quos Couar. vbi ſupra recenſuit.

Ego tamen arbitror tutam non eſſe in puncto iuris hanc opinionẽ, quia cum affinitas proueniat ex coitu naturali, & ex vinculo illo indiuiduitatis, quod ex conſumatione oritur, vti docet idem Flor. & Cou. in præd. locis, non temere eſt iſtud extendendum, ad caſus imperfe-

105 ctę, nec verę cognitionis, & fortè damnatæ libidinis, neq. † me mouet tex. in c. iuuenis inf. eod. & in c. fraternitatis inf. de eo qui cog. conſ. vx. ſuæ, vbi habetur quod ex huiuſmodi tentatione facta cum ſponſa, cum qua non potuit cõſumari rectè, diſſoluitur matrimoniũ poſtmodũ contractũ cũ conſanguinea ipſius ſponſæ, quia reſpõdeo, quod apparet ibi, illam diſſolutionem potiſsimum fieri ob impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, & quamuis in d. c. iuuenis, ſubii-

Digitized by Google

ciantur illa verba,, tum propter prædictam dubitationem hæc verba non innuunt fuiſſe contractam affinitatem, ſed tantum dubium probabile oriri ex illa tentatione, & extraordinaria libidine, quod fuerit illa puella apta contrahendis ſponſalib. malitia ætatem ſuplēte, & per conſequens ex illo dubio valida illa ſponſalia diiudicantur, tamquam ex vehementi præſumptione, vti etiam diximus antecedenti c. hoc eod. art. nu. 50. hinc fit, vt nullatenus illa ſponſalia diiudicaren-
106 tur in matrimonium tranſiſſe; cenſeo † tamen quod ſi affuit corporum comiſtio, licet non ſeminis, quod ex dubio diiudicaretur affinitas in foro exteriori, quemadmodum diiudicatur cōſumatum, vti ſ. 4. art. nu. 120. dixi, & hanc opinionem etiam videtur probare idem Couar. in præcitato loco.

107 Quò vero ad ſecundam conſiderationem diſtinguendum eſt, quod vel matrimonium eſt validum, vel inualidum. ſi validum, certum omnino eſt ex conſumatione oriri affinitatem, l. non facile §. affines, &
108 §. ſciendum ff. de gradib. toto tit. inf. de conſ. & affinit. ſi verò † inualidum vel defectu conſenſus, vel alio reſpectu. defectu conſenſus vel omnino, vel non omnino. priore caſu vel vterq; non conſenſit in copulam affectu maritali, vel vnus tantū; ſi vterq; ego credo non cōtrahi affinitatem ex matrimonio, ſed quidem ex fornicario coitu; ſi verè cognita ſit mulier, ſecundum illa, quæ declaraui ſup. anteced.
109 art. prope finē nu. 118. & ſeq. Quod † ſi affuit affectus maritalis, ex parte vnius, contrahitur tamquam ex matrimonio, quia affectus maritalis, & copula operantur huiuſmodi vinculum, vti docet Flor. p. 3. tit. 1. c. 11. & huiuſmodi affectus operatur, vt efficiātur vna caro quo ad carnis coniunctionem, licet non quo ad conſenſum, refragante in
110 ualiditate: Quare idem † dicendum erit, quotieſcunq; ſequitur copula ſi adſit maritalis affectio, licet conſenſus fuerit erroneus.

111 Si verò in vim ſponſaliorum valet tantummodo matrimonium ex copula ſecuta ex poſt, non contraheretur affinitas tamquam ex matrimonio, ſed tamquam ex fornicario coitu, intelligendo tamen quādo re vera, tum cum fuit contractum non aderat potentia, & diſcretio, vt ſ. 4 art. in perſonæ circunſt. dixi. Si verò inualidum quacūq; alia ratione, quia ſemper adeſt affectio maritalis, affinitas tamquam ex matrimonio contrahitur.

112 Quò verò ad ſecundum, quod hic declarandum propoſuimus, quò ad quas perſonas, ſeu ad quem gradum ex matrimonio affinitas contrahatur hic poſſunt conſiderari vel gradus quo ad conſanguinitatē eorum qui iungūtur, vel genus quò ad ipſammet affinitatem. Quod

attinet

Digitized by Google

attinet ad gradus, ſatis illud conſtat cōtrahi affinitatem à viro, cum vxoris, & ab vxore cum viri conſanguineis vſq. ad quartum I.P. gradum, quamuis conſanguinei ipſi ad inuicem non iungantur, vt tradit Goſtr. Hoſt. & cæteri inf. de affinit. & conſ. Flor. & Couar. in præcit. locis, vnde illis ſine incœſtu iungi nequeunt, c. ſi quis vxorem, c. qui dormierit, & c. concubuiſti 32.q.7.c.1. & toto tit. inf. de eo qui cog. conſ. vx. ſuæ.

113 Secundo verò modo hodie probatum eſt, quod affinitas primum genus non excedit, adeo quod relictam ab vxoris quondam meæ fratre, qui mihi affinis fuit, quare vxor etiam affinis erat in ſecundo genere, nūc vxorem ducere poſſum, pro vt communiter probatum docet Couar. d. §. 7. nu. 6. poſt Flor. in præcit. loco, quicquid Inoc. & Io. And. in arbore affinit. putent correctum ius antiquum tātumodo quò ad ſobolem ſecundi viri, cum primi viri conſanguineis, non cum ipſo viro per diſpoſitionem d.c. non debet inf. de conſ. & affin. quorum forte opinio poſſet diſputando defendi, niſi communis vſus, & longæuę conſuetudinis interpretatione, quæ fauet matrimonijs, & tendet quantum fieri cum decentia poteſt ad remouenda impedimenta, cōtrarium eſſet probatum, cui conſuetudinis interpretationi ſtandum eſt, cum optima ſit ipſarum legum interpres, l. ſi de interpratatione, & l. minime ff. de legib. cuius rei rationem bellisſime explicat Ariſt. lib. 2. polit. c. 6 Plutarchus in Pauſania in Apoph ex his conſtat, qua ratione factum ſit, vt Sin. Trid. ſeſſ. 24. de ref. mat. c. 2. & ſeq. plura alia impedimenta ſuſtulit, atq; ad minores gradus reſtrinxit.

114 Quò ad quartam quæſtionem, primò illud ſciendum eſt, quòd hoc tempore poſt Chriſti Domini noſtri aduentum, & antiquis quoq. tēporib. ante diluuium nulli licuit, neq. licet contracto vno matrimonio, donec illud ſubeſſet, aliud contrahere, quod quidem naturali ratione, ac iure factum probauimus ſ. art. 2. ad mentem Soti in 4. diſtinct. 33. q. 1. art. 1. idq; etiam iure diuino cautum ex verbis Adam. Gen. c. 2. ,, Aderebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, & ex verbis Xpi Matt. c. 19. & Marci c. 10. ,, itaq; iā nō ſunt duo, ſed vna caro; q̄ verba ne dum dicta eſſe, vt vnica ſit vxor vnius viri eodem tempore, ſed vt etiam à ſecundis nuptijs primis ſolutis ſit quodammodo abſtinendum, probabat Beat. Clem. in conſtit. Apoſt. lib. 3. c. 2. quemadmodum ibi explicat Franc. Turrian. & diximus ſup. 4. art. in quant. circunſt. nu. 71. & plurib. ſequen. & potisſimum nu. 75. probatur e-

115 tiam † ex illis Domini verbis Matth. c. 19. ,, quicūq. dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit mæchatur, ergo multo magis, & qui ea re

Bb 2 tenta

tenta aliam duxerit mæchatur, neq. n. męcharetur quis ſi propria v-
xore viua, alteram duceret, ſi multas habere vxores ius, faſq. fuiſſet,
quamobrem Lamech. primum contra naturalem primam inſtitutio-
nem peccauit, duas vxores accipiēdo, vt habetur Gen. c. 4. prætérea,
& Dominus noſter quoties de connubio loquitur, maritos, & vxores
nunquam nominat, ſed vxorem, & virum, & Apoſt. 1. Corin. c. 7. ſua-
det, vt ſuam vnusquiſq. habeat vxorem, non ſuas, vti docet Innoc. 3.
in c. gaudemus inf. de diuor c. Accepiſti, & tot. tit. infr. de ſponſa.
duorum, belliſsimè hanc rem proſequitur Couar. p. 2. c. 7. nu. 1. & 2.
adeo quòd ſi quis eod. tempore plures nuptias contraheret, nullæ va-
lidę eſſent, quicquid aliqui diſtinguāt, vt patet ex traditis per Bohic.
116 in d. c. gaudemus nu. 5. immo † huiuſm. nuptias contrahens ſuſpe-
ctus ēt hæreſis cenſendus eſt, quaſi non rectè ſentiat de ſacramento,
prout declarat idem Couar. vbi ſ. nu. 6. eoſq. qui ſecundas contrahūt
adulterij pænis reos eſſe, cenſendum eſt, iure quidem ciuili ex ſtu-
pro, l. eū qui duas C. ad l. Iul. de adult. neq. illa dictio ſtupri ibi adul-
terij interpretari pōt, quemadmodum pluries in legib. id vſurpatum
probauimus anteced. c. hoc eod. art. nu. 29. cū plur. ſeq. & potiſsimū
35. quia adulterium in aliena tantum vxore comittebatur, ſed id iu-
re Canonico verum potiſsimum arbitror, quo adulterium comittit,
qui aliam, quàm propriam vxorem cognouit, quò etiam nunquam
plures nuptiæ eodē tempore ſunt receptæ; quāuis iure Ciuili aliter
aliquando fuerit obſeruatum, vt vſu plures quis poſſet vxores habe-
re, non tamen matres familias, vti docet Soto in 4. q. 1. art. 2. col. 5. ex
his non immeritò Imperatorū Teodoſij, Arcadij, & Honorij reſcri-
pto Iudæis polygamia eod. tpe fuit interdicta, vt in l. Nemo Iudeorū
C. de Iudæis, & calicolis habet̄, & alijs ēt pænis ſubijciūt, vti p Cou.
117 nu. 6. & ſeq. vbi ſ. quod ſi † aliquando à ſanctis patribus plures nu-
ptiæ contractæ videntur, id fuit poſt diluuium vſq. ad Chriſti aduen
tum, primo ad reparationem generis humani, diuina diſpenſatione
conceſſum, deinde populi Iudaici, eò quod is tātū fuerat ab eo ele
ctus, neq. gentib. poterat cōmunicare, idq. forte ex illis verbis Gen.
c. 8. creſcite & multiplicamini, in hac. n. ſecūda inſtitutione nō ſunt
iterū plata verba Adæ, vt habet̄ in c. obijciunt̄ 32. q. 4. Auguſt. lib. 16
118 de Ciuit. Dei c. 38. Illud † enim cenſeo, abſq. diuina permiſsione
ex ſimplici conſuetudine non potuiſſe induci, vt id licitum eſſet ad-
uerſus diuinum præceptum, quemadmodum deffendit etiam Couar.
in præcit. loco nu. 1. & 2. Neq. dicat aliquis, atqui minores numero
erant in prima Inſtit. quàm in 2. quia non ita breuis erat hominum

ri-

Digitized by Google

vita, quare cenſeo id generaliter permiſſum, donec a Chriſto Domino iterum Adæ præceptum fuit confirmatū. Quare † cùm poſt Xpi
119 aduentum omnes gentes ad fidem vocatæ ſint, & vnam tantum Eccleſiā ſibi perpetuo coniugij qnodammodo vinculo Chriſtus Dominus adiunxerit, ceſſante cauſa, & ſigno iterum conſtitutum eſt, vt quis non poſſit eod. tempore plura matrimonia contrahere, diuina lege reuocata dicta diſpenſatione.
120 Hic igitur videndum nunc eſt, quod nam matrimonium operetur, vt eo contracto aliud eo durante contrahi non poſſit, in qua re diſtinguendum eſt, quod aut matrimoniū eſt certum, aut incertum. ſi certum, aut validum, aut eſt inualidum. ſi eſt validum, aut eſt conſumatum, aut non. Si eſt conſumatum certiſſimum eſt ſemper hunc effectum habuiſſe, vt patet ex toto tit. ꝟ. de ſponſ. duorum. ſi vero † nō
121 eſt conſumatum etiam idem dicendum eſt, vt habetur in c. licet, & in c. fin. d. tit ſed dubium eſt, an aliquando matrimonium poſtmodum ſecutum, & conſumatum validum extiterit, tamquam qđ primū fuerit de facto ſolutum, ex illis, quæ in præd. iurib. habentur, de qua re videri poterunt per Couar. tradita vbiſupra c. 5. & illa quæ notauit Ant. Aug. ad c. 3. d. tit. de ſponſ. duor. in prima compil. vbi id Romanos Pontifices cenſuiſſe reſpondent priuato iudicio, non legem cōdendo. quoniā neq. Pontificē poſſe condere legē cenſent, qua primū hoc pacto cōtractū, ex ſecūdo cōſumato diſſoluat, licet forte poſſet diſpenſare diſpenſatione particulari, de qua re ꝟ. 6. art. dicemus.
122 Propterea † neq. etiam conſuetudine ius aliquod quod validum eſſet contra diuinā diſpoſitionem, & ſacramenti indiuidui vinculum, ac ſignaculū, ſecundū illa, quæ ꝟ. 4. art. in rei circumſt. diximus, induci potuit, propterea tex. in d. c. fin. dū inquit, de cætero, intelligi debet quo ad pænam à canonib. impoſitam, vt illa non haberet locum, quo ad præcedentes contractus, non aūt quod ibi probauerit huiuſmodi contractus validos fuiſſe, ſed hęc parum ad rem noſtrā attinēt.
123 Quò verò ad inualidum matrimonium, vel agimus antequam iudicio eccleſiæ fuerit diſſolutū, vel poſt. priore caſu adhuc matrimoniū habet effectum prohibitionis, quàmuis contractum ex poſt non eſſet inualidum, neq. diſſoluendum, pęnitentia tamen iniungenda eſſet ipſi contrahenti, ſi contingeret primum inualidum dijudicari, vti docet text. in c. cum in apoſtolica vbi gl. ꝟ. eod. facit text. in c. 1. infr. de
124 mat. cont. cō. interd. eccl. poſt vero † ſolutionē iudicio eccleſiæ factam amplius inualidum matrimonium hunc effectum non habet, vt probat tex. in c. veniens ad apoſtolicam inf. eod.

125 Si

125 Si verò incertum, aut incertum penes unum tantum, aut penes omnes 2. contrahentes. primo caſu, aut ille qui incertus eſt, omnino ignorat, aut eſt dubius. ſi ignorat conualidari poſset, ſi fuiſſet cum ignorante ſecundum contractum, & deinde primum morte ſolutum, ſiquidem id pendet à voluntate ipſius ignorantis, vt in c. 1. inf. de eo qui duxit in matr. quam poll. per adult. declarat gl. in d. c. cum in apoſtolica, Couar. p. 1. c. 4. nu. 3. diximus §. anteced. c. art. 6. nu. 55.

126 Si verò ſit dubius, crediderim, quòd ex ſcientia vnius, & dubio alterius, qui mala fide, & ipſe contraxit antequam re vera certus redderetur, quòd id diligenter inquirere permiſſerit, non poſſet conualidari, arg. eorum quæ mox ſubijciuntur.

127 Si verò eſt incertum ſeu dubium de morte alterius coniugis, apud ambo, adhuc ſecundum contrahi non poteſt, vt in c. in præſentia ꝭ. eod. c. 2. ꝭ. de ſecund. nupt. dubitatur tamen, an ſi contrahatur, validum ſit, in qua re belliſsimè Soto in Quarto diſtinct. 37. q. 1. art. 5. quem omniuo videndum dixit Couar. vbi ſup. nu. 5. diſtinguit, quod aut tanta fuit mala fides contrahentium, vt crederent matrimoniũ non valere, & tunc quia verè contrahendi intentio deficeret, matrimonium eſſet nullum, quod ſi credebant validum, & ea mente contraxerunt, validum tunc erit, prout iſtud ſecundum probatum rema-
129 net communiter ex citatis per Couar. iam dicto loco. Huic † malo mederi cupiens ſinod. trid. ſeſſ. 24. de reform. matri. c. 7. adhærẽs concil. colon. ſecund. part. 7. c. 45. prout habetur in quinto concil. tomo prohibuit parochis, ne interſint eorum matrimonijs, de quibus dubitari poteſt, ne alias habeant vxores, quòd ſint vagantes, & incertas ſedes habeant, quò caſu ſine illorum præſentia celebratum nullatenus valeret, vt ſupra 4. art. in perſon. & modi circunſt. diximus

130 Quod modo attinet ad eos effectus, quos matrimonium habet, etiã vti contractus, in quibus verſatur ſeconda pars huius art. ex contractu igitur ſuapte natura oriri obligationem probatur in l. conſilio in fine ff. de Curato. furioſ. l. 1. §. verbis ff. de action. & oblig. l. licet §. ea obligatio ff. de procur. Iuſt. in prin. in Inſtit. de verb. oblig. nos verò non ſimpliciter obligationes, ſed effectus nũcupabimus, cũ & aliquos, in quibus non verſatur obligatio declaraturi ſimus. conſiderantur igitur, huiuſmodi effectus, vel quò ad perſonas tantum, vel quò ad res etiam, quò ad perſonas vel reſpiciunt ſolum ipſos coniugatos, vel reſpiciunt alias etiam perſonas.

131 Quò ad coniugatos præter effectus illos, quos ſupra in prima parte declarauimus de licentia exigendi, & obligatione reddendi, quæ

ad

ad ſacramenti effectus potiſsimum ſpectant, conſiderantur alij, qui tāgunt ēt fidē coniugij, q̄ fides inter bona matrimonij connumeratur, vtſupra dicebamus.

Horum igitur aliqui conſiderantur ex parte vnius tantum, aliqui verò vtriq; cõmunes ſunt, cõmunes .n. ſunt dilectio, & caſtitas cõiugalis.

132 Quò enim ad dilectionem, ita vxor virum diligere debet, vti vir vxorem, & illi non minus adherere, vti ille iubetur Geneſi c. 2. Mathei c. 19. Paul. ad eph. c. 5. Magiſtr. in 4. diſtinct. 26. c. 5. „ viri dili-
„ gite vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam, quod etſi huomini dictum ſit, id factum eſt ob naturalem poteſtatem, quam in vxorē habet, ex qua tolli videtur amoris perfectio, quaſi inferatur, ꝙ mulier ſuapte natura ad virum diligendum aptior ſit, ex maiori bono, & adiumento, quam ipſa conſequitur, quare monetur vir, vt talem ſe vxori præbeat, vt illa agnoſcat ſe non vti ſeruam, ſed vti ſociam diligi, quemadmodum formatio Euæ ex Adami coſta demonſtrat.

133 Quò ad caſtitatem, iam id etiam ſup. 1. parte explicauimus, verùm illud hic ſubiicio, quod reſpectu ſtatus politici, potiſsimum mulier tam verbis, quàm facto talem ſe oſtendere debet, vt abſtineat ab omnibus, quæ qualem qualem, vel minimam dedecoris notā illi afferre poſſent, adeò quod aliquando dubitatum ſit, an vitę potius, quàm honoris ratio ſit habenda, in quare, dixit Franciſcus Petrarcha.

„ Non fur Madonna mia
„ Senz'honeſta mai coſe belle, ò care

134 Hinc dubitatum fuit, an mulieri liceat potius ſe ipſam interimere, quàm permittere, vt ſibi violentia inferatur, quàmuis tamen nullatenus id faciendum doceat Archiep. Flor. p. 2. tit. 7. c. 8. §. 3. col. 2. cum enim in violentia ſibi vi abſoluta illata, nullum prorſus peccatum committat, nõ eſt cur ſe ipſam aduerſus Dei præceptum, „ non oc
135 „ cides, interficiat; Ex his † fit, vt grauius ſecundum leges ex adulterio mulier puniatur, & homo alterius vxorem cognoſcens, quàm vir, qui aliam, ſolutā tamen, cognouerit, mitiuſq; vir punitur, qui ea de cauſa mulierē interfecerit, Hiſpaniæq; muliere hac de cauſa pub. iudicio damnata à Iudice, viro cõceditur, vt illam poſsit interficere, idq; tunc ſinę peccato licere docet Soto in 4. diſtinct. 37. q. 1. art. 2. col. 4. æquiuſq; eſſe duxit, quàm quod Iure Ciuili Romanorum cautum eſt, vt Iuſtitiæ miniſter id peragat, cuius rei plures, nec inellegā- tes, rationes attulit.

136 Ex parte autem vnius tantum, vel conſideratur vir, vel vxor. ex parte viri illi potiſsimum competit cuſtodia, atq; deffenſio, qua vti robu-

buſtior vxorem tueri debet, quare & moderatè illi imperare poteſt, & etiam moderatam coërctionem in eam exercere, c. ſicut alterius 7. q. 1. Soto vbi ſup. col. 1. & prope finē, vtq; illam peccare neq; permit-
137 tat, neq; faciat, quare † etiam quò ad bona eius eſt legitimus procurator, hinc matrimonium mulieris dici munimē ſ. 1. art. 2. q. dixi; cui illud adſtipulatur, quod mulier olim in perpetua hominum tutela erat, donec erat inupta', quia vbi nupta, tunc viro vti filia erat, quemadmodum docet Ant. Auguſ. ad ll. xii. tab. c. 18. quare in eam ſæuire, illamq; morte afficere nullatenus poterat, quia iſtud non eſt
138 cuſtodire, atq; deffendere, ſed tollere. nihilominus † etiam vxor illa omnia, quæ poteſt, & verbis, & facto præſtare debet, quæ ad viri defenſionem ſpectant, nec illi aliquo modo nocere, neq; permittere, facereq. vt peccatum committat.

139 Hincq. factum eſt, vt Iure Ciuili parricidij rei efficiantur, qui alteri mortem intulerit, iure verò Pontificio perpetuò matrimonium contrahendi facultate priuantur, quemadmodum docuimus antec. cap. hoc eod. art. nu. 39. & 6. art. nu. 16.

140 Ex parte autem vxoris potiſsimum obedientia viro debetur, & vti ſubdita illi in honeſtis obtemperare debet, ex illis quæ ſup. 2. art. 2. quæſt. docuimus ad mentem Ariſt. 1. polit. non autem moroſam ſe adeo præbere, vt nil magis ſe amare demonſtret, quàm ea facere, quæ vir odit, eiuſq. moribus ſunt aliena, iuxta illud, quod facetè dixit Gabriel Faernus in quadam fabula.

„ Mea enim dum viueret vxor
„ Tam moroſa fuit, tam alienis ſemper abhorens
„ Moribus, & factis, vt nunc quoq. mortua labi
„ Haud aliter poſsit, quàm aduerſa fluminis vnda,

Ita enim iuſsit mulieri Deus Gen. cap. 3. „ ſub viri poteſtate e-
„ ris, & ipſe dominabitur tui, quod quidem ex obſequentia moderata viri, ac moderato imperio facilius prodibit.

141 Ex huiuſmodi obedientiæ præcepto tenetur vxor virum ſequi quocunq. ierit, & perpetuò illi cohabitare, non tamen vir abſq. vrgenti cauſa debet huc, atq. illuc vagantem vxorē ducere, de qua tamen relatius in explicatione c. 1. hoc tit. noſtro dicemus, & nō nulla ꝟ. ſeq.
142 art. ſubiciemus. Cum † enim duo ſint in carne vna, non minus uir vxori, quā uxor uiro præſto eſſe debet, quā ſi utriuſq. anima utriuſq. regeret corpora, & utraq. eiuſdem volūtatis eſſet, corporaq. duo unum, & utraq. unū, prout perfectus amor, qui coniugalis eſt, ex Platonis ſententia operatur, de quibus quidem omnibus habetur in c. li

teras

Digitized by Google

teras, c. ex parte, & c. ex tranſmiſſa ꝫ. de reſt. ſpol. Sangeorg. in c. 1. ꝟ. de coniug. lepros. Hoſt. hic in ſumma §. qua ratione, & hæc quò ad obligationes mutuas ratione fidei ſint ſatis.

143 Quò verò ad effectus prouenientes ex matrimonio quò ad alios, iam ſupra conſiderauimus in effectu ſacramenti de obligatione proueniente quò ad conſanguineos vtriuſq; tam ex pub. Iuſtitiæ honeſtate, quàm ex affinitate, necnon quò ad omnes in genere ad euitanda carnis vitia: nunc ſupereſt vt hic examinemus illos effectus, qui reſpiciunt filios, qui ſolent perpẽdi quò ad prolis bona à noſtris, cũ ea potiſsimum ratione matrimonium ſit inſtitutũ, illiq; filij ſint, quos nuptiæ demonſtrant, vt ſup. 1. art. 2. quæſt. & 2. art. 2. quæſt. docuimus, maximeq; iſtud bonum commendat Couar. p. 2. c. 8. in prin. quò igitur ad prolẽ effectus matrimonij cõſiderantur vel ante partũ, vel poſt partũ; ante partũ vel in conceptu, vel dũ mulier eſt grauida.

144 In conceptu igitur tenentur parentes nedùm cauere ne illum impediant, cum ſimul rem habent, quemadmodum ſup. 1. parte quò ad temporalia impedimenta exigendi ratione modi dixi, ſed etiam omnem operam, ac conatum, qui ſecundum naturam poteſt, adhibere, vt omnino conceptus ſequatur, quod quidem probatur in cap. 1. §. 1. & c. ante peccatum ꝟ. de frig. & malef. in §. his ita reſpondetur 32. q. 2. c. cum igitur 31. q. 1. Gen. c. 8. & c. 1. facit tex in l. liberorum ff. de verb. & rerum ſignif. docet hic Hoſt. in ſumma §. & quare contraha-

145 tur ad mentem Fratris Henrici Teutonici. Cuius † rei illa eſt ratio, quod cum naturale ſit æternitatis deſiderium, quam cum homo vti mortalis in indiuiduo conſeruare nequeat, ſaltem eniti debet, vt ſpeciem conſeruet per filiorum generationem, eo magis quod in matrimonio nedùm in ipſa ſpecie in genere, ſed & in familia, ac propria cognatione, nomineq; ſeruatur; proinde huius potiſsimum rei gratia matrimonium fuit conſtitutum; quare quoties quis generationi operam non dat, aduerſus hoc deſiderium, finemq; ipſum agit, quare nec id, quod tunc agit, dicitur agere, cum omne agens (teſte philoſopho) agat propter finem, & per conſequens aduerſus ipſum finem, ac naturam dicitur peccatum committere.

146 Dum verò grauida mulier eſt, tenentur iiſdem rationibus operam dare, vt partus educatur fœliciter, ac in lucem deueniat, eaq; omnia euitare, ex quibus cõtingere poſſet abortus, nedùm, dum eſt fœtus adultus ob animę timorem, ſed & ante animę immiſsionẽ, prout etiã declarauimus in prima parte, in temporali ipſius modi impedimẽto.

147 Poſt vero partum conſiderãtur effectus, vel in ſola liberorũ ſuſcep-

tione, vel quò ad educationem;in ſola liberorum ſuſceptione tenē-
tur bono,& hilari animo parentes filios ipſos ſuſcipere quos,& quot
illis dominus cōcedit, nulla habita ratione, ꝙ ſint deformes, quod
ſint fæminæ,quod ſint in magna quantitate, quāuis ipſi parentes ſint
148 pauperes,cum enim † natura finem ſuum ſortiatur, Deoq; omnes
ſerui naſcantur, cui inſeruiens hæc ſpecies ipſorum multiplicatione
conſeruatur,Reſpublicaq; liberis hominibus repleatur,propriū quo
dam intereſſe harum ratione omitti debet, quis enim qualis, quan-
tuſq; eorum aliquis futurus ſit ſcire poteſt? et ſi Deus volucres cęli,
& cuncta animalia, ac piſces paſcit,quanto magis hominibus,quæ il
lis neceſſaria ſunt petentibus concedet?vt habetur Math.c.6.& Lucæ
c. 12. ita docet Hoſt. in precitato loco,verſicul. & gratanter: ex his
149 † factum eſt,vt multis pręmijs, ac priuilegijs à iure homines alli-
ciantur ad ſobolem ſuſcipiendam, de quibus in l. 1. ff. ſolut. matrim.
in l. 2. C.de indict.vidua tollend.in l. ſi quis decurio 2. huiꝰ initij C.
de decur. lib. x. l. 1. C.qui num.liber.ſe excuſ.l.ſemper §. demōſtratio
ff.de Iur. īmun.l.qui pater. 55.tit.de decurion.lib.xii.in Cod.Teod.l.
amiciſsimos §.vlt.ff.de excuſ.tut.§. 1.in inſtit. eod. notanda eſt diſpo
ſitio conſtit. huius Dominij lib.4.tit.xv. de immunitate, & iure xii.
lib.quæ ſi oīa eſſent proſequenda, nimis in longū res protraheretur.
150 Hinc,& ſecundò oritur conciliatio amoris coniugalis,cum ex ne-
xu filiorum,ac prolis magis ſibi inuicē amore ſint deuincti cōiuges,
hincq; fit, vt illa indiuidua cohabitatio, ac vitæ diuturna conſue-
tudo, & dulcis,& delectabilis efficiatur, eo quod dulci quodam mix
to vtriuſq; imago in filijs proſpicitur natura ipſa pictrice, & vnio il
la,quæ inter ipſos inuiſibilis eſt,viſibilis efficitur: hinc dixit Regius
vates pſal. 127.,, vxor tua ſicut vitis abundās in lateribus domus tuę,
,, & filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ; quæ verba
belliſsimè explicat Flor.p.3.tit.1.in primis verbis,de qua re etiam el
leganter diſerit Couar. p. 2. c. 8. in initio.
151 Quò verò ad eos effectus, qui conſiderantur quò ad filiorum ipſo-
rum educationem; hi conſiderantur,vel ratione eorum,quę parenti-
bus a filiis præſtantur,& debentur,vel eorum,quæ a parentibus filijs:
Quò ad primos eſt Reuerentia,ac ſubiectio: quo ad reuerentiā Cla-
rum eſt filios parentibus reuerentiam debere, adeò quod aduerſus
eos Iudicio,neq; actione experiri,poſſunt, ſed tantummodo officio
iudicis venia impetrata,l. quiq; litigandi,cum plur. ſeq. ff. de in ius
vocādo,quę & matri etiam debetur,& hęc quoq; reuerētia ſubiectio
dicitur,& de ea loquitur Lucas c.2. dū inquit,, & ęrat ſubditus illis.

152 Quò

152 Quò vero ad ſubiectionem, hæc eſt patria poteſtas, quã ex nuptijs nanciſcuntur parentes in filios, quę quidem ſolum viris competit, & patribus, non fœminis, nec matribus; de quo quidem effectu agit Iuſt. in Inſt. toto tit. de pat. poteſt, & Gregorius nonus in c. 2. ſup. de conuer. infid. quia filius ſequitur patris cõditionem non matris,
153 ſi ex iuſtis nuptijs ſit ſuſceptus, vt mox dicemus, cuius† poteſtatis ratione olim vitæ, & necis poteſtatem habebat, & vẽdendi etiam ipſum filium, quare conſtitutum fuit, quod ſi ter id egiſſet, filius a patria poteſtate liber eſſet: primum quidem Romuli lege conſtitutum cenſuit Dioniſius lib. 2. vtrumq; autem ll. xii. tab. expreſſum eſt, vti docet Ant. Aug. ad d. leges c. vi. & Ful. Vrſin. hanc legem refert de iure priu. c. 9. id tamen vetitum fuit Numæ lege quo ad filios, qui vxorem duxiſſent, hodie vero ius necis ſublatũ eſt, ſolaq; coërtio per miſſa, l. ſi filius C. de patr. poteſt, vendendi vero ad ſolã egeſtatis cauſam redactã Conſtantini conſtit. vt in l. fin. C. de patr. qui filios diſtr. nam id ante omnino ſublatũ erat, vt patet ex l. 1. eod. l. fin. C. de patr. pot. l. 2. in C. Theod. de lib. Cau. vt belliſsime docet Ant. Aug. in prę citato loco, maximus tamen eſt effectus quò ad bona, de quibus infra quò ad res dicemus.
154 Illud tamen non habet locum, vbi mater eſſet ſerua, quia cum tunc iuſtæ nuptiæ non ſint, vt in prin. in inſtit. de nuptiis habetur, vti requiritur, vt filij ſint in poteſtate, d. prin. in inſtit. de patr. pot. ſequitur tum filius matris conditionem, & per conſequens Domini ipſius matris dominio ſubiectus erit, non patri, vt habetur in §. 1. in inſtit. de ingen. vbi doct. c. dicat aliquis & c. liberi 32. q. 4. l. partum C. de rei vend. l. lex naturæ l. & ſeruorum §. ingenui ff. de ſtat. homin. l. etiã ff. de verb. ſignif. l. 1. ff. ad munic. l. ſi ſuſpecta §. 1. ff. de inoff. teſtam. l. idem Pomponius §. idem ſcribit ff. de rei vend. l. placuit ff. de lib. cau. notandus tex in c. licet inf. de coniug. ſeruorum, vbi gloſ. c. fin. ꝰ. de ſeruis ordinandis, niſi forte aliter de conſuetudine receptum eſſet, q̃a tũc huic cõſuetudini adhęrendũ eſt, vti quæ libertati fauet, q̃madmodũ explicat Sũmus Pontifex in d. c. licet ꝰ. de cõiug. ſeruor.
155 Quò ad eos effectus, qui proueniunt a parentibus in filios, vel reſpiciunt eorum educationẽ, vel legitimitatem, ſeu legis priuilegia; quò igitur ad educationem, vel ea reſpicit animam, vel corpus; quò ad animam certum eſt, teneri parentes facere, vt quamprimum filij ſacro fonte lauentur, ac baptiſmi ſacramentum ad abolendũ originale crimẽ ſuſcipiant, nec non vt accuratè, & religiosè educentur in his, quę ad animę ſalutem ſunt neceſſaria, quia

,, Recens imbuta ſeruabit odorem

,, Teſta diu, inquit Venuſinus Poeta, quę explicat Hoſt. hic in ſumma §. & quare contrahatur.

156 Quò verò ad corpus tenentur etiam illos alere, & victus neceſſaria illis ſuppeditare ad pſonæ decētiā, ī quātū illi egēt, iſtiq; poſsūt.

157 Quò ad legitimitatem, prouenit huiuſmodi effectus altero de duobus modis, vel ex ipſa natiuitate iuncto matrimonio, vel ex matrimonio tantum ſubſecuto.

Quò ad primum certum eſt, hunc eſſe matrimonij effectum, vt filij, qui ex ipſis coniugibus eo contracto naſcuntur, legitimi naſcantur, quemadmodum probatur in c. quod nobis, c. cauſa quæ, c. lator inf. qui fil. ſint legit. c. tuā ſ̃. de ord. cognit. Iuſt. in princip. in inſt. de pat. poteſt, quod & de infideliū quoq; matrimonijs conſtitutū eſt, in c. fi. eod. tit. qui fil. ſint legitimi.

158 Sed hic dubitatur, an etiā habeat locum in matrimonio putatiuo, ſiquidem illud ſciendum eſt, matrimonium, quod inualidum eſt, validum tamen creditur, putatiuum matrimonium dici, & matrimonij effectus habere, donec inualidum non dignoſcatur; & quo ad hunc quoq; matrimonium oriri hunc effectum, ex quo præcipuè cæteri, de quibus ſupra dixi, deinde proueniunt, probatur in c. ex tenore, & c. peruenit dicto tit. qui fil. ſint legit. quod iure ciuili aliquando fieri poſſe, reſcripto principis probatū eſt in l. diuus Marc. ff. de ritu nup. hac tamen diſtinctione adhibita, quod aut adeſt mala fides contrahētium, aut non; primo caſu aut adeſt mala fides amborū, aut vnius tantū; priore caſu non oritur hic effectus, neq; per conſequens illi oriūtur quos ſ̃. explicauimus de filio quò ad pat. poteſtatem, quāuis cæ-

159 teri adhuc oriantur, quod † quidem procedit, & ſi id ex iuris ignorantia proueniat, vt probat tex. in c. referrente inf. qui fil. ſint legit. niſi ius ipſum eſſet ambiguum, & controuerſum, vti voluit Bald. Nouell. tract. de dote p. 11. col. fin. facit tex. in l. qui in prouincia ff. de

160 ritu nupt. couar. p. 2. c. 8. §. 1. nu. 9. ſi verò † vnius tantum, tunc dicēdum eſt vt in 2. caſu, quemadmodum probat notanter tex. in d. c. ex tenore ĩ. qui fil. ſint legitimi, quo ſecundo caſu nempè, quādo non adeſt mala fides, ſed contrahentes bona fide contraxerunt, quod qualiter intelligi debet, explicat Cou. p. 2. c. 8. §. 1. tunc rurſus diſtinguēdum eſt, quod aut matrimonium fuit contractū clandeſtinè, aut non; ſi clandeſtinè, tunc etiam vbi inualidum erit prædictos effectus patr. pot. & legitimitatis nō habebit, quemadmodū probatur in c. cū inhibitio §. 1. ĩ. de cland. deſponſ. c. 2. ĩ. qui fil. ſint legit, vbi coīter ſcrib.

161 Hoc autem tempore dubitatur, an adhuc detur clandeſtinum matri monium ſtante diſpoſitione Concil. Trid. ſeſſ. 24.c. 1. de refor. marim. vbi clandeſtinum non amplius eſſe matrimonium cenſuit, & per conſequens erit ſemper inualidum, nũquamq; filij ex eo nati erunt legitimi, vti quod validũ putari non poteſt, vnde etſi ſequatur publicatio non amplius filij ex eo nati, vel concepti, autequam purgetur clãdeſtini vitium, erunt legitimi cẽſendi, quemadmodum cenſuit gloſ. in marg. c. 1. ÿ. de clandeſt. deſponſ. cuius arbitror eſſe autorem Ant.

162 Auguſt. Archiep. Taracon. in qua † tamen re ſup. 4. art. in modi circunſtantia ſub nu. 98. & 102. declaraui dari quoq; clandeſtinum matrimonium quod validum ſit, vti antiquitus, ſi contrahatur pręſente, parocho, duobus, tribus ve teſtibus, nullis factis denuntiationibus, parocho reluctante, nulla denuntiationum facta remiſsione, neq; in faciem eccleſiæ, parochusq; ommittat dictas denuntiationes, rẽ ordinario defferre, & ſcribere cõiugium, nomina teſtium, diem ac locũ celebrati matrimonij in libro, quem ad id habere debet, nam ſi hæc ſequerentur, vitium purgari dicitur, vti probatur in c. quod nobis dicto tit. qui fil. ſint legit.

Neq. facit, quod non irritetur, vt ibi dixi, quia etiam clãdeſtinum non irritabatur, vt patet ex prin. d. c. 1. attamen eò quod in faciem eccleſiæ cellebratum non erat, neq. dictæ ſolemnitates obſeruatæ, & ſi notum fuiſſet, non tamẽ eccleſiæ, in pœnam conſtitutũ erat, vt ſi fuiſſet inualidum, hunc effectum non haberet, quæ quoq. ratio militat hoc tpe, quia nõ poteſt dici ritè celebratus ſecundum mentem eccleſiæ.

163 Quare ſi vitium purgaretur, vtſupra dixi, tunc etſi concepti eſſent ante benedictionem, & denunciationes adhuc legitimi erunt, eo ꝙ vitium ſit purgatum, & adeſt bona fides, ex illis, quæ habentur in d. c. quod nobis ÿ. de cland. deſponſ. & ÿ. qui fil. ſint legit. vt legitur in 1. compil. c. 3. de cland. deſponſ. habetur in concil. lateran. Alex. 3. p. 50. c. 17. quæ omnino correcta putabat Ant. Auguſt. in d. c. 1. de clandeſt. deſponſ. in margine.

164 Si verò non clandeſtinè, tunc effectus locum habet, quamuis ſit inualidum, vt in c. ex tenore cum ſimil ſup. citatis.

165 Hic tamen dubitari cõtingit a noſtris, nùm iſti ita legitimi ſint, vti illi ſunt, qui ex valido, ac vero matrimonio nati ſunt, an verò adſit aliqua differentia, in qua re gloſ. in d. c. cum inhibitio §. 1. cenſuit omnino legitimos eſſe, nullamq. ſubeſſe differentiam, quã gloſ. ſummopere comendat Georgius Nata in c. quamuis peccatũ col. 2. de pact. lib. 6. cui communis adſtipulatur, licet Benedictus de Plumb. eos fi-

ctè,

&è,non verè legitimos eſſe exiſtimauerit,adhęrendũ tamẽ ipſi com
166 muni ſententiæ hoc caſu omnino cenſeo: ratio eſt, quia iſti coniu-
ges ſe maritali affectu cognoſcunt, qui affectus hanc legitimitatem
operatur,cum à vera matrimonii radice filij tum proueniant, & per
conſequens ex iuſtis nuptijs,hinc videmus, quod poſſunt cõiuges ẽt
pendente lite ſuper ipſa matrimonij validitate, quo caſu per litis pẽ
dentiam res dubia efficitur,ſe inuicem cognoſcere, cum illud quod
certius ſit attendatur,quemadmodum ſup. 1.parte declaraui,& pro-
bat tex.in c.2.ſup.vt lite pendente,notabantq; Ancar. & Sangeorg.
in c.1.ĩ.qui fil. ſint legitimi,late Couar.par.2.c.8.§. 1. & potiſsimũ
nu.5.quare meritò lex huiuſmodi matrimonium legitimũ cenſet do
nec expreſſe contrarium appareat, proinde,& filij ſuſcepti, legitimi
etiam verè cenſendi ſunt.

167 Quò vero ad ſecundum modum illud etiam certum eſt,ne dũ filios
ex matrimonio legitimos naſci, ſed etiam illegitimè natos ex matri
monio poſtmodum inter parentes ſecuto legitimos effici, c. tanta ĩ.
qui fil. ſint legit. l. cum quis eod. de natur. liberis, & adeo legitimi,
vt nulla conſtitui poſsit differẽtia inter eos,& legitimè natos, quod
latè pluribus illationibus comprobauit Coua.p.2.c.8.§.2.vſq; ad fi-
168 nem d.§.& † hoc ſiue ex concubina domi retenta,iuxta Iuris Ceſa-
rei diſpoſitionẽ,d.l.cũ quis nouel.Iuſt.Conſt. 74. in princ. in Auth.
quib. mod. natural.effic. ſui, ſiue nõ, c.innotuit,vbi gloſ.ſ.de elect.
d.c. tanta vbi doct.Panor. vtroq; in loco,Io. Andreas in c. ſine culpa
169 de reg.iur.lib.6.col.7.latè Couar.d.c.8.§.4.nu.2.& 3.quod † ea po
tiſsimum ratione verum videtur, quia iure pontificio magis concu-
binarius coitus damnatur,quam ſimplex fornicarius, vt plura id pro
bantia cumulauit idem Couar. vbi ſupra,& poſtea Concil.Trid. ſeſſ.
24.c.8.de reform. matrim.& ſeſſ.25.c.14.de reform.concil.Rom.ſub
Nicol.1.in fine concil. lateran.ſub leone x.ſeſſ.9.de reform.curiæ,&
170 aliorum,quod † etiam contigit inuitis parentibus ipſis,Arg.ca.in-
ter cætera 22.q.4.Ang.conſ.17.col.2.Sangeorg. in d.c. tanta quæſt.
12.quod idem Couar. confirmauit d.c.8.§.2.nu.12.& ſeq.quare non
poſſunt parentes iſtud ius legitimitatis filiorum illis contingens nec
impedire,nec reuocare etiam ex ingratitudine, vti ſingulariter dixit
Rom.ſing. 222. & idem Couar. vbi ſupra nu. 14.

171 Illud tamen hoc caſu certum eſt, quod requiritur vt talibus paren-
tibus ſint nati,inter quos eo tempore potuerit eſſe matrimonium, l.
ſi contra C. de nupt.

172 Adeo quod, etſi alter eorum eſſet in minoribus ordinibus conſtitu

tus,

Digitized by Google

tus, vel etiam religionem ingreſſus, ante tamen tempus profeſsionis tacitè vel expreſsè emiſſæ (quia poſt matrimonium ſequi non potuiſſet) eò quod in prædictis caſibus prædicti contrahere matrimonium non prohibentur, adhuc ſi ſequatur, filij eo tempore ſuſcepti legitimi efficiuntur, quemadmodum docet Io. Andreas in d.c. fine
173 culpa, & Sangeor. in d.c. tanta; ex hisq; † etiam defendi poteſt cõmunis ſententia prædictorum, & Couar. vbi ſup. nu. 5. quod etiam ſi clericus fuerit benefitiatus idem dicendum ſit, quia non prohibetur contrahere matrimonium, ſed prohibetur retinere beneficium, quia ſi contraheret matrimonium, eſſet validum, licet beneficium ammitteret, quoniam non eſt impedimentum dirimẽs, prout eſt illud, quod conſideratur in d.c. tanta, quare ab hac opinione nullatenus recedẽ dum dixit Couar. quicquid Bart. in l. pen. ff. de concub. & Franciſcus Sarmientus lib. ſelec. 1. c. 5. nu. 10. contrarium teneant.
174 Itidem ſi poſtea matrimoniũ ipſum contraheretur à parentibus iã ętate cõfectis, ac infirmis, adeo quod vti impotentes ad generandũ, vel coeundum haberentur, tum quia neq; iſti abſolutè prohibentur, vnde non eſt quod excludantur, c. cum apud inf. eod. panor. & San-
175 georg. in c. 2. inf. de coniug. lepros; neq; † hoc caſu obeſt tex. in c. 2. ĩf. de frig. & malef. quod impotẽtes nõ poſsint cõtrahere, quia iſtud intelligitur de impotenti omnino ex natura, non ex accidenti, ſecundum illa quæ ſ. 4. art. in perſonæ cricunſtantijs latiſsimè diximus, q̃. nonnulla art. ſeq. ſubiciemus.

Præterea quia illud tũ demũ verum eſt, quando potens vellet dirimere, & fuiſſet ignorans impotentiæ, quia ſi ſciens, vel volens cõtrahat matrimonium adhuc validum eſt, quemadmodũ ibi diximus, & probat tex. in c. conſultationi inf. dict. tit. de frig. & malef. quod verum patebit ex illis, quæ infra declarabimus.

176 Ex his etiam illud tertio loco probandũ erit, quod etſi poſt prolẽ ſuſceptam parentes, vel eorum aliquis alias contrahat nuptias, quibus poſtea legitimè ſolutis ad inuicem contrahant, adhuc filij iam dicto tempore ſuſcepti legitimi efficiuntur, quemadmodũ patet ex illis, quæ declarant Io. Andreas in d.c. fine culpa Sangeorg. in d.c. tanta, & alij quos latè cumulauit Coua. p. 2. c. 8. §. 2. nu. 15. quicquid nõnulli aliter ſentiant, veritasq; ex mox dicendis patebit.

177 Non modica tamen controuerſia eſt inter doctores an cõceptus tãtum tempus attendatur, an vero ſat ſit. vel quod concepti ſint iã dicto tẽpore, vel nati; in qua re animaduertẽdum eſt, quod adſunt tres opiniones 1. eſt eorum qui tenent indiſtincte attendi vel tempus cõ

ceptus,

Digitized by Google

ceptus, vel natiuitatis: ſecunda huic proxima eſt eorũ, qui tenent prædictam veram, ſi ante natiuitatem ſequatur matrimoniũ, alioquin tẽpus conceptus attendendum, & hæc opinio eſt magis communis, vt potè quod illam probauerint Hoſt. Io. Andreas, Card. Anchar. & San georg. in d. c. tanta inf. qui filij ſint legitimi, Henricus Boich. in c. ex tenore nu. 4. in fin. & nu. 6. d. tit. & alij, quos citauit Couar. in precitato loco, vbi teſtatur de communi.

Tertia eſt opinio, vt ſolum conceptus tempus ſit attendendus, quemadmodum probarunt Salic. in l. filium C. de ſuis, & legit. hered. Ant. Roſellus de legit. col. 8. & 9. Cin. & Caſtr. in l. ex libera C. de ſuis, & legit. hered. neq; ab hac opinione diſſentit nunc. Couar. in prædicto loco, ex illis quæ tradidit Fräciſcus Sarmient. lib. ſelectorum 1. c. 5. nu. 10. adeò quod meritò hæc quoq; communis dici poteſt, & fortè eſt magis communis, huic etiam ſubſcripſit Alex. de neuo. in d. c. tanta nu. 34. & 35. & ab hac opinione nullatenus nos quoq; recedendũ putamus, & quia non deſunt aperta iura, & manifeſtiſsimę rationes, qui bus iuuatur hæc opinio.

178 Quò ad iura, primo loco moueor ex tex. in d. c. tanta qui fil. ſint legit. dum inquit, „ſi vir viuente vxore ſua aliam cognouerit, & ex ea
„ prolẽ ſuſceperit, licet &c. vbi patet, quod agit de cõcubitu, ac conceptione tantum, quò vero ad natiuitatem, ac partus tempus nullatenus diſtinguit, vnde ſequitur, quod vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; clarius id cõiicitur ex verbis ipſius Alex. 3. ꝓut in concil leguntur, poſt concil. later. par. 33. c. 1. vbi habetur, „quod
„ pater ſuus viuente vxore matrem R. tenebat, & eum in adulterio pro
„ creaſſet, & paulo poſt, etſi ſibi conſtiterit quod viuente vxore pater
„ prædicti, R. matre ipſius abuſus fuiſſet, eum ſpurium, &c. ex quibus clarè elicitur legitimum non effici ex delicto parentum in ipſo concubitu admiſſo, cuius rei rationem ſubiciam.

179 Secundò moueor ex tex. in l. paulus ff. de ſtat. homin. quæ ſecundũ alios codices incipit reſpondit, vbi filius conceptus tum, cum matrimonium defectu conſenſus patris parturientis nullum erat, licet naſcatur mortuo auo, non tamen legitimus naſcitur, ibi enim pręſuponitur matrimonium fuiſſe contractum, & conualidatum morte patris vxoris, vt lex ſit de dubitabili, arg. l. ꝙ labeo ff. de carbon. edict. quomodo enim poſſet dubitari nũ iuſtus eſſet, ſi matrim. nõ affuiſſet?

180 Tertiò hoc idem probat tex. in l. ex libera C. de ſuis, & legitimis hered. vbi filius conceptus ex libera, & ſeruo dicitur ſpurius, quamuis pater natalib⁹ reſtitutus decurio efficiatur, vbi de cõceptu tãtũ agit,

181 Hanc

Digitized by Google

181 Hanc eandem ſententiam probauit Caius Epitome lib. 1. inſtitutionum tit. 4. vbi quò ad ſtatum legitimitatis vult tempus conceptus attendendum, vt ex legitimo nati dicantur matrimonio, quò verò ad ſtatum in genere, tempus natiuitatis, vtrũ ſeruus, liber vè ſit.

182 Vlterius prædictæ opinioni ſuffragantur plures rationes, quarũ prima ea eſt, quod fingit lex eos legitimos eſſe, quia fingit tum maritali affectu ſaltem deſtinatione concubuiſſe, & affuiſſe matrimonium, ſaltem præſumptum ex interiori conſenſu, ſi non liberè, ſaltẽ ſub ea cõditione, ſi filij naſcantur, vt probat tex. in d. l. cum quis C. de natur. liber. quod quidem fieri non poteſt, quoties clarè norunt nullum inter eos ſubeſſe matrimonium poſſe, quare ille concubitus omnino adulterinus, inceſtuoſus vè, illicitusq; cenſendus eſt, & per cõſequens eſſet indecens, vt filij ex eo nati legitimi dijudicarentur.

183 Secunda ratio eſt, quia duæ fictiones circa idẽ concurrere non poſſunt, l. 1. C. de Inoff. dot. vbi gloſ. Doc. in l. ſingularia ff. certum pet. Marian. in c. 1. nu. 2. ꝟ. de accuſ. at vt iſto caſu filij ſint legitimi duæ fictiones concurrere debent, ergo iſtud dicendum nõ eſt. minor probatur, quia primo fingi debet tũ potuiſſe ſubeſſe matrimoniũ, quod non potuit, ſecundò quod maritali affectu ſit facta coniunctio, in primo vero caſu ſufficit hæc ſecunda fictio, quia matrimonium ſubeſſe poterat, quibus poſitis facili negotio, quæ pro contraria opinione citantur, dilui poſſunt.

184 Quæ quidem omnia deſumuntur ex Pauli regula in l. qui in vtero ff. de ſtatu hominum, iuncta l. & ſeruorum §. ingenui, eodem tit. vbi in vtero exiſtens habetur pro nato, ſi de eius commodo agatur, & cõceptus in ſeruitute, ſi ex libera matre naſcatur, liber naſcitur, primo quia reſpõdet Caius in prædicto loco, illud habere locum, quò ad ſtatum libertatis, & ſeruitutis, vt tempus natiuitatis attendatur, quo loco non veram cenſet in caſu contrario Martiani opinionem, non au-

185 tem quò ad ſtatum legitimitatis, ratio † Rationis eſſe poteſt, quia in primo caſu ſolus fauor liberorum attenditur, an liberi, an ſerui naſcantur, ſed in ſecũdo caſu verſatur etiam fauor parentum, qui filios in poteſtate habent, & ius ſuccedendi, vt ſup. diximus, & inf. probabimus, quibus delictum propriũ omnino nocere debet, prouenitq; illud ex facto naturæ ſimpliciter, iſtud autem ex facto parentum, nũ ea mente fieri potuerit, vt filij eſſent legitimi, quod cum facto ipſorũ fieri nequeat, ceſſet potentia agẽdi id, quod factum fingi poſſet, quare non mirum, ſi eorum delictum obſit.

186 Ex his itaq; ſic declaratis decidi poteſt, quod conceptus ex infide-

li, & Chriſtiano non poteſt legitimus effici hoc pacto, quia inter eos
nullum poteſt eſſe matrimonium, vt inf. ſeq. art. dicemus, & ſ̃. antec.
cap.6.art.dixi nu.3.& 4.c.caue 28.q.1.quod, & cõmuniter Hoſt. Io.
Andr.Card.But.& Panor.tradiderunt in d.c. tanta, & Couar. vbi ſ̃.
187 nu.6.& id † etiã intelligatis verum in omnibus illis caſibus, in qui-
bus iure pontificio ſi contraheretur matrimonium, eſſet inualidum,
ſecus ſi iure ciuili tantum, quia iuris pontificij deciſionibus in hoc
ſtandum eſt à nobis, qui Chriſtiani ſumus, cum agatur de effectu ſa-
cramenti, vti cenſuit Alex.3.in d.c.tanta prout in concil.legitur, ex il
lis quæ traduntur in c.1.j̃. de operis nou. nunciat. non nulla infra in
explicatione c.1.hoc tit. dicemus.

188 Quo tamen ad propoſitum effectum adhuc de duobus à noſtris du-
bitari contingit; Primũ eſt, an iſtud quoq; locũ habeat, quò ad filios
prædefunctos, ſi ex eo liberi extarent, an nempè illi in aui recidant
poteſtatem, quemadmodum ſi filius viuus eſſet ipſi, ac eorum pater
reciderent. in hac quoq; quæſtione pugnantes ſunt doctorum ſentẽ-
tiæ, negatiuam nempe ſententiam tenuerunt Guliel. Bal. & Alber.
in l. benignius ff. de legibus, Caſtren. in l.1.§. cæterum ff. de acquir.
poſſeſs. Alex. in l. gallus §. ſi eius ff. de lib. & poſt. in fine Iaſ. in l. ſi is q
pro emptore nu.21.ff. de vſucap. Ant. Roſſellus in tract. de legitimat.
col.12. Marſil. ſing. 121. Lucas de penna. in l.4.q.2.C. de his qui ſer.
pub. &c. lib. x. quos omnes retulit Couar. d.c.8.§.2.nu.19. adeò quòd
hæc opinio communis videtur. Contrariam verò ſententiam nempe
affirmatiuam tenuerunt Barth. Socin. in d.§. ſi eius ff. de lib. & poſtũ.
col.2. Bald. ſibi contrarius in c. innotuit col. pen. ſ̃. de elect. Guliel.
Bened. in c. Rainutius verbo, & vxorem, nu.181.ſ̃. de teſtam. Author
tract. de præſumpt. qui Alciato adſcribitur, quàmuis nobis compertũ
ſit plurium teſtimonio, & non infirmis cõiecturis illum fuiſſe Io. Frã
ciſci Sannazarij, vulgò Ripæ mihi Aui paterni, prout in eiuſdem San
nazarij vita ſcripſimus, in tract. preſumpt. parte prima per totum, &
potiſsimum in fine, vbi Nicolaus Arellaten. idem Alciat. lib. parad.
3.c.16. Couar. in præcitato loco, à qua ſecunda opinione non puto
vllatenus recedendum.

189 Siquidem veritas huius concluſionis pendet à duobus principijs,
quorum primum deſumitur ex verbis iuriũ, quibus factum eſt, vt hu-
iuſmodi proles legitima efficiatur, ſecũdum verò ex ipſa finali ratio
ne, & modo, quo huiuſmodi fictio inducitur.

Quod attinet ad primum ſciendum eſt, quod verba Iuſtiniani in d. l. cũ
quis C. de natur. lib. ex quibus huiuſmodi priuilegium ortũ habuit,

tum in ſui ratione, tum etiam in deciſione hanc veritatem rectè intuenti præſeferre videntur, inquit enim ,, cū.n. affectio prioris ſobo
,, lis ad poſteriorē edendā præſtiterit occaſionem, quomodo nō eſt, ini
,, quiſsimū ipsā ſtirpē ſecundæ poſterioritatis priorē, quaſi iniuſtā ex
,, cludere, quæ verba procul dubio refferri debet tam ad nepotes, & cęteros deſcendentes, quam ad ipſos met priores filios, patetq; quod ibi agitur de illis reddēdis ſuis, vt tāquā ſui, & ipſi maiori ſuccedant, vti poſterior ſoboles, quæ verba, & ratio legis cum militent in caſu noſtro, lex quoq; militare debet, l. & ideo, l. nō poſſunt, cum ſimil. de legibus. In deciſione quoq; inquit ,, quapropter ſancimus in huiuſ-
,, modi caſibus omnes liberos, & paulo poſt ,, & omnes filios ſuos in
,, poteſtate ſuis extare genitoribus, & paulo poſt ,, ſed qui ex ijſdem
,, maioribus, (vt antiqui codices habent) procreati ſunt ſimili perfruā
,, tur fortuna, hic enim ponderari poſſunt primo illæ dictiones vniuerſales ,, omnes liberos, quæ etiā nepotes, & cæteros deſcendētes ſuapte natura comprehendunt, l. liberorum ff. de verborum ſignificat. l. Gallus §. inſtituens ff. de lib. & poſth. l. quod ſi nepos ff. de teſtam. tutella, quare cum eis annectatur illa dictio vniuerſalis ,, omnis ita vniuerſaliter intelligi debet, vt nulla fiat reſtrictio, vti docent ſcrib. in l. 1. §. nunciatio ff. de oper. nou. nunc. Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. præterea quia ſubiiciuntur illa ,, & omnes filios, quæ ſuperflua eſſent, & idem omnino repeterent, niſi priora illa ad quoſcunq; deſcendentes referrerentur, tertio illa, ex ijſdem maioribus ſimili perfruantur for
,, tuna, non enim ad ſimplices parentes maior, ſed ad omnes aſcendentes reffertur, l. ſi in emptionem ff. de minor, l. lex quæ tutores §. nec vero domum ff. de adminiſtr. tutorum l. 4. ff. de in ius vocan.

190 Quò verò ad ſecundum, ſciendum eſt, quod ex dicta diſpoſitione dicti cap. tanta, & d. l. cum quis colligitur, quod ratio finalis qua factū eſt, vt legitimi efficiantur prouenit, quia præſumitur tū parentes ipſos maritali affectu ſe cognouiſſe, quare lex fingit tum interiori quodam conſenſu, licet non expreſſo, matrimonium celebraſſe, proinde filios ſuſceptos tāquam ex matrimonio legitimos cenſet, ex quo matrimonio ſecuto potius declarātur legitimi quam quod legitimi efficiantur, quaſi quod ideo matrimonium ſequatur, vt declarēt ſe tum quoque contraxiſſe, idq; probant illa verba ,, ex eadem adfectione
,, etiam ad nuptialia, & cætera. & paulo poſt ,, ex eodem matrimo-
,, nio, & ex illis neq; enim veriſimile eſt, eum qui poſtea, &c. ab initio
,, talem adfectionem circa mulierem non habuiſſe, quæ eam dignam
,, eſſe vxoris nomine faciebat; quare diximus §. potiſsimum attendi

tempus conceptus, num ſit habile, vt dicantur maritali affectu concepti, quod ſecundum ius Pontificium eo caſu operabatur matrimonij cellebrationem, vt ſup. diximus 4. art. Cou. p. 2. c. 4. nu. 2. quare clarum eſt, quod fictio nullo modo ſuper impoſsibili cadit, quemadmodum animaduertit Arellatanus, in adit. ad. d. tract. de præſumpt. vnde corruunt illa quæ, de fictione dicebant Doct.

191 Vlterius conſiderabat Couar. quod & ſi cadere non poſsit fictio legitimitatis in eo, qui mortuus eſt, quod potiſsimum hoc tempore verum videtur ob Concil. Trid. diſpoſ. c. 1. de refor. matrim. quæ amplius præſumptum matrimonium non admittit, vnde ceſſat maritalis affectio ex ſcientia inualiditatis, cùm non entis nullę ſint qualitates, l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet. cadere tamen poteſt fictio ſuitatis, quemadmodum lex etiam operatur, vt qui filios non habet, poſsit tamen ſibi in nepotes alios adoptare, vt probatur in l. adoptare ff. de adopt. dicta verò Iuſtin. Conſt. tam ad ſuitatem trahi poteſt, quā ad legitimitatem, dū potiſsimū agit de ſucceſsione, & inquit „ vna eademq. lance trutinari, & ibi, „ ſimili perfruantur fortuna.

192 Neq. obeſt, quod fieri non poſsit adoptio ex filio mortuo, vt voluit gloſ. per illum text. in l. ſi is qui ff. de adopt. qui tamen text. iudicio meo contrarium expreſſe diſponit, ibi, „ ſed ſi ſic, illæ enim dictiones contra puto, referuntur contra ea, quæ primo capite expreſsit, vt iura conſanguinitatis inter nepotes non adſint. proinde ſimplici coma diſiungantur in emendatioribus codicibus; ſed vlterius dico, quod illud procedit quò ad eos, qui ipſi filio ſui non erant, ſed iſti iam filio ſui erant, vnde rectè auus potuit, & ſibi ſuos facere, cùm nullum filio præiuditium ratione ſobolis, qui aliam non habet, inferatur, ex isq; etiam patet, quod extremum ad quod, habile eſt.

193 Altera, & ſecunda quæſtio ea eſt, an ſi alter coniugum fuiſſet ignarus alterius conditionis, tum cum filios ſuſceperūt, putaſſetq; ſe poſſe contrahere matrimonium cum eo, quod tamen non ſit verum, ſi deindè validè contrahant ſuperueniēte habilitate ex vnius bona fide filij legitimi efficiantur. in hac quoq. quæſtione pugnantes ſunt Doctorum ſententiæ, ſiquidem gloſ. verbo, aliā, ſecundum vnam lecturam in d, c. tanta, vbi Hoſt. tenet legitimos effici. ſequitur Prępoſit. in d. c. quod nobis col. 3. Ant. Roſell. de legitimat. p. 1. cap. pen. gloſ. in c. non omnis verbo continente 32. q. 2. Domin. conſ. 66. col. 4. Ludouic. de ſardis de legitim. folio nono col. 2. & fol. 6. col. 2. Curtius Iun. conſ. 27. nu. 8. Caſſadorus deciſ. vnica, deſponſ. vbi de magis communi teſtatur, & ita iudicatum in Rota, quos Couar. retulit.

Con-

Contrariam uerò ſententiam probauit gloſ. in d.c. tanta, reiectis vltimis verbis, quæ addita cēſuit Dominic. & ibi Io. And. & But. Panor. & Rauenna, Henricus in d. c. ex tenore col. 2. Suarez citatus per Couar. d.c.8.§.2.nu.17. qui eiuſdem eſt ſententiæ. eandem in fortiori caſu probauit Socin. Iunior. conſ. 31. nu. 41. & 74. vol. 2. adeo quòd hæc quoq. & communis, & magis communis cēſenda eſt, quibus etiam nos quoq. ſubſcripſimus.

194 Quò ad hanc quæſtionem illud primò ſciēdum eſt Doct. id pro abſoluto habere, quod ſi ambo coniuges fuiſſent ignorantes impedimēti, quod filij eſſent legitimi, vt potè ſi quis in concubinam conſanguineam ignoranter habuiſſet, & deinde comperto impedimento, & impetrata diſpenſatione in vxorem duxiſſet, quod hæc proles eſſet legitima, quod tamen non probauit Socin. Iun. in præcitato loco.

Verum in hac prima dubitatione ego cenſeo à communi non eſſe recedendum, quia potuit eſſe affectio maritalis, ex qua legitimi efficien-
195 tur, quemadmodū ſup. probaui, ſed † in priori caſu deeſt hæc affectio ex parte vnius, vnde ſequitur, vt ex infecta radice omnino naſcātur, potiſsimum ſi vir eſſet, qui eſſet ſciens, cuius potiſsimum affectū conſiderabat Iuſtin. in d.l. cum quis C. de natural. liber. cum filij ſui illi efficiantur, & in poteſtatem redigantur, neq. n. vnius conſenſu pficitur matrimonium, vt ſup. 3. art. 1. quæſt. dixi.

196 Moueorq. quò ad ſecundam dubitationē primo ex ratione gloſ. in d.c. tanta. quod ibi lex non diſtinguit, propterea nec nos diſtinguere debemus, iuxta notat. per Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. quam rationē cū gloſ. nō ſoluat, multi ſuppoſititia eſſe illa verba arbitrati ſunt, „ſed
„ primum verius ex margine in gloſ. trāſlata, præterea ibi expreſsè requiritur vt matrimonium contrahi potuerit, vt ſupra diximus, prout etiam expreſsè voluit Iuſtin. in d.l. cum quis in illis verbis, „ & cuius
„ matrimonium non eſt legibus interdictum.

197 Secūdò moueor ex diſpoſitione d.c. ex tenore q. fil. ſint legit. ī quo textu. eſt principalis intentio aduerſantiū, ſiquidē ibi, vt filij ſint legitimi, qui ex illicito coitu naſcuntur, requiritur; quòd tunc cùm ſuſcipiuntur, adſit matrimonium expreſſe contractum, non præſumptū ſed in caſu noſtro legitimitas prouenit ex matrimonio præſumpto, non expreſſo, & illicito, ergo &c. quod fruſtratorium eſſet, ſi etiā na
198 ti aute legitimi efficerentur, ex ſolo cōtractu matrimonij. Tertiò † loco deducitur deciſio c. cum inhibitio §. 1. ī. de cland. deſponſ. vbi vtriuſq. ignorantia nec ſufficit, vbi matrimonium non ſit ſolemniter contractum, vti voluit Couar. nu. 17.

199 Quarto

199 Quartò coadiuuatur ex illa ratione, quod neq; duæ fictiones, neq; duo ſpecialia circa idem concurrere poſſunt, d.l. 1. C. de inoff. dot. at in caſu noſtro, vt id fiat, neceſſe eſt, vt duæ fictiones, ac duo ſpecialia concurrant. Primò, quòd ille concubitus non præſumatur adulterinus, vel inceſtuoſus, ſed ſimplex fornicarius, ſecũdò, quod affectu maritali factus, & ſic legitimè concepti nullo exiſtente matrimonio, & quod potuerit adeſſe matrimonium in caſu, in quo nõ poterat, & ſic diſpenſetur, & ſuper fornicatione, vt ſint legitimi, & ſuper impedimento, vt ſint naturales à principio, nec inceſtuoſi, quæ quàm multa ſint, quilibet intueri facilè poterit.

Non obſtant modò illa duo iura, quibus contraria opinio probatur, nã ad tex. in d.c. ex tenore iam reſponſum eſt retorquendo, quia illa cõiunctio, cum adeſſet matrimonium expreſſum, & putatiuum, nullatenus erat prohibita, neq; interdicta, vt hoc caſu.

200 Quò verò ad tex. in c. quod nobis eod. tit. iuncto text. in c. quod nobis, de cland. deſponſ. de quo tex. dixi ſ. in 1. modo huius effectus, primo dico, quod ille tex. non probat aſſumptum doctorum, cum nõ agat de filijs ex illegitimo coitu natis, nec dicat aliquis, quod eſſet de indubitabili, quia ex celebratione matrimonij eo ipſo legitimi efficiũtur, quia hæc reſponſio, præter quod euitari poterit, quia aliqualiter differt, quòd ſint legitimè nati, vt probat ille tex. & quòd cenſeã

201 tur legitimè nati, prout in caſu noſtro. vlterius † admiſſo priori intellectu, ibi aderat verè matrimonium, & expreſſum, licet clandeſtinum, validum tamen eo tempore, quod ſufficit, ex d.c. ex tenore; ſolum enim opus fuit, vt vitium clandeſtini remoueretur, ſed in caſu noſtro nullum ſubeſt matrimonium, ſed præſumptum tantum, non expreſſum fingitur, quod nec præſumptum fingi poſſit, cum deficiat vnius conſenſus, cum tamen amborum ſit neceſſarius, vt ſupra in diffinitione tertio art. 1. quæſt. probaui, quæ ſolutio non multum differt

202 à ſolutione Couar. nu. 17. præter † quod in caſu dicti cap. quòd nobis, nulla aderat mala fides ex parte alicuius ipſius contrahẽtis, quia tum forte res dubia eſſet, quia concurrerẽt duo ſpecialia, & quod matrimonium non fuiſſet clandeſtinum, & verum non obſtante mala fide. præterea in caſu d.c. quòd nobis, agimus de remittenda pœna iuris canonici: ſecundò verò caſu de gratia cõcedenda, in qua re prior caſus eſt fauorabilis, c. in pœnis de reg. iur. in 6. l. factum cuiq; ſuum §. in pœnalibus ff. de reg. iur. vbi Doct. In 2. verò caſu ſtricta fieri ſolet interpretatio c. 1. & ſeq. ſ. de priuil.

203 Quòd modo attinet ad reales ipſas obligationes, quæ ex matrimo-

nio

nio vti contractu oriuntur, illa conſiderantur vel quò ad res, quæ dantur, vel ſimpliciter: quò ad res quæ dantur, vel dantur ab vtroq;, vel ab vno tantum; ab vno tantum, vel à uiro vxori, vel è cõtra; ab vtroq; igitur, conſiderantur illę res, de quibus ſup. in ſponſalibus diximus hoc eod. art. nempè pignora, Arræ, & munera. quò ad Arras, & pignora probauimus illis coniuges in communione frui, quò ad munera vel tranſire in donationes propter nuptias, vel in donationibus inter virum, & vxorem, quæ quoq; cõmmunes ſunt, & morte confirmabantur, interim verò poterant retractari, ex illis, quæ toto tit. 1. ff.
204 & Cod. de donat. inter virum, & vxor habentur, ex † parte verò viri conſiderantur donationes propter nuptias, quarum ead. eſt natura reſpectu viri, vti dotis reſpectu vxoris.

Municipalium tamen iurium diſpoſitionibus multis in locis prohibitæ ſunt donationes propter nuptias, nec non inter virum, & vxorem, vxoriq; quid dare, vel legare, ne mutuo ſe amoro ſpoliarent, ꝓut cautũ reperitur ex ſtatutis noſtris Papien. in ciuillibus nu. 85. 88. & duobus ſeq. ſic, & augumentum dotis, quod ſapit naturam donationis ꝓpter nuptias, in quorum ſtatutorum fraudem fatentur viri ſe illud amplius recepiſſe pro dote.

205 Ex parte verò vxoris conſideratur potiſsimum dos, cuius rationæ conſiderantur variæ obligationes tam iure communi Romanorum, quàm iure municipali, tum ex pactionibus ipſis, tũ quò ad parentes, tum quò ad ipſos coniuges, tum quò ad heredes in caſu vel dādæ, vel reddēdæ dotis, quæ ſingula proſequi, nõ eſſe præſentis ſpeculationis ſum arbitratus, quoniam hæc abundè per Cęſareos interpretes vobis declarantur in l. 1. ff. ſolut. matrim. nonnulla §. antec. cap. hoc eod. loco. & 4. art. in rei circunſ. & §. hoc eod. c. 4. art. in rei circũſ. diximus.

206 Simpliciter verò obligationes conſiderantur, vel inter ipſos coniuges, vel quò ad filios. inter ipſos coniuges, ea eſt obligatio, vt vir teneatur vxorem alere, ſi poteſt, cui⁹ rei ratione dotis datur repetitio,
207 ſi vergat ad inopiam, ex † cuius tamen fructibus vir quoq; ſuſtenta
208 ri debet, ſecundum magis communes traditiones, proinde † etiã vxori dimiſſę citra culpam ipſius vxoris, quamuis matrimonium fuerit inualidum, alimēta vir ſuppeditare, ex quadam equitate tenetur,
209 ex fidei vinculo, quemadmodum † rectè intuenti probat tex. in c. quod propoſuiſti 32. q. 7. quicquid illum tex. intelligat Soto. in 4. diſtinct. 33. q. 1. art. 1. col. 13. quando ſcienter cum impotenti contraxit, quod tamen ex verbis ipſius tex. conijci non poteſt, quinimò præ

ſupponit

ſupponit impotentiam ſuperueniſſe poſt matrimoniũ conſenſu tantum celebratum, cum dicat,, ſi mulier infirmitate correpta; in qua re illud libet adnotare, quòd §. art. 4. nu. 17. omiſsimus, quod illud, quòd Gratian. legit,, ſi mulier infirmitate correpta non valuerit, prout legitur etiam in concil. Iuo. p. 8. c. 78. legit,, nunquam valuerit, ſentiens, quòd nunquam fuerit cognita, quod mire deſeruit ad illa, quæ Soto. in præcitato loco dixit.

210 Hinc etiam factum eſt, vt vidua, quę ſine dotalibus inſtrumẽtis nupſit, vendicare poſsit quartam bonorum partem, ſi filios pater non habet, quò ad dominium, ſi verò filios habet, qui tres non excederẽt, adhuc quartam conſequitur quò ad vſumfructum, quod ſi plures ſint filij in viriles inter filios, & matrem fit diſtriburio, & vſumfructum in parte ſua vxor habet, prout conſtituit Iuſtin. in §. hęc quoq, & §. quia vero in auth. vt liceat matri, & Auię, ſeu nou. 117. c. 3 & 5. quòd & §. 4. art. in rei circonſ. nu. 47. dixi.

211 Quò verò ad filios oritur, & ius ſuccedendi inter ipſos, & quòd filius patri acquirit in profectitijs, & quòd pater ex poteſtate, quã in filios habet, etiam vſumfructum in aduentitijs bonis filij cõſequitur; proinde maximum patriæ poteſtatis effectum, ius iſtud dicebat Ant. Aug. ad ll. xii. tab. c. 6. quæ tamen qualiter locum habeant, non ſunt præſentis ſpeculationis. habetur tot. tit. in inſt. de ſucceſſ. ab inteſt. & in pand. & Cod.

212 Oritur vlterius ius illud legitimæ, quam pater, & filius non obſtante reſtamento conſequuntur, vt niſi vel tertiam ſi quatuor tantum, vel minus ſint filij: vel dimidiam, ſi plures bonorum partem conſequantur iure inſtitutionis filij, quoquo iure parentes tertiam poſſint, vel infringere teſtamentum, ſi omnino ſunt præteriti filij, vel ſupplementum in bonis conſequi, niſi ſubeſſet rationabilis cauſa exeredandi.

213 Quæ legitima appellatur, vti lege debita, quicquid iuræ naturæ deberi id multi dixerint, ſecundũ illa quæ tot. tit. ff. & C. de inoff. teſtam. habentur, & in auth. de trient. & ſemiſſ. nou. 18. & nou. 115. vt cum de appellatione cognoſcitur §. aliud quoq; capitulum cum ſeq. quod tamen verum nõ eſt, quia iure naturæ ſolum alimenta, debentur, vt docent ſcrib. in l. in quartam ff. ad legem falcid. & hæc de quinto art. ſint ſatis.

Digitized by Google

De diſſolutione Matrimonij. Art. VI.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium deſtinata terminatione nunquam finitur.*
2 *Non deſtinata autem diſſoluitur, vel prout eſt legitimum.*
3 *Vel ſecundum leges gentium, vel prout apud varias gentes diuerſi ſunt ritus.*
4 *Vel ſecũdũ Ius Cesareũ, vel prout eſt inualidũ vt ſit neceſſitate ſoluẽdũ, quo caſu.*
5 *Diſſolutio prouenit vel ex delicto, vel ratione matrimonij tranſacti, vel quò ad omnes mulieres, quoties mulier ſine cauſa repudium petijt, & intra quinquennium nupſit.*
6 *Vel quò ad liberam, ſi inuito patrone, à quo fuit manumiſſa vt ſibi nubat, alteri nupſerit.*
7 *Vel ratione eius quod contrahitur, vel ex correſpectiuitate, qua adinuicem contrahere prohibentur, vti ex ſubiectione.*
8 *Vel ex poteſtate tuendi, vti minor cum tutore, vel curatore, eorumuè filijs, nepotibusue, etiam naturalibus, libertis quoq;.*
9 *Niſi is, in cuius poteſtate minor erat, id ſtatuiſſet.*
10 *Vel niſi reſcripto principis impedimentum remoueatur.*
11 *Vel niſi aliàs minor 27. annum exceſſerit, redditęq; rationes fuerint.*
12 *Quod ſi minor ſit vir, tutoris filiæ iungi poteſt.*
13 *Vel ex iuriſdictione, vt non poſſit ſibi ſubiectam Iudex, nec ſibi, nec ſuis copulare, etſi filiam ſubiecto tradere poſſit.*
14 *Niſi in propria prouincia adminiſtret officium:*
15 *Vel officium non poſſit eſſe terribilis.*
16 *Vel quod veterem ſponſam duxerit.*
17 *Quod ſi finito officio mulier in ead. volontate perſiſtat, conualidari poterunt, prout nunc.*
18 *Item ex diſparitate, vel conditionis, vti ſi vnus ſit ſeruus, alter vero liber:*
19 *Vel ſi vnus ingenuus, alter autem libertinus, qui ſi maſculus ducere, nequit patronam, patroniue vxorem, licet libertam, niſi maxime vilis ſit patrona, quod Iudicis arbitrio committitur.*
20 *Ex vtriuſq; ſexus iungi nequerit Senatoribus, eorumue filijs, etſi ſe adrogandos ingenuo dederint.*
21 *Niſi priuilegiũ, dignitatẽue amiſiſſent, quo caſu poſſet cõtractũ valere incipere.*
22 *Non tamen ſuperueniens dignitas contractum infringit, quem principis etiam reſcriptum validum facit.*
23 *Vel qualitatum vel in genere, quo ad barbaras nationes.*
24 *Vel in ſpecie, quò ad infames, ac Senatores, eorumue filios.*
25 *Vel defectu conſenſus eorum in quorum poteſtate ſunt, quod ſolum operatur patria poteſtas:*
26 *Niſi pater ſit abſens, filiuſq; vel triennium expectauerit, vel ei ſe adiunxerit*

cuius conditionem certum ſit patrem non repudiaturum.

27 *Vel niſi eſſet parens furioſus.*

28 *Cogi tamen poterant parentes ad conſentiendum.*

29 *Quare emancipati liberè poterunt, neq; curatoris authoritas, neceſſaria eſt in minoribus.*

30 *Conſideratur vlterius coniunctio, quæ vel eſt inter aſſendentes, & deſcendentes, inter quos qualisqualis adſit Matrimonium dirimit, cum omnes loco parentum, vel filiorum ſint.*

31 *Vel eſt inter collaterales, quæ prouenit, vel ex ſanguine, & eſt vel conſanguinitas, in qua illi, qui ex eod. ſtipite deſcendunt, & ipſi ſtipiti tertio gradu iunguntur, in ſimul iungi nequeunt.*

32 *Vel eſt affinitas, quæ prouenit vel ex iuſtis nuptijs, vel ex contubernio, vel ex concubinatu tantum, quæ quo ad collaterales nullã operatur probibitionem.*

33 Vel ex *legis diſpoſitione, ex qua prouenit vel publicæ honeſtatis Iuſtitia, quæ prouenit vel ex ſponſalibus, & prohibet filij, patris, matriſue ſponſos, accipere expreſſe.*

34 *Vel ex matrimonio, vt filij ex ſecondis nuptijs ſuſcepti, quo ad primum virum, adoptiui, quo ad vxorẽ adoptantis, q oẽs ſolũ quo ad aſſendentes cõſiderantur.*

35 *Quod iure Canonico poſſet contingere ſi matrimonium impotentia, ob maleficium fuiſſet ſolutum, quo ad filios poſtea natos.*

36 *Quod ſi fuiſſet conſumatum, & ſecundum ignoranter contractum, quod primũ conſtitiſſet falſo ſolutum, filij ſuſcepti eſſent primo viro affines I. P.*

37 *Vel prouenit cognatio legalis ex adoptione, quæ ſi durat, fratrem, vel ſororem adoptiuam, ducere nequit.*

38 *Quamuis à patris vxoris liberis non arceatur.*

39 *Quemadmodum nec à cognatis, cum ſolum agnaſcatur, quibus cum agnatis eodem modo probibetur contrahere vti naturalis:*

40 *Perpenditurq; §. duorum fratrem in inſtit. de nup. & l. ſi qua mihi §. adoptiua ff. de ritu nupt.*

41 *Probaturq; materteram adoptiuam poſſe duci, qualis eſt patris ſoror ex alio patre nata.*

42 *Si vero ſoluatur agnatio emancipatione, vel adoptati, vel naturalis, nulla eſt inter collaterales prohibitio:*

43 *Quòd ſi ualidum ſit matrimonium ſoluitur vel in vita, vel diuortio, vel vtriuſq; conſenſu, vel ſine cauſa, quæ ſolutio hodie illicita, ac pænalis eſt.*

45 *Ex cauſa vero continentia licitè ſoluebatur,*

45 *Vnius autem conſenſu etiam ſine cauſa illicita erat ſolutio.*

46 *Cauſæ autem ex quibus licitè ſolui poterant, vel vtrique erant comunes, proueniebantq; vel ex delicto, vel in principem admiſſo, vti leſæ Maieſtatis, vel vera, vel præſumpta.*

47 *Vel in ipſum dimittere volentem, vel ratione tori, vti ex adulterio, Impudicum commertio, vir tamen niſi monitus dimitti non poterat.*

48 *Vel ſi in mortem alterius fuerit machinatus.*

49 *Voto quoq; ſolemni vnius tantum ſolui poterat.*

50 *Vir verò dimitti licitè poterat ſi vxorem cum alio fornicari voluerit, eamuè falſo adulterij criminis ream fecerit.*

51 *Vxor verò, ſi pernoctauerit apud extraneos, eorumuè conuiuia appetierit, vel cum eis ſe lauari permiſſerit, in priuato etiam loco, inſcio, vel inuito viro.*

52 *Quemadmodum ſi publicis ſpectaculis probibente, ignoranteuè viro interfuerit; ex bisq; ob adulterij ſuſpitionem, quæ nulla probatione euitari poteſt, & ex oſculo luxurioſo idem cenſeo.*

53 *Seruitute autem ex captiuitate contingente non amplius ſoluitur, niſi per quinquennium incertum ſit de viri morte, quod in milite correctum eſt, qui ſeruus factus non eſt.*

54 *Quòd ſi ſeruus pœne efficitur nec ſoluitur, niſi domi priuati ſeruus efficiatur, quod hodie contingere nequit.*

55 *Morte niſi certa, præter in caſu captiuitatis, non ſoluitur.*

56 *Iure vero Pontificio, quando infideles ad fidem veniunt.*

57 *Quòd ſi ambo veniunt eodem tempore, matrimoniumq; validum iure, quo vtebantur erat, licet iure Pontificio contrahi non potuiſſet, non ſoluitur.*

58 *Niſi iure diuino, ex prima inſtitutione inualidum eſſet, vt ſi cum pluribus contraxiſſet, alijs viuentibus, cum prima tantum ſit vxor.*

59 *Quòd ſi inualidum vtroq; iure ſoluitur.*

60 *Si verò iure Ceſareo tantum, non ſolui cenſet.*

61 *Si verò veniant non eodem tempore, niſi primum ſolutum ſit ex nouo à fideli contracto, quod duret, non ſoluitur.*

62 *Quamuis infidelis contraxiſſet, quia ſecundum ſoluitur.*

63 *Quòd ſi fidelis primo contraxiſſet, infidelis in celibatu, permanere debet, contractum tamen non ſoluitur, ſi duret etiam primum a fideli contractum.*

64 *Quòd ſi vnus tantum conuertatur, & infidelis non vult cobabitare poteſt diſſolui, quo ad vinculum.*

65 *Vel ſi ideo cobabitat, vt ſeducat, vel non abſtinet à blaſphemia diuini nominis, quibus caſibus quò ad cobabitationem omnino ſolui debet.*

66 *Si verò prædicta non concurrant, adhuc fidelis non cogitur cobabitare.*

67 *Poteſt tamen ſi vult.*

68 *Quòd ſi monitus infidelis, vt ad fidem veniat recuſauerit, cenſent multi ex Theologis ſoluendum, vt ſup. nu. 64. & 65.*

69 *Eamq; faciendam ijdem probant ex vſu, à Tempore Concil. Tolet. anno 640. vſq; ad hac tempora.*

70 *Quod tamen de iure verum non exiſtimatur, quia eſt diſpoſitio Concil. prouinc.*

71 *Et quia particulari quadam ratione fuit factum, quæ indiſtinctè ceſſat.*

72 *Neq; de vſu ex poſt conſtet, ac contrarium ſtatuerit Innoc. 3. in c. quanto, & c. gaudemus infra de diuor. anno 1198.*

73 *Et quia in terris infidelium tuta non eſſet hæc praxis, fidelium vero, ſi multi infideles aliciendi, non deterrendi ſunt, ſi pauci, non eſt de ſeductione de facili timendum.*

74 Quò ad matrimoninm ratum, & initiatum ſoluitur vltra vſus conſumati.
75 Vel ex impotentia vt ſup. 4. art. in perſona circunſt. à nu. 6. vſq; ad numerum 33. dixit, hic remiſſiuè agit.
76 Citra impotentiam ſola voluntate, vel Pontificis diſpenſatione, cum ſit ex aliqua vrgenti cauſa, vt omnes V. I. interpretes fatentur.
77 Quod ſi ita vrgens non ſit, quæritur an mero iure Pontifex poſſit.
78 Theologi magis communiter probant, quod non.
79 Canoniſtæ, & quidam Theologi canonum periti, contrarium probarunt.
80 Quarum vltimæ opinioni ad mentem decretalium ſtandum arbitratur.
81 Ex c. inter cetera ſup. de translatione Epiſcopi, c. fraternitatis 35. q. x. quibus conſtat ſui natura non ita indiuiduum, quin diuina auctoritate à Pontifice diuidi non poſſit, licet aliter ſit vetitum.
82 Item ex c. ex publico ſup. de conuerſ. coniug. & c. lex diuinæ 27. q. 2. quibus probatur explicitè, tum Dominum prohibere, cum vna caro ſunt effecti, licet implicitè ex Adæ præcepto, etiam contractum ſit indiuiduum.
83 Nam c. ſcripſit 27. q. 2. loquitur de conſumato.
84 Licet enim diuina diſpenſatione ſit opus, non ea tamen, quæ Romano Pontifici non ſit demandata.
85 Idq; colligi ex verbis Adæ Gen c. 2. Chriſti Mathei c. 19 Iudeis reſpondentis.
86 Etſi ex interrogatione non inferatur.
87 Nec promiſſio actus, actui perfecto rectè comparatur.
88 Neq; enim omnino accidentalis perfectio eſt copula, tũ rei, tum ſigni ratione.
89 Pontificisq; factum probabilem reddit opinionem.
90 Neq; n. Rom. Pontif. facilitas in diſſoluendo eſt præſumenda.
91 Citra Pontificis diſpenſationem, ſolo religionis ingreſſu diſſolui poteſt. (peret.
92 Quæ ſi ea ſit, quæ ſolẽne votũ nõ emittit, nõ dirimit, etſi ſacros quis ordines ſuſci
93 Si vero ſolẽne votũ emittitur, ante profeſſionẽ non ſoluitur, cũ ad ingrediendũ duorum menſium ſpatium habeat, poſt ingreſſum probationis annus detur.
94 Quare ſi interim etiam vi conſumaretur, amplius diſſolutioni locus non eſſet.
95 Ob contagioſum verò morbũ ignoratũ, vel ſuperuenientẽ nullatenus ſolui poſſe
96 Non enim inualidum cenſeri poteſt. (cenſet.
97 Cum ex ignorata qualitate erroneus non dicatur conſenſus, diſſolutioni aptus.
98 Quia ſi inualidum eſſet, etiam conſumatum ſolui poſſet, quod eſt falſum.
99 Et Cap. fin. de coniug lepros. dicitur conſumatum, quia agitur de ſponſalibus de futuro, quæ copula in matrimonium tunc tranſibant.
100 Cap. verò primum d. tit. agit de tori ſeparatione, quæ poſt conſumationem neq; fieri poteſt.
101 Cum etiam huiuſmodi qualitas poſſit naturalibus remedijs remoueri, quæ non omnino actum impedit.
102 Vti neq; ſuperueniente fornicatione, etiam affinitatem inducente, inter coniuges diuidi nequit.
103 Quare neq; inuitus etiam nocens cogi poteſt ad religionem ingrediendam, quo diſſolui poſſit, cum Epiſcopi ſufficiat diſpenſatio ad remouendum obſtaculum.

104 Cum

104 *Cum c. ex publico ſup. de conuerſ. coniug. loquatur quò ad torum poſt conſu-
mationem ex religionis ingreſſu dirimendum, ante vero ex ingreſſu ſolui poſ-
ſe tantum cenſuit.*

105 *Ex prædictis tamen cauſis diſpenſationi locus eſſe poterit, ne in celibatu per-
petuo cogantur permanere:*

106 *Ratum vero, ac conſumatum, prout eſt inualidum, neceſſitate ſoluitur, vel
quod à laborante perpetuo furore fuit contractum.*

107 *Extrinſecè ex delicto in Deum ratione fidei, vt ſi ſit contractum à baptizato,
cum non baptizato, & nu. 111.*

108 *Quod ſi neuter baptizatus ſit, non videtur nulliter contractus à fideli cathecu-
meno cum infideli.*

109 *Preterquam à Chriſtiano cum Iudeo, refragante Ciuili lege.*

110 *Quod ſi ambo baptizati ſint, vnius infidelitate non obſtante ritè contrahitur.*

111 *Baptizatus autem, nec cum Cathecumeno ritè contrahit.*

112 *Quæ diremptio, & iure cauetur, a diuinaq; prohibitione depēdet.*

113 *Quia perſona ad contrahendum inhabilis eſt reddita.*

114 *Ex verbis Pauli 2. Cor. 6. ,, nolite iugum ducere &c.*

115 *Et 1. Cor. c. 7. ,, nubat tantum in Domino.*

116 *Ex concilio Calced. act. 15. can. 14.*

117 *Item ex c. quanto, & c. gaudemus infra de diuor. cum facilius impediatur
fieri, quam factum diſſoluatur.*

118 *Ex verbis Domini Luc. c. 14. vbi vult vxorem relinquendam eius cauſa, ergo
multo magis vetat accipiendam.*

119 *Neq; enim non baptizatus, ſacramentum poteſt nouæ legis ſuſcipere, quare ſa-
crilegij reus alter quoq; eſſet.*

120 *Ex his conſtat Domini, Apoſtoliq; diuinam legem interpretātis verbis cautū.*

121 *Neq; illud inferri poteſt, altero infidelium ad fidem conuerſo neceſſitate ſoluen-
dum, cum habiles eſſent ad contrahendum tum, cum contraxerunt.*

122 *Neq; Iudeo cōmunicare idolatrę licuit, neq; Caimi filiabus Seth filijs, quod ſi
licuiſſet, nouæ legis tamen ſacramentum non erat.*

123 *Heretici vero indiſtinctè non prohibentur, neq; ex inhabilitate perſonæ.*

124 *Verbumq; illud (alienigenam) in c. caue 28. q. 1. de non baptizato exponi de-
bet, qui & ipſe hereticus dici rectè poteſt.*

125 *Fidesq; de baptiſmi ſacramento tum proficit, cum baptiſmum ſuſcipi non
poteſt.*

126 *C. vero, veniens loquitur narrādo, & de ſacramēto, non nouæ legis, ſed naturæ.*

127 *Voti, quoq; ratione ſi ſolenne, validumq; ſit, vouens inualide contrahit, quare
diſſoluitur.*

128 *Quod ſi inualidum, etſi non deffectu conſenſus, non diſſoluitur:*

129 *Quod ſi ſimplex, & firmatum ſacrorum ordinum ſuſceptione ſit, etiam diſſo-
lutionem operatur.*

130 *Si non firmatum, non diſſoluitur.*

131 *Ratione quoq; matrimonij alterius præſentis ſecundum ſoluitur.*

132 *Item tranſacti violati quò ad torum tantum, ſi de facto contraxit, & polluit cum ſciente primi coniugij, & ſi eo ſoluto denuo contrahat.*

133 *Vel ſi promiſſit, priore deffuncto contrahere, ac polluit.*

134 *Quò etiam ad perſonæ olim coniunctæ violationem, ſi fuit occiſa, vterqueq; in mortem ſit Machinatus ex poſtea contrahentibus.*

135 *Qđ ſi cōiugatus tātū id egerit, ſi polluit idem dicendū, potiſſimū ſi eū ſciebat al*

136 *Si vero ſolutus, ſi ad hunc finem, ſoluitur.* (ter coniugatū.

137 *Quemadmodum ſi fuit pollutus, polluit ue.*

138 *Quòd ſi ſola Mechinatio affuit, pollutio eſt neceſſaria, vt diſſolutioni ſit locus.*

139 *Conionctione verò alia incerta, vel quæ probari non poteſt, ſolui nequit, quamuis inualidum in foro interiori ſecundo caſu ſit.*

140 *Certa vero ex cōſāguinitate inter aſcēdētes, et deſcēdētes ꝓhibet vſq; in infinitū*

141 *Quod iure naturæ probatur, cum Eua Adæ ex carnis communicatione, non ex propagatione ſit iuncta, ex verbis Gen. c. 2.*

142 *Ideq; iure gētiū cōprobatū defenditur, quibus nō cōſtat ius Pōtificiū derogaſſe.*

143 *Si quidē naturalis reuerentia, quæ maioribus debetur, maximus amor, qui inter eos intercedit, indecentia, ac fœditas, quæ exinde orirent id operantur.*

144 *Neque verum eſt, ex lunginquitate nepotum euaneſcere amorem, quia ex perpetuitatis deſiderio magis acenditur, quo producitur.*

145 *Gradus enim, qui a iure Pontificio conſiderantur, incipiunt a latere ſtipitis, non in ipſo ſtipite, quia illi oēs in eodē gradu ſūt, quare alibi generationes appellat.*

146 *Neque fuit hic caſus conſideratus in c. non debet, vt qui naturali ratione non poteſt euenire, quos d. c. conſiderauit.*

147 *Cū iure quoq; ciuili ſit certū, quare dubiū de iure Can. ab eo capit interꝑtationē.*

148 *Quare eiuſdem iuris Ciuilis iure Canonico diſpoſitionem retinendam cenſet, quò ad collaterales, vno tantum gradu a ſtipite diſtantes.* (tur.

149 *Quò verò ad relliquos cognatos 4 Generationē ꝓhibitio nō excedit, vt diſſolua*

150 *Eodem quoque affinitatis gradu ex matrimonio proueniente contractum matrimonium ſoluitur.*

151 *Ex fornicatione quoq; oritur impedimentum dirrimens.*

152 *Et cap. 1. de eo qui cognouit in 2. collect. loquitur quando probari non poteſt, impetrataq; eſt à Pontifice diſpenſatio.*

153 *Quæ hodie ſecundum gradum I. P. non excedit.*

154 *Quamuis affinitas ante Cicil. Trid. ſit contracta, ſi tamen poſt eius publicationem Matrimonium contractum fuit.*

155 *Legis quoq; diſpoſition: conionctio ex V. I. diſpoſitione conſideratur, & in adoptione, in qua nullatenus ius Pontificium à Ceſareo differt.*

156 *Nec non & in publicæ iuſtitiæ Honeſtate, quæ quò ad aſſendentes & deſcendentes eodem modo operatur diſſolutionem, vti iure Ceſareo cautum diximus.*

157 *Inter collaterales ſi proueniat ex matrimonio, qualiter operetur diſſolutionem ſupra 5. Art. num. 96. dixit.*

158 *Si ex ſponſalibus, Antec. cap. 5. Art. num. 40 & alibi dixit.*

159 *I. P. prouenit ſpiritualis cognatio, quæ in matrimonijs contractis ante Concil. trid.*

trid. diſpoſitionem operatur, vti cauetur iure decretalium.
160 Ex cathecisi autem impedimentum non dirimit, quod nec hodie impedit, niſi perſonas comprehenſas in c. 2. de reform. matrim. Trid. Synod.
161 Cum etiam ex ſacramenti nexu, amplius non impediantur alij.
162 In caſibus tamen in quibus impedit, dirimit ſponſalia.
163 Qualiter autē iure veteri contraheretur cognatio dirimens, Hoc nu. explicatur.
164 Cognatio autem prouenit, vel ex baptiſmo, vel ex cōfirmatione, quæ a pari procedit, & hodie ſolū impedit, ac dirimit quò ad cōprehenſos in d. c. 2. de reform. matrim. quamuis ante Cōcil. cognatio ſit contracta, non tamen matrimonium.
165 Voluntate quoq; dirimitur ex inualiditate, vel ex deffectu, qui eſt in conſenſu, vt ſi adeſſe non potuit, quod aliquis ſit furioſus, niſi habeat interualla, & eo tempore ratum habeatur.
166 Vel quod deffuit, vel ex ſimulatione, vel ex metu cadente in conſtantē virum.
167 Quare nec copula meticuloſa ſat erit ad validitatem.
168 Si vero non fuit perfectus, vel fuit condicionalis conditione impropria, & hoc caſu cum ex copula a conditione recedatur ſolui nequit, & ſi defecerit.
169 Quòd ſi propria, neq; ſit in contrahentium poteſtate ſunt ſponſalia.
170 Quòd ſi a mera voluntate, ſi ſunt cōtra matrimonij ſubſtantiā irritāt contractū
171 Aliter illico debet adimpleri, ne inualidum ſit, quod ſi turpes validum erit.
172 Qđ ſi potētia quoq; neceſſaria eſt, erūt ſponſalia; copula tñ à cōditione receditur.
173 Vel ſi non fuit diſcretus rōne etatis, quia eodē modo eſt inualidū, ſoluiq; poteſt.
174 Vel erroneus quò ad perſonam, & ſolui poteſt.
175 Quo ad conditionem ſi ſeruum ignoranter quis duxerit, neq; illum in libertatem poſſit vindicare poteſt dimittere, niſi detecto errore cognouerit:
176 Diſſoluitur etiam quia non ritè contractus ſit, vt ſi Concil. Trid. neceſſaria ſolemnitates c. 1. de reform. matrim. non ſint adhibita.
177 Vel ſi coniugatus cum ſoluto de facto contraxit, ſoluto ignorante, primumq; ſolui contingat, nan 2. ſolutio à voluntate ignorantis pendet.
178 Vel ſi rapiens cum rapto, quia a rapti in libertate poſiti voluntate ſolutio pendet, quamuis affuerit copula libero conſenſu, quia perſona erat inhabilis.
179 Matrimonium verò conſumatum ratum, & validum, quò ad vinculum morte tantum ſoluitur.
180 Quæritur tamen an mortuus reſurgens coniuncto denuo ſit copulandus.
181 Cenſet copulandum, niſi alteri ius ſit quæſitum, quod primum vinculum non omnino ſolutum ſit, niſi quo ad obligationes num. 185.
182 Ex pauli verbis ad Hebreos 11. Clementiſq; in Conſtit. Apoſt. lib. 3. c. 2.
183 Ex nou. 22. de nuptijs c. 20. §. 1.
184 Et quia carnis coniunctio omnino non eſt ſoluta neq; re, neq; quò ad ſignum.
186 Pontificis verò diſpenſatione ſolui nequit.
187 Neq; etiam Polygamia poſſet permitti.
188 Quò autem ad cohabitationem, vel vtriuſq; voluntate, quæ fit perpetuo, ſi vterq; profiteatur religionem voti ſolemnis.
198 Quod ſi mulier tantum, niſi vir effitiatur Epiſcopus, eiuſmodinē religionem profi-

profiteatur, reuocabilis eſt.

190 Si verò vir, niſi mulier perpetuam continentiam voueat, valdeq; ſenex ſit, vel niſi profiteatur, reuocabilis eſt, quamuis profeſſio conſenſu alterius ſit facta.

191 Quemadmodum & reuocabilis eſt temporalis, vt orationi vacetur.

192 Vnius autem voluntas ſufficit, vel ex fornicatione corporali, ex quauis carnis corruptione non ſecuta cum vxore in vas debitum.

193 Quia quod coniugi debetur, diſperditur, maximèq; animus a muliere auertitur.

194 Potiſſimum autem ex adulterio, quod & in muliere reſpectu viri locum habet.

195 Niſi vterq; conſentiat dictæ fornicationi.

196 Quod ſi is tantum qui non fornicatur, innocens poteſt dimittere.

197 Siq; vterq; fornicatus eſt, diſſolui nequit.

198 Vel ſi ante pœnitentiam fuit tolerata fornicatio,

199 Quod ſi non ſit tollerata, cohabitare nequit, ſiquæ fornicetur, redintegratur.

200 Spirituali etiam fornicatione diſſoluitur, ſi alter in hæreſim labatur, quæ ſi fiat ante emendationem lapſi, perpetuò ſeparantur.

201 Poſt emendationem, ſi eccleſiæ iudicio facta non ſit, redintegratur.

202 Quod ſi iudicio eccleſiæ, & qui permanſit, vult conuolare ad religionem poſt profeſſionem redintegrari nequit.

203 Cenſet tamen, quod etſi nollet ingredi, redintegratio pendet à voluntate eius, qui in fide permanſit.

204 Ex capitulo, de illa. infra de diuortio.

205 Idq; ſtatutum eſt, in pœnam eorum, qui à fide declinant

206 Quamuis dimittens ob fornicationem carnalem, etiam abſq; iudicio eccleſiæ non cogatur.

207 Cum hoc caſu iuditium eccleſiæ non requiratur, niſi ad dignoſcendum, an iuſtũ fuerit viri iuditium, cum omnes canones liberè id fieri poſſe dicant.

208 Facit tex. in c. diſcretionem de eo qui cognou. conſang. vxor. ſuæ, & in c. ſignificaſti. infra de diuortio,

209 Hicq; caſus eſt à Domino exceptuatus. (culta.

210 Specialeq; eſt, vt hoc caſu quis ius dicat in cauſa propria, quo res magis ſit oc-

211 Quamuis ſi agatur ad alias pœnas, iudex ſit addendus.

212 Et vxori dimiſſæ agenti de dote poteſt adulterium obijci.

213 Moleſta etiam cohabitatione proueniente vel ex furore intollerabili poteſt diſſolui, ſolum quò ad torum, vt tollatur vitæ periculum.

214 Idemq; dicendum eſt ex morbo, ex quo mors alteri poſſet contingere.

215 Vel ex maxima ſæuitia, & inimicitijs, ex quibus ſi iudicatur impoſſibile, vt tutò poſſent cohabitare, omnino diſſolui poterit, quod Iudicis arbitrio cõmittitur.

216 Quod ſi datur temperamentum, ante temperamentum poteſt fieri, quò ad cohabitationem, temperamento autem adhibito ſolui nequit.

217 Poterunt tamen exigere, & reddere debitum, ſi id tutò fiet.

1 AGrediamur nunc vltimum articulum, videamusq; quemadmodum matrimoniũ finem accipiat, finis duplex ſolet cõſiderari, deſtinatus, & non deſtinatus. deſtinatus matrimonij finis, ſeu terminatio, nullatenus perpendi poteſt, vt potè cum vinculo ſacramenti iuncti ſint coniuges ad indiuiduitatem nulla eſt huius vinculi terminatio, cum vnus vnicæ tantũ eſſe debeat quòd patet ex verbis clem. in conſt. apoſt. lib. 3. c. 2. vt ſup. 4. art. nu. 75. docuimus, & quia ſacramentum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nunquã amittitur vt in c. quẽto ꝟ. de diuor. deſeruit dictũ Iuſt. nou. 22. c. 20. §. 1., ,ſoluto igitur matrimonio fœlix, quidem, & beatum eſt ,, vtrique contrahentium per durare in priori coniugio.

2 Quò verò ad finem non deſtinatum, vt dignoſcamus quemadmodũ matrimonium diſſoluatur recurendum eſt ad ipſius coniugij diuiſionem, quam ꝟ. 3. art. 2. q. declarauimus, vt nempe quoddam ſit legitimum tantum, quoddam verò ratum, videamus igitur primo de legitimo tantum, omiſsis caſibus in quibus, & ratum, quia ſi ratum diſſoluitur, multò magis, & legitimum dirimi poterit. Illa tamen declarabimus, ex quibus dignoſcemus, quemadmodum legitimum a rato differat, etſi ratum quoq; dirimatur.

3 Legitimum igitur tãtum matrimoniũ diſſoluitur, vel ſecundũ leges, quibus contrahentes ligabantur tum, cùm contraxerunt, vel ſecũdũ iuris Pontificij diſpoſitionem. primo modo diſſoluitur, vel prout apud varias gentes diuerſæ ſunt leges, quod quidem dignoſcere omnĩno, haud poſsibile eſt, neq; ẽt admodum vtile, quia neceſſe eſſet ſcire, & recenſere omnes leges, quæ ab omnibus infidelibus obſeruantur, & conſtitutæ ſunt, quod etiam parum ad rem noſtram facit, ſiquidẽ de his quæ foris ſunt nihil ad nos, cap. gaudemus infra de diuor. vel

4 † diſſoluitur ſecundum iuris Cæſ. diſpoſitionem, quo quidem caſu cõſiderandum eſt, quòd matrimonium diſſoluitur, vel eo quod eſt inualidum, vel diſſoluitur, & ſi validum.

Inualidum igitur vel eſt ita inualidum vt neceſsitate ſit ſoluendum: vel ſolum pendet à voluntate ipſorum contrahentium diſſolutio. quò ad inualidum hoc ſecundo modo, dicemus ꝟ. in rato, nam hoc caſu ſatis conueniunt iuſ. Cęſ. & Pont. in quibus tamẽ differant declarabimus.

5 Si igitur ſit inualidum primo modo, prouenit diſſolutio vel ex delicto ipſorum contrahentiũ, vel ex aliqua coniunctione, quæ inter eos intercedit; delictum autem conſideratur, vel ratione matrimonij trãſacti, vel ratione eius quod contrahitur inutiliter.

Quò ad tranſactum id euenit, vel quò ad omnes mulieres in genere, vel

Ff quò

Digitized by Google

quò ad libertã,q̃ prius patrono nupſit, priore caſu quoties mulier q̃ ſine cauſa repudium petijt, intra quinquenium nubat Impp. Theod. ac Valent. conſt. in l. conſenſu C. de repud. & Iuſt. nou. 22. c. 15. §. ſi verò, & nou. 117. c. 8. infamis efficitur, neq; connubium huiuſmodi
6 contractus nuncupari poterit, ſecũdo † verò caſu, ſi inuito patrono, à quo hac de cauſa fuit manumiſſa, alteri nubat, etiam nuptiæ irritæ ſunt, l. in eo iure, & l. ſeq. & l. filio patroni, & l. proximè, & l. ſeq. ff. de ritu nupt.

7 Ratione autem eius quod inutiliter contrahitur, diſſoluitur vel ex quadam correſpectiuitate, quæ eſt inter ipſos contrahentes, ex quo factum eſt, vt matrimonium ad inuicem contrahere non poſſint: vel ex defectu conſenſus eorũ, in quorum ſunt poteſtate. primo modo id euenit vel reſpectu ſubiectionis, quà vnus alteri præſtat, vnde ſubeſt timor non liberi conſenſus, vel ex diſparitate reſpicien. alias conditiones, vel qualitates ipſius perſonę; ſubiectio autem prouenit vel ex poteſtate tuendi, vel ex iuris dictione.

8 Ex poteſtate tuendi euenit, vt ſi minor qui fuit, eſtuè in poteſtate tutoris, vel curatoris contraheret cum ipſo tutore, vel curatore, vel cũ eiuſdem filijs, nepotibusuè, etiam naturalibus, quamuis in poteſtate patris non ſint, neq; patris heredes fuerint, nec non, & eius parentibus, vt huiuſmodi matrimonium diſſoluendum ſit, vt probatur in l. tutor. ff. eod. l. Sen. Conſ. & l. ſeq. l. non eſt matrimonium, & l. ſeq. l. libertum eundemq; ff. de ritu nupt. l. ſi tutor C. de interd. matrim. cũ alijs, ibi per Accurſ. citatis. Rom. in rub. ff. ſolut. matri. nu. 3. Imo neq; curatoris libertus minorem ducere poterit, dicta l. non eſt matrimo-
9 nium, & l. libertum curatoris d. tit. in † hac tamen re ità diſtinguendum eſt, quod aut pater, ſeu auus, in cuius erat poteſtate minor, ſtatuit, vt illa ipſi tutori, eorumue filijs nuberet, aut nõ. priore caſu nuptiæ improbatæ non erant, l. tutor ff. de ritu nupt. d. l. ſi tutor. proinde au⁹, ſi vtriq; auus ſit, quàmuis neptis tutor illam altero nepoti ex filio iungere poterit, quemadmodum probat tex. in l. non ſolum §. v-
10 no ff. d. tit. ſecundo † verò caſu aut reſcripto principis remotum fuit huiuſmodi impedimentum, & hoc quoq; caſu licitæ erant nuptiæ, vt
11 in prædictis iuribus, ſi verò † remotum non fuerat, tunc vel contractæ fuerant, quod minor vigeſimum ſeptimum annum exceſſerat, redditęq; fuerant rationes, neq; hoc caſu inualidæ erant, vt colligitur ex l. quamquam §. finali & d. l. non eſt matrimonium ff. de ritu nupt. Quòd ſi ante illud tempus contractæ fuiſſent, tunc diſſoluebantur, &
12 † hæc quidem procedunt ſi minor ſit fœmina, quia tutor poteſt filiũ

pupillo

pupillo in matrimonium collocare, vt d.l. libertum eundemq; §. fin.
d.tit. de ritu nupt.
13 Ex iuriſdictione autem contingit, vti docet Paulus in l. ſi quis offi-
cium ff. de ritu nupt. quod ſi quis officium in aliqua prouincia admi
niſtrat, non poſsit neq; ipſe, neq. aliquis eidẽ pertinẽs, eius opera a-
liquam mulierem ex ſibi ſubiectis in vxorem ducere, vti etiam pro-
bat tex. in l. vnica C. ſi rector prouinciæ vel ad eum pertinentes ſpon-
ſalitias arras dederint. quare neque filio ducere volenti poteſt cõſen
ſum præſtare, vt in l. qui in prouiucia ff. de ritu nupt. filias tamen in
matrimonium poterit collocare. quemadmodum tex. in d.l. ſi quis of
ficium, & in d.l. vnica intelligi debeant, declaraui ſupra antecedenti
14 capite 5. art. nu. 66. & 67. hic † tamen breuiter ſubijcio, quemadmo-
dum hæc diſſolutio cõtingere valet, in qua re ſic diſtinguendum eſt,
quod aut huiuſmodi officialis habet officium in propria prouincia,
aut in aliena: priore caſu nõ prohibetur, vt probat tex. in l. eos qui ff.
15 d. tit. de ritu nupt. ſi verò † in aliena, tunc vel officium tale eſt, vt nõ
poſsit ex eo inferri probabilis timor ipſi ſubiectæ, aut poteſt eſſe ter-
ribilis: ſi non, etiam concludendum eſt, quod non prohibeatur, neque
nuptiæ diſſoluantur, vti probat tex. in d.l. vnica, & in l. præfectus ff.
16 d. tit. de ritu nupt. ſi † verò poteſt eſſe terribilis, aut duxit veterem
ſponſam (quod intelligo ſi ſponſalia eo tempore contraxerit, quo nul
latenus ſuberat fama illum illam prouinciam adepturũ) & hoc quoq.
caſu nuptiæ validæ ſunt: ſi verò non veterem ſponſam duxerit, duran
te officio omnino nuptiæ non ſunt, & per conſequẽs dirimendæ, ſed
17 † ſi finito officio mulier perſtiterit in eadem voluntate, nuptię conua
lidari poterunt. ſed dubium eſt, an validæ cenſeantur prout ex nunc,
an verò prout ex tunc. quod poſſet refferre ob filios medio tempore
natos, cenſerem tamen confirmari ſtatum liberorum ex diſpoſitione
l. cũ quis C. de natur. lib. quamuis tex. in d.l. eos qui, dicat „ & ideò
„ poſtea liberos natos ex iuſto matrimonio legitimos eſſe, q̃a iure ve-
teri per ſubſequens matrimonium non efficiebantur legitimi primò
nati, niſi dicamus, quod cum matrimonium ſubeſſe nõ potuerit, neq.
filij legitimi efficiuntur. iure tamen Pont. non improbatur huiuſmo
di matrimonium, vt infra dicemus.
18 Ex diſparitate, illa conſideratur vel quò ad conditionem, vel quò ad
qualitates. quò ad conditionem dupliciter euenire poteſt, vel ſi vnus
eſt ſeruus: alter autẽ liber. vel ſi vnus ſit ingenuus: alter aũt libertinꝰ.
primò caſu iure ciuili incęſtæ erant, ac nullius momenti huiuſmodi
nuptiæ, vt probatur in l. cum ancillis C. de incęſt. nupt. vt potè cũ ſo-

tamen intelligo, vt eas vti matres familiàs nõ poſſent habere, ſecus vſu, quia erat vti matrimonium iuris gentium.

24 In ſpecie verò rurſus id conſideratur quò ad Senatores, eorum vè filios, & eos, qui infames cenſentur, ſiue quod illi artem ludicrã exercuerint, eorum vè parẽtes, quòd eàdem l. Iul. de maritand. ord. cautum probant iura §. citata in d. l. lege Iulia, corporevè quæſtũ fecerint, ſiue quòd fuerít publico iudicio damnati, vt in l. palam §. ſenat. ff. d. tit. de ritu nupt. ꝙ ſi matrimoniũ inter pdictos cõtrahatur, matrimoniũ nõ erit. hoc tñ forte poſſet dici corectũ ex pdictis Iuſt. cõſt.

25 Defectu autem conſenſus eorum, in quorum ſunt poteſtate, ſolum id operatur patria poteſtas, ex ea enim efficitur, vt filijfamilias in poteſtate conſtituti nullatenus poſſunt nuptias cõtrahere, contractęq; irritæ ſint, vbi inuitis, inſcijs vè parentibus fuerint contractæ, quãuis filius fam. ſit miles, vt probatur in princip. in inſtit. de nupt. notandus tex. in l. Paulus ff. de ſtatu hominũ, l. in ſpõſ. 1. huius initij ff. de ſponſ. l. nupt. 2. & 3. huius initij l. 3. l. generali, & l. fil. fam. ff. de ritu nupt. quòd ſi filius ſit, & habeat patrẽ, & auũ, quãuis in aui tantũ poteſtate ſit, ſi pater non ſit emancipatus, vtriuſq; cõſenſus neceſſarius erit, vt in l. ſi nepos in princip. d. tit. de ritu nupt. quamuis ſi filia, cõ

26 ſenſus aui ſufficiat, vt in l. oratione d. tit. verũ † tamen eſt, quòd ſi is in cuius eſt poteſtate, captus eſt ab hoſtibus, vel ignoratur vbi gẽtiũ ſit, quòd ſi filiusfamiliàs expectauerit per triennium, poteſt contrahere matrimonium, vel etiam ante, ſi cum tali contrahat perſona, cuius conditionem certum ſit abſentem nõ repudiaturum, vt probatur

27 in d. l. ſi nepos §. 1. & duabus l. ſeq. ff. d. tit. quemadmodum † etſi parẽtes eſſent furioſi, filius fam. contrahere non prohibetur, vt in d. l. ſi nepos in princip. & tradit Iuſt. in princip. in inſtit. de nupt. parentes

28 † tamẽ conſentire nolentes diuorum ſeueri, & Antonini reſcripto cauetur, per Præſides prouinciæ cogendos eſſe, vt collocent, dotentq;,

29 vt in l. qui liberos ff. d. tit. habetur; ex † is etiam conſtat emancipatũ filium ſine conſenſu patris rectè nuptias contrahere, quare nec diſſolui poterunt, vt probatur in l. filius emancipatus d. tit. & l. in poteſtate ff. de ſponſ. & quamuis alias tutoris, curatoris vè auctoritatem arbitrati ſimus iure ciuili neceſſariam, attamen id verum non eſſe cõperimus, niſi in ſponſalibus ab impubere contractis, vt iura à nobis citata probant, quandoquidem iure ciuili ante pubertatẽ inualidæ ſunt nuptiæ, l. minorem ff. de ritu nupt. & §. in perſonæ circunſtãt. diximus, & inf. in rato, quò ad voluntarias diſſolutionis cauſas dicemus, poſt verò ſolum habet curatorem, qui cum rebus non perſonis

datus

Digitized by Google

datus ſit, ſine illius conſenſu rectè nuptiæ contrahũtur, vti docet Paulus in l. ſciendum eſt prima huius initij. ff. de ritu nupt. quod & in facto aliàs reſpondi.

30 Quò verò ad aliam coniunctionem, ob quam neceſſitate Iure Cæſareo matrimonium inualidum dijudicatur, & per conſequens dirimitur; huiuſmodi coniunctio conſideratur vel quò ad aſcendentes & deſcendentes, vel quò ad collaterales.

Quo ad aſcendentes, & deſcendentes indiſtinctè prohibentur nuptiæ, & contractæ diſſoluuntur, ſiue ſit coniunctio ex ſanguine, vti conſanguinitas, ſiue affinitas, ſiue ex lege, vti adoptione, quamuis non ſit cognatus, quemadmodum docet Iuſtin. in §. 1. in Inſtit. de nup. & ſi ſoluta ſit emancipatione adoptio, idq. ius moribus receptum eſt, vnde etiam quò ad libertinos protenditur, l. libertinos. 8. ff. de ritu nupt. idq; etiam in impedimento iuſtitiæ publicę honeſtatis recipiendum cenſuit Vlpian. in l. ſi qua mihi. ff. d. tit. vt etiam colligitur ex l. adoptiuus, vbi & de ſeruili cognatione idem cenſuit. l. Ariſto. l. nuptiæ, 4. huius initij, l. quin etiam in prin. Eadem ratione in ſecundo quoq; affinitatis genere id locum habēre voluit Papinianus lib. 4. reſponſ. vti habetur in l. vxorem ff. d. tit. ſi quidem vitricus vxorem quondam priuigni ducere nequit, quæ loco filiæ eſt, neq; priuignæ maritus, priuignæ nouercam, quæ loco matris fuit, quod fortè nec hodie mero iure ſublatum eſt, quamuis hoc caſu ius Cæſareum, & ciuile differre multi ſint arbitrati, nam iſtud ius iuregentium introductum probatur in l. fin. ff. de ritu nupt. de qua re inf. ſuo loco dicemus in rato. quãuis non deſint, qui arbitrentur, eſſe hoc caſu prohibitum ob publicę iuſtitiæ honeſtatem, quò factum eſt, vt ab eorũ nuptijs ſit abſtinendũ, qui quoquomodo, nobis ex parentum coniunctionib. iuncti ſunt, vt & ipſi nobis loco parentum ſint, vt in §. 1. in inſt. de nupt. & in l. nuptiæ 4. huius initij ff. de ritu nupt.

31 Quò vero ad collaterales diſtinguitur, quòd aut coniunctio prouenit ex ſanguine, aut ex lege, ex ſanguine prouenit, vel conſanguinitas, vel affinitas. conſanguinitas eſt inter eos qui eodem ex ſanguine ſunt progeniti.

Quò igitur ad conſanguinitatem receptum eſt, vt illi qui ex eodẽ ſtipitæ deſcendunt, & ipſi ſtipiti in tertio gradu iuncti ſunt Iuris Cæſarei, matrimonium contrahere non poſſe, & contractum diſſoluẽdũ, quemadmodum colligitur ex §. inter eas, quoq; perſonas, cum duobus ſeq. in inſt. de nupt. in l. libertinus l. adoptiuus §. tantundem l. per adoptionem §. amitam quoq; l. ſororis pronepotem l. & nihil in

tereſt

tereſt l. etiam ſi concubinam ff. de ritu nup. proinde omnes ex ſorore, fratreuè deſcendentes prohibeor habere, ſiue filij, ſiue nepotes, ſiue pronepotes, ſic & parentum ſorores, fratresuè, ſiue patris, ſiue aui, ſiue proaui ſint, vt in prædictis iuribus habetur, hi enim ſtipiti hoc eſt patri, auo, proauouè, tertiò tantum gradu iunguntur, vti frater, & frater, ac ſoror.

32 Quò vero ad affinitatem, quæ quidem Iure Ciuili ſolum ſolet conſiderari illa, quæ ex nuptijs prouenit, non ex fornicatione, quemadmo dum docuit Couar. p. 2. c. 6. §. 7. nu. 2. Soto in 4. diſtinct. 41. q. 1. art. 1. Goffr. in ſumma ỹ. de eo, qui dixit quā polluit, Flor. p. 3. tit. 1. c. 11. Quod tamen intelligēdum eſt, vt habeat locum nedum in matrimonio iuſto ſeu iuſtis nuptijs, ſed etiam in ſeruorum contubernio, & in con cubinatu, quæ coniunctiones propriè iure Cæſar. matrim. non ſunt, vti docet Paulus in d. l. adoptiuus §. ſeruiles quoq; ff. de ritu nupt. l. liberi C. de nuptijs, Couar. vbi ſup. nu. 3. Inter hos iure ciuili quò ad colaterales nulla videtur prohibitio, neq; enim fratris prædefuncti vxorem, frater ducere iure ciuili prohibetur, quoniam inter collaterales primus gradus non datur, quod aliàs a me animaduerſum non fuit, ſiquidem is affinitatis gradus qui à me cōſiderabatur, erat inter aſcendentes, inter quos prohibētur in infinitum, vt ſupra docuimus, & probat Paulus in d. l. adoptiuus §. nunc videamus, & §. ſeq. ff. d. tit. de ritu nupt. quia omnes hæ perſonæ loco parētum ſunt ex illis, quæ docet idem Iuſt. in d. §. 1. in inſt. de nupt. & Caius in d. l. nuptiæ 4. hu ius initij ff. dicto tit. de ritu nupt.

33 Ex legis autem coniunctione duplex prouenit cōiunctio; altera, quę iuſtitiæ publicæ honeſtas dicitur, altera quæ legalis, quæ ex adoptio ne prouenit. quò ad iuſtitiam publicæ honeſtatis iure ciuili conſide rat illa dupliciter, vel quo ad ſpōſalia, & ē effect⁹ ſpōſaliorū, expreſſeq; prohibetur inter patrem, & ſponſam filij, & inter filium, & patris ſponſam, nec non inter ſponſum, & matrem ſponſæ, & per conſe quens diſſoluuntur, l. ſi qua mihi vxor, & l. adoptiuus in fine ff. de ri

34 tu nupt. §. ſi vxor in inſtit. de nupt. 2. † vel quo ad matrimonium, nam ſi vxor alicuius poſt diuortiū alteri nupſerit, filias quàm ſuſceperit, hæ nō ſunt priori viro affines, vti quæ poſt diſſolutionem illius coniunctionis natæ ſunt, ſic nec cōiunctæ, attamen ex hac honeſtate prohibētur priores viri illas ducere, idemq; in adoptione procedit vt patris adoptiui vxorē nō poſsit ducere, quamuis agnati nō ſint, nec cognati, nec affines, ex eadem honeſtate, vt ſup. quò ad aſcendentes

35 dixi, iure † verò canonico, iſte caſus non poſſet contingere, niſi primum

mum matrimonium non fuiſſet conſumatum, ob maleficium, & ea ratione ſolutum, vel niſi ſecundum fuiſſet contractum, eo quòd conſtiterit primũ virũ prędefunctum, quod tñ falſum eſſet, iſti .n. viro quidem iuncti primo caſu eſſent ex vinculo iuſtitiæ publicæ honeſtatis,
36 ſecundo † verò caſu etiam affinitatis in primo genere, quamuis eius ſoboli in ſecundo genere iuncti eſſent, vnde nulla inter eos amplius eſt affinitas, inter viros verò ſecundo caſu eſſet in ſecundo genere affinitas, quò ad quos fortè hoc tempore durat, vt ſup. dicebamus.
37 Quò verò ad adoptionem, qualiter illa quò ad aſcendentes, & deſcẽdentes, operetur iam ſupra explicauimus. Nunc autem breuiter videndum ſupereſt, qualiter quò ad Collaterales, in qua re rurſus eſt diſtinguendum, quod aut adoptio emancipatione non eſt ſoluta, aut eſt ſoluta, ſi igitur ſoluta non eſt cõſtat fratrem, vel ſororẽ, quos quis nanciſcitur ex adoptione, hoc eſt filios eius patris, qui aliquem in filium adoptauit, non poſſe ducere, & per conſequens nuptias diſſoluendas eſſe, c. 1. ẏ. de cognat. leg. magiſt. in 4. diſtinct. 42. c. 4. & ſeq.
38 Sed eiuſdem patris vxoris liberos non prohiberi conſtat, cum etiam inter priuignos nuptiæ contrahi poſsint, vt in l. generali §. inter priuignos ff. de ritu nupt. hecq; docet Iuſt. in §. inter ea, & §. eius vero mulieris in inſt. de nupt. ſed dubium eſt quò ad alias perſonas, quæ iunguntur eodem modo cum ſtipite.
39 Siquidẽ Iuſtin. in §. duorũ autem fratrum d. tit. vult amitã, licet adoptiuam, ac Materteram nõ poſſe quem ducere, quod idem quò ad amitam, & amitam magnam cenſuit Caius in l. per adoptionem in fine ff. d. tit. è contra Vlpianus in d. l. ſi qua mihi vxor §. adoptiuæ eod. tit. de ritu nupt. vult, filiam ſororis adoptiuæ, & ſororem patris adoptiui, nõ eodẽ patre natã poſſe iungi cũ adoptato, qui eodẽ gradu ſunt.
Verùm animaduertendum eſt, quod rectè idem Vlpianus rationem diuerſitatis exponit, nam per adoptionem, cum in familiã adoptatur, ſolum iungitur agnatis, & ijs qui agnatorum ius habẽt, proinde quò ad eos ita prohibetur, vti & ex ſanguine iũcti, vti ſup. declarauimus, ſed quò ad cognatos nullatenus illis iũgitur, nec cognatus efficitur, quia non dicitur ſimul natus, ſed in familiam redactus, quamuis quò ad aſcendeutes ſecus ſit, vt ſup. dixi, ex honeſtate pub. iuſtitiæ, quemadmodum probat tex. in l. qui in adoptionem ff. de adopt. proinde
40 † ad duo animaduertendum eſt, primum quod dum Iuſt. in d. §. duorum fratrum, inquit ,, item amitam licet adoptiuam ducere vxorem
,, non licet, & poſtmodum ſubdit: item nec materteram, de matertera adoptiua intelligendum non eſt, quia cognata eſt, quæ adoptiuo

fieri

fieri nequit,licet patris adoptiui materteram prohibeor,quia mihi licet non patri agnata eſt,l.quin etiam ff. d.tit.vnde Caius amitam tātum, & amitam magnam nominauit, proinde Vlpianus id expreſſe declarat,dum patris ſororem ex alio patre natam,quæ cognata eſt patri,ducere poſſe declarat,hæc enim matertera eſt.

41 Secūdò,quod in Arbore ipſo,quæ a latere patris vocatur matertera, illa poteſt cōtingere multis modis,& vt matri ſit ſoror,ſiue ex vtroq; parente,qui mihi auus,auiaq; nuncupātur,ſiue ex vno qui mihi, vel auus,, vel auia ſit tantum,ſiue patri ſoror,ex patris matre, quæ mihi auia dicitur, quòd ſi ex patris patre, qui auus dicitur patri ſoror ſit,tunc amita vocatur, & ſic deinceps attēdēdo hanc cognationē, & agnationem poteritis dignoſcere.ex his igitur patet,quod quò ad cognatos patris illis nullaten⁹ iūgitur,neq; illis,q ſi naturalis quoq; eſſet,illi cognati efficerētur,& p cōſequēs nulla eſt phibitio, neq; p cōſequēs cōtractū īter eos matrimoniū īualidū,infring dūuē eſſet.

42 Si vero ſoluta eſt adoptio, vel agnatio, nullatenus vlla eſt prohibitio,ſiue quòd adoptatus emancipetur,ſiue quòd naturalis emancipetur,vti docet Iuſt.in d.§.inter eas l. per adoptionem, & l. quin etiam §. patris adoptiui ff. eodē de ritu nupt. idē ſentit Magiſt.in 4. diſtin. 42.c.5.& tex.in c.1.ÿ.de cognat. legali, & hæc de inualido ſint ſatis.

43 Quò ad validum, illud etiā dupliciter diſſoluitur,vel in uita,vel morte,in vita vel diuortio, vel ſeruitute.diuortio dupliciter ſolui poterat,vel vtriuſq; conſenſu;vel vnius tantum.vtriuſq; conſenſu, vel ſine cauſa,vel ex cauſa; ſine cauſa quamuis aliquando id permiſſum fuerit,vti probatur in l.ſi conſtante C. de repud.& nou.22.c.4. voluit Iuſtin.& nou.140.Id tamen vetitum,& abrogatum fuit Nou.117.c.10. & 127.cap.4.q̄ poſteriores ſunt,prout etiā probauimus ÿ. 3.art.1.q. nu.48 vnde hoc caſu licet diſſolueretur,erat tamen diuortium illicitum, & pœnale,vt habetur in prædictis iuribus, & in l. cōſenſu C.de

44 repud. ex † cauſa autem ſolum diſſolui poterat,ſi ambo continentiæ votū perpetuū emiſerint, vti ſtatuit Iuſtin. allegata nou. 117. c. 10.

45 Vnius autem conſenſu,diſſoluebatur vel ſine cauſa, & erat vtſup. illicitum,& pœnale vt in d. l. conſenſu, & in d.nouel. 117. c. 10. proba-

46 tur, & expreſsè, & à fortiori,vel † ex cauſa, & tunc conſiderandę ſūt cauſæ ipſæ,quarum quædam communes ſunt,hoc eſt,quòd ſiue à viro, ſiue à muliere proueniant,diſſolui poterat,quædam verò particulares,nepe vel q̄ à viro tātū,vel q̄ à muliere tantū poſſunt proficiſci.

Communes igitur conſiderabantur, vel ex delicto alterius,vel ex voto, ſolemni,ac profeſsione diſſoluere volentis,delictum autem conſide-

rabatur vel admiſſum in ipſum coniugem diſſoluere volentem, vel in Principem. in Principem enim commiſſum delictum, quod leſę maieſtatis dicitur, ſiue verè, ſiue ſolum, quòd de eo adſit probabilis ſuſpicio operabatur, vt alter innocens poſſet ab huiuſ. matrimonio recedere, cęteris omnibus alijs delictis, qui perſonam dimittentis non tāgunt excluſis, vti ſtatuit Iuſtin. d. nou. 117. c. 8. & 9. quicquid plures alij fuiſſent expreſsi in d. l. conſenſu, & nou. 22. cap. 15.

47 Quò vero ad ea delicta communia, quæ tangunt perſonam coniunctam, illa vel reſpiciunt tori tantum violationem, vel etiam perſonæ: quò ad torum dupliciter etiam diſſolui poterat, vel ex adulterio, vel etiam ex ſolo impudico commertio, quaſi ex vehemēti adulterij præſumptione, vt colligitur ex d. l. conſenſu C. de repud. & ex dicta nouel. 117. eod. loco, hac tamen differentia, quod vir nō niſi fuerit monitus, neq; reſcipiſcat, dimitti non poteſt, vt c. 9. §. ſi quis verò ead. nou. habetur; quamuis olim ſecus eſſet, vt patet ex illis, quæ docet Sigonius de Antiq. iur. Rom. lib. 1. c. 9.

48 Quò vero ad perſonæ violationem, id euenit, ſi alter eorum in alterius mortem fuerit machinatus, ſiuè id veneno, ſiuè quouis alio modo pagere conat⁹ ſit, d. l. cōſenſu d. nou. 22. c. 16. & d. nou. 117. c. 8. & 9.

49 Ex voto autem ſolenni, & Monaſtici habitus aſſumptione vnius tātum voluntate, nempè illius, qui ad meliorem vitam cōuollaſſet ſolui poterat iure ciuili, vt nouel. 22. c. 5. 117. c. 12. quicquid, Soto. & aliqui aliter cenſuerint, clara .n. ſunt Iuſtin. verba vtroq; in loco. potiſſ. d. nou. 22. etiam ex d. nou. 117. ob cap. 10. quod idem diſpoſuiſſet neq; à ſuperfluitate tutus fuiſſet Iuſtinianus.

Quæ verò iuſtæ diſſolutionis cauſæ in viro tantū cōſiderātur, duæ ſunt.

50 Prima ſi voluerit, ſeu tentauerit vxorem, vt cum alio fornicetur, altera autem eſt, ſi falſo ream adulterij vxorem dettulerit, ſeu accuſauerit, vt ex prædictis iurib⁹ colligitur, potiſsimū ex dicta nou. 117. c. 9.

51 Quæ vero conſiderātur in vxore, ſunt quidam actus contemptus ipſius viri, vel qui impudicitiam ſapiunt, qui quidem vel exercentur in loco priuato, vel in publico. in loco igitur priuato caſus expreſsi hi ſunt, ſi pernoctauerit apud alios inſcio, vel inuito viro, niſi ſint proprij parentes, ſi extraneorum cōuiuijs interfuerit eodem modo, ſeu illa appetierit, vel cum viris alijs lauetur, vt in prædictis iuribus, potiſsimum d. nou. 117. c. 8. quamuis Romuli lege ex ſolius vini potatione à viro, & puniri, & dimitti poſſet, vti docet Sigonius, vbi ſup.

52 Publico aūt in loco id euenit, ſi eodem pacto viro inſcio, vel prohibēte publicis ſpectaculis intereſſe voluerit, ſeu Circēſibus theatris, aut amphi-

amphiteatris interſuerit, vt Iuſtiniani in præcitato loco verbis vtar. ex is decidi poterit, quòd ex oſculo etiam luxurioſo alteri viro dato idem eſſet iure ciuili ſtatutum, ob vehementem adulterij præſumptionem, ſiquidẽ quod nonnulli dicunt, quod ſi conſtat, non fuiſſe perpetratum adulterium, locum id non habeat; credo, quòd caſus euenire nõ poſsit, quis. n. poterit negatiuã hâc pro muliere aſſerere?
53 Seruitute verò matrimonium, licet olim dirimeretur, quoquomodo ſeruitus contingeret, ſiuè captiuitate, ſiuè quauis alia cauſa, vti probatur in l. 1. ff. de diuor. hodie autem Iuſtiniani conſtitutionibus aliter res decidenda eſt, quandoquidem ex Iuſt. nou. 22. quæ de nuptijs inſcripta eſt cap. 7. cautum eſt captiuitate, donec certum eſt virũ ſupereſſe, nõ amplius ſolui matrimonium ſine pœna poſſe: quod ſi incertum ſit, quinquennium expectandum erit. quo elapſo, ſi adhuc incertum eſt, vel certũ de morte, ſolui poteſt. quod verò de militia aliàs ſtatutum fuit, correxit Iuſtin. nou. 117. ca. 11. vt omnino mortis fides ſit neceſſaria, de qua re inf. in rato de morte dicemus.
54 Ex ſeruitute autem contingẽte aliter, id poteſt euenire, ſi ſeruus efficiatur apud ciues, quo caſu vel fit ſeruus priuati, vel ſeruus pœnæ. ſi ſeruus pœne, adhuc matrimonium non ſolui ſtatuit Iuſtin. vbi ſ. c. 8. & cap. 13. & prædictos ſeruos non effici, ſi verò priuati, tunc quia verè ſeruus efficitur, matrimonium ſoluitur, vt ibidem c. 9 habetur.
55 Morte verò, vt ſoluatur, qualiter dicẽdum ſit, diſtinguitur, quòd aut mors eſt certa, & dic vt in rato, aut eſt incerta, & hoc caſu regulariter ſolui nequit, niſi prædicto in caſu captiuitatis, vti ſup. declarauimus ad mentem Iuſtin. nou. 22. cap. 7. & nou. 117. cap. 11.
56 Secundùm autem iuris pontificij diſpoſitionem, legitimum tantum matrimonium ſolui poteſt, ſi ad fidem veniant quod diuina diſpenſatione diſſolui probauimus ſup. 3. art. 1. q. nu. 50. idemq; probat Gratian. 28. q. 1. §. 1. verſ. quarũ 1. eſt illud, vt habetur Mathei capite 19.
57 & Luc. cap. 14. quò † tamen caſu diſtinguendi ſunt duo principes caſus. primus eſt quando ambo ad fidem veniunt: ſecundus quando vnus tantum. primò caſu rurſus ſubdiſtinguendum eſt, quòd aut ad fidem veniunt eodem tempore, aut diuerſis temporibus, eodem tempore, aut erat validum eo iure, quo illi vtebantur tunc, cum cõtraxerunt, & hoc caſu nullatenus ſolui poterat, c. de infidelibus inf. de cõſang. & affinit. quia ex fide ſuperueniente ratum efficiebatur, cùm potentia, licet non actu, fuerit ſacramentũ, vt ſup. 4. art. in rei circũſt. dixi, quãuis iure Canonico (ſi fuiſſent fideles) inualidũ fuiſſet, quia in hoc attenditur tempus contractus, legesq; eiuſdem temporis, qui

bus ligabãtur: quia de his, quæ foris ſunt, nihil ad nos vt probat tex. in c. gaudemus inf. de diuor. neq; enim ex fide ſuperueniẽte inualidum reddi debet, quod validum erat, & ſacramentum baptiſmi dimittit delicta, non ſoluit coniugia, vt probatur in c. gaudemus, & c. fin. ij. de diuort. Soto in 4. diſtinct. 39. q. 1. art. 3. col. 1. c. ſi quis habue-
58 rit 28. q. 2. & c. acutius q. 3. niſi † ageretur de inualido iure diuino, ex prima inſtitutione vt de ſecundo primo viuente viro, vel vxore; quia ſoluitur ſecundum, vt in dicto c. gaudem⁹, cuius rei rationẽ beliſsimè explicat Soto in 4. diſtinct. 39. q. 1. art. 1. ſentit enim ius pontificium nullũ ius potuiſſe permittere, vel polygamiã, vel diſſolutionem primi coniugij viuentibus primis coniugibus, quare ſi prima cõiux. non conuerteretur, ſed alia nouo matrimonio opus eſſet, vti Soto docet, vbi ſupra verſ. ad quintum.
59 Si verò erat inualidũ, tũc rurſus diſtinguẽdũ eſt, quòd aut eadẽ inualiditas ap̃probata eſt a iure põtificio, aut nõ. primo caſu, vt ſi qs duxerit ſororem, quod matrimonium iure ciuili inualidum eſt, vt ſup. docuimus, poſtmodum ambo ad fidem veniunt, tunc, quia etiam iure pontificio inualidum eſt, ſolui matrimonium concludendum eſt, vt ſentit tex. in d. c. gaudemus, Soto in 4. diſtinct. 39. q. 1. art. 1. in finalibus ver
60 bis, & clarius art. 3. verſ. ad quartum. ſecundo † vero caſu, vt ſi inter libertum, & patronam fuiſſet contractum, & fidem profiterentur res dubia eſt, Soto tamen in d. art. 1. ſentit poſſe, cui non facile aſſentior, quia ob fidem ſuſceptam iuris Canonici legibus ligantur, ratumq; tum efficiatur, quaſi ꝙ tũc, cum licet, cum non diſſentiãt, adhuc conſentiãt, & ſic tacito cõſenſu validũ reddatur vt d. c. gaudem⁹, potiſsimum ſi iure Canonico validum cenſeretur, nec poſſe inualidum reddi, ſeu ſolui, vt in d. c. gaudemus, vel ſi eſſet putatiuum ex bona fide, illud procul dubio verum arbitror, ſi poſt baptiſmum in ſimul rẽ habeant, quaſi quod tunc ſit firmatum, quòd tunc diſſolui non poſſit.
61 Si verò diuerſo tempore, tunc aut primum coniugium adhuc ſolutũ non erat, & hoc caſu cenſeo idem concludendum eſſe, quod in ſuperiori caſu, vt nempè primum adhuc duret, quia res peruenit ad habilitatem, & adhuc res eſt integra, eccleſiaq; deſiderat vt quãtum fieri poſsit priora coniugia omnino firma remaneãt, vt ex ſupra dictis patet, & ex d. cap. gaudemus.

Si verò primum ſolutum erat, iuxta illos caſus, quos infra declarabim⁹ vbi vnus tantum ad fidem venit, tunc aut res erat integra, quod adhuc aliæ nuptiæ ab ipſis coniugibus contractę non erant, & hoc quo-

que caſu cenſeo idem dicendum eſſe, vt primum ſaltem cõualidetur, ſeu inualiditas remoueatur, tanquam quòd remota cauſa remoueatur effectus, Arg. c. cũ ceſſante ſupra de appell. & ex præmiſsis ratio-
62 nibus, aut † res integra non erat, & tunc aut celebs erat, qui primo ad fidem venit, & dirimitur ſecundum, tanquam quod inualidum ſit, vt potè cum illud ſecundum validè ab illo contrahi non potuerit iuxta Iuris Pontificij deciſionem, vt ſupra explicauimus, ad mentem Soti in 4. diſtin. 39. q. 1. Art. 1. quo ſoluto primũ conualidatur vt ſupra, idq; probat tex. in d. c. gaudemus §. quod ſi conuerſum.
63 Quod ſi celebs non erat, ſed ſecundum contraxerit, primum non cõualidatur, quia ratum eſt ſecundum, primum verò non, & ſolutum ſed ſecundo veniens cogitur in celibatu permanere, tãquã quòd diſſolutioni primi occaſionem præſtiterit, arg. eorũ, quæ iam probauimus §. antec. cap. 6. Art. quòd qui diſſolutioni matrimonij operam dedit, vel inhabilis ad exigendũ ſe reddidit. & ſi primum ſoluatur, adhuc perpetuo matrimonium contrahendi inhabilis efficitur. crediderim tamen, quòd ſi contraxiſſet cum alio, qui, & ipſe ad fidem veniret, quòd tunc iſtud ſecundum non dirimeretur, eo quòd alter contrahendo, omnino vinculum illud ſuſtulit, quo ligabatur, quare ſecũdi contrahendi non omnino inhabilis erat ex primi præexiſtentia, vt in primo caſu, quia tunc illa primi caſus ſolutio, habetur tanquam tori, non vinculi ſolutio, ex hisq; etiam cenſeo poſſe diſpenſari, cum hoc ſecundo, potiſsimum timore incontinentię, ſi eſſet adoleſcens, vt etiam celebs poſſet contrahere, arg. c. in adoleſcentia 33. q. 2. niſi forte primus coniux liberaretur interim morte a ſecũdo cõiugio, & ad primũ redire vellet, quia priori adhærere cogendum hoc caſu cẽſeo. Vlterius quòd ſi de facto contraheret Chriſtianus durante priori coniugis ſecundo coniugio, quòd nõ diſſolueretur, quia non reperitur iure cautum, arg. c. cum apud inf. eodem.
64 Secundo autem caſu principali, quando vnus tantum fidelium ad fidem venit, quæſtio ſatis controuerſa eſt, an tunc omnino de neceſſitate ſoluendum ſit primum coniugium, in hac tamen re de more procedam diſtinguendo caſus claros, vt deinde in caſu dubio res decidatur. primo igitur aut infidelis vult diſcedere, aut non. primo caſu poteſt matrimonium diſſolui, & impartiri fideli licentia aliud matrimonium contrahendi, idq; ex verbis Pauli 1. Cor. c. 7. ,, quòd ſi in
,, fidelis diſcedit, diſcedat. probat tex. in c. quanto, & ſeq. infra de diuor. c fin. & §. fin. 28. q. 2.
65 Si verò infidelis non vult diſcedere, tunc aut vult ideo cohabitare, vt ſedu-

ſeducat, & hoc quoq; caſu idem dicendum eſt, vt poſsit diſſolui culpa, & defectu ipſius infidelis, etſi poſt ſuſceptum baptiſma copula ſecuta ſit, vti docet Soto in 4. diſt. 39. q. 1. art. 3. col. 7. verſ. arguitur autem, quia vt dicebat Beatus Ambroſius,, contumelia Creatoris ſo-
,, luit ius matrimonij circa eum qui relinquitur: aut non, & tunc, aut non abſtinet à blaſphemia diuini nominis, & idē dicendum eſt, quibus caſibus omnino quò ad cohabitationem ſoluendum eſt, vt firmat Soto in 4. diſtinct. 39. q. 1. art. 3. concl. 2. quamuis nullo caſu ſoluendū quò ad vinculum de neceſsitate ſit, vt ibidem concl. 1.
66 Si verò abſtinet, neq; ſeducere tentat, tunc aut fidelis non vult cohabitare, neq; cogendus eſt, c. ſi quis gentilis 28. q. 1. Soto vbiſup. cōcl. 3. ſed dubium eſt, an quò ad vinculum ſit dirimendum, an quò ad cohabitationem, cuius quæſtionis veritas ex inf. dicendis patebit.
67 Si verò vult cohabitare, dubitatur, an illi iſtud ſit permittēdū, quòd ſi permittatur, neque quò ad cohabitationem matrimonium diſſoluitur, primò enim, illud ſciendum eſt, quod ad mentem Magiſtr. in 4.
68 diſtinct. 39. c. 3. arbitrati ſunt quamplures Teologi, quod † ſi infidelis fuerit requiſitus, vt ſe chriſtianum reddat, vti eſt coniux, neq; id agere velit cenſendus ſit, quod citra contumeliā creatoris non poſſit habitare, & per conſequēs dirimendum. fatentur igitur hac monitione non facta, neq; præmiſſa, in priore caſu non diſſolui, niſi quò ad cohabitationem, vti voluit Gratianus in §. ſi. 28. q. 2. ob ſpretum apoſtoli conſilium, ſentit Couar. p. 2. c. 7. §. 4. nu. 5. & in nou. addit. ad mētem Rophen. lib. de ſacerd. c. 12. Soto vbiſup. concl. 4.
In ſecundo vero caſu nullatenus diſſolui dicendum eſt, ſed dubietas reſſidet in hoc, an omnino hæc monitio ſit faciēda, & facta operetur, vt in Priori caſu etiam quò ad vinculum ſoluatur: in ſecundò vero non poſsit Chriſtianus amplius cohabitare; ſiquidem, & illud pro conſtanti tenendum cenſeo, poſſe vtrumq; velle, vt matrimonium duret, quò ad vinculum donec alterius matrimonij celebratione dirimatur, vt ſup. dixi, & probauit Flor. 3. p. tit. 1. c. 6. palud. in 4. diſtinct. 39. art. 2. Couar. vbiſup. neq; neceſſario dirimendum, vt firmat Soto diſtinct. 39. quæſt. 1. art. 3. concluſ. 1.
69 Quòd igitur huiuſmodi monitio ſit facienda, probat Concil. Tolet. 4. c. 62. relato in c. Iudei 28. q. 1. Cuius meminit magiſtr. in præcitato loco, & Soto; ad huius argumenti eneruationem D. Tomas, Ricardus, & alij, quos Soto. prædicto loco col. 8. verſicul. ſed nihilo. recenſet, conſiderant tria tempora, & ſecundum ea diuerſum quoq; ius obſeruatum aſſerunt, primum tempus à tempore Apoſtolorum vſq; ad
dictum

dictum concil. Tolet. quod fuit celebratum tempore Theodori Papæ anno Domini circiter DCXL. & hoc tempore monitionem illã non fuiſſe faciendam cenſent. ſecundum tẽpus eſt dicti concilij, quò cautum fuit, vt Iudei, qui Chriſtianas mulieres haberent in Hiſpania monerentur, vt Chriſti fidem ſuſciperent, alioquin ſepararentur, idq; tã tum in viris, & Iudeis locum habuit, quo caſu ſolui poterat, etiam quò ad vinculum, neq; cohabitare mulieri licuit.

Tertium tempus fuit ex poſt, quo inoleuit vſus eccleſiæ vt nulli fideliũ permittatur cohabitare cuiuſuis ſectæ infideli coniugi.

70 Prædictis tamen non attentis, ego contrarium de iure verius cenſeo, nam primo animaduertendum eſt Can. illum Concil. Toletani, eſſe canonem concil. prouincialis, quo caſu vniuerſam eccleſiam nõ ligat, cum non cõſtet de Summi Pontificis approbatione, neq; inter pontificia decreta, ac decretalium compilationem relatum, ex illis, quæ notantur in prohæmio decretalium.

71 Secundò quia fuit quadam particulari ratione factus, quia in Hiſpania obſtinatius Iudei ſuam perfidiam tuebantur, quę ethnicorum peior eſt, & propterea viri ſimulabant velle cohabitare, quò paulatim vxores, vti imbeciliores ad ſui perfidiam attraherent, adeò quòd non leuis erat ſeductionis ſuſpicio. vlterius ſuberat alia ratio, vt facilius Iudei amore vxoris ducti ad Chriſtianam fidem amplectendam accederent, vt inquit tex. in c. gaudemus infra, de diuor. per conſequens mihi non videtur recipienda indiſtinctè d. deciſio, vbi illę rationes ceſſant, arg. c. cum ceſſante ꝫ. de app. quas quidem rationes prædicti quoq; doctores referunt.

72 Neq; modo me mouet allegatus vſus, quia de eo non conſtat, niſi fortè in Hiſpania, immò innouatum Apoſtoli conſilium, & ab vniuerſali eccleſia Romanoq; pontifice denuo approbatum conſtat Innocentij tertij conſtitutionibus in c. quanto, de cõſilio Cardinalium, vt in 3. compil. legitur, & c. gaudemus inf. de diuor. ibi, „ ſi enim alter infide„ lium, & c. altero vel nullo modo vel ſaltem, vt in 3. compil. non ſine „ blaſphemia, & c. ei cohabitare volente, vbi hoſce caſus excipit tantũ, in reliquis firmans regulam, non ſoluendum coniugium, arg. c. Dominus 32. q. 3. & in d. c. gaudemus, „ qui autem, & c. nunquam ea viuen„ te poterit aliam etiam ad fidem conuerſus habere, niſi & c. vbi vt ſup. excipit tantum prædictos duos caſus ſup. expreſſos, vbi noluerit, vel voluerit cum contumelia creatoris habitare, quæ quidem conſtitutiones editæ fuerunt ab Innocẽtio tertio, qui fuit Pontifex ãno 1198. vſq. ad 1215. quare neceſſe eſt, vt huiuſmodi vſus expoſt inoleuerit

quòd

quod tamẽ mihi non conſtat, verũ illi eſſet attendẽdum, vbi adeſſet.
73 Id aũt, q̃ ſ. dixi † & poſſet ꝓbari hoc argumẽto, quod aut hmõi cõuerſiones fiunt in terris infidelium, nec tutum eſſet recedere, vti etiã Soto docet; aut in terris fidelium, & tũc, aut multi ibi ſunt infideles, & tunc danda eſt opera, vt facillimè conuertantur, ne repudij timore abſtrahantur, vt inquit tex. in d.c. gaudemus, & hanc rationem ad Pauli conſilium afferunt Doctores: vel pauci, & tunc cũ de ſeductione minus timendum ſit, non eſt cur prohibeantur, neq; enim fit, vt adduci poſsim (parcant tanti patres) vt credam eccleſiam vniuerſalẽ, ita de facili à Pauli conſilio receſsiſſe, quamuis non negauerim quin id facere poſsit, vti Soto, & cæteri docent Theologi. ſic igitur, nõ recedendum cenſeo à ſupradicta diſtinctione, prout etiam firmat Couar. in p̃citato loco Nauar. in Manual. c. 22. nu. 48. & ex his ſũt declarati caſus, in quib⁹ m̃rimoniũ, q̃ legitimũ tñ ẽ ſolui vtroq; iure põt.
74 Quò verò ad ratum, illud vt ſup. 3. art. 2. quæſt. diximus eſt vel initiatum, ſeu contractum tãtum, vel conſumatum, proſequamur igitur caſus, in quibus initiatum ſoluitur, omiſsis illis in quibus, & conſuma-
75 tum, quia ſi conſumatum multò magis & ratum. Diſſoluitur † igitur huiuſmodi matrimonium vel impotentia, vel voluntate, quãuis neq; ſola impotentia, niſi accedat volũtas alicuius cõiugũ, diſſolui queat, ſed dico voluntate vbi vel adeſt potentia conſumandi, vel incertum eſt an adſit, dico autem impotentia, cum illi voluntas accedit.

Impotentia igitur vt ſup. 4. art in perſonæ circunſt. nu. 6. dicebamus, eſt vel naturalis, vel accidentalis. naturalis prouenit vel ex ætate, vel ex vitio naturæ. ætate autem vel minori, vel maiori. minor ætas qualiter conſideretur, vt ex ea inualidũ matrimonium dijudicetur, quod cõtrahi non potuerit, & per conſequens non dicatur contractum, ibidẽ nu. 7. cum duobus ſeq. declarauimus. hoc igitur caſu ſic dicere ſolemus, quòd aut valet in vim ſponſaliorum, aut non. primò caſu diſtinguendum eſt vt ſup. antec. cap. hoc eodem art. nũ. 50. & ſeq. diximus, non tamen diſſoluitur vti matrimonium, ſed vti ſponſalia valida, vt ibi diximus: ſecundò vero caſu omnino ſoluendum eſt, cum nullo modo contractus valeat.

Quò verò ad maiorem, nil eſt, quod ſubijciamus illis, quæ diximus ſup. 3. art. nu. 10. quemadmodum, & ſex nu. ſeq. ibidem copioſè declarauimus, qualiter poſsit diſſolui illud, quod cum impotenti ex naturæ vitio naturali contrahitur.

Quò verò ad accidentalem impotentiam dicebamus ibidẽ nu. 17. quòd illa prouenit vel ex morbo, vel ex maleficio. qualiter autem ex morbo diſſolui

diſſolui poſsit vſq; ad numerum 29. latiſsimè proſequti ſumus, latius ſuſiusq; quam egerint Innocentius in c. iuuenis nu. 7. ꝟ. codẽ Flor. p. 3. tit. 1. c. 20. §. 10. Couar. p. 2. c. 7. §. 4. nu. 15. nec non à dicto nu. 29. vſq; ad numerum 33. Enucleauimus eos caſus, in quibus ex maleficio diſſolui poterit, vbi vnus eorum ſaltim id petierit.

76 Quarè properandum eſt ad caſus, qui à ſola voluntate pendent. igitur proueniunt, vel accedente Pontificis diſpenſatione, vel non. prio re caſu, aut diſpenſatio fit ex aliqua valdè vrgenti cauſa, vt potè ob iminens periculum maximi diſsidij, & belli inter principes, ex adulterio ſubſecuto, ex morbo contagioſo ignorato exiſtenti, vel ſubſecuto, ex furore, & illis cauſis, ex quibus etiam conſumatum quò ad cohabitationem diſſolui poteſt, de quibus dicemus inf. in conſumato, & hoc caſu concludenter omnes I. C. tam Ceſarei, quam Pontificij iuris diſſolui poſſe cenſent, per tex. in c ex publico, vbi communiter ſcrib. Panorm. & alij ſupra de conuerſ. coniug. Archid. in c. qua ꝓpter 27. q. 2. & in rub. ff. ſolut. matrim. Rom. nu. 12. & 26. Sannaz. nu. 25. & 69. Alciat. nu. 15. Socin. Iun. 1. parte nu. 79. 2. par. nu. 112. Card. Pariſ. & alij quamplures. plures etiam alios cumulauit Couar. par. 2. cap. 7. §. 4. nu. 13. qui in propoſito caſu, nec ipſe diſſentit.

77 Aut non concurrit aliqua ex prædictis cauſis, ſed fit ſola Pontificis auctoritate vno eorum petente, in qua tamen re verè illud exiſtimãdum eſt, neminem petiturum, niſi aliquam cauſam afferat ſaltem probabilem, neq; Pontificem diſpenſaturum, niſi illa quoq; ſubſit, ſed iſtud dicitur quò ad eas cauſas, quæ ita vrgentes non ſunt, neq; de eis quicquam cautum eſt, an mero iure Pontificis diſpenſatione quò ad vinculum poſsit diſſolui huiuſmodi matrimonium.

78 In hac quæſtione pugnantes ſunt patrum ſententię, ſiquidem quamplures theologi exiſtimarunt, Romanum Pontificem non poſſe diſpẽſare, vt patet ex illis, quæ dixit Couar. vbi ſup. & quæ accerrimè hãc opinionem defendẽdo aduerſus Caietanum excogitauit Dominicus Soto in 4. diſtinct. 27. q. 1. art. 4. col. 7. & quinque ſeq. vbi Caietanum maximè repræhendit, & ſunt ſubtiliſsima admodum argumenta, quibus ex noſtris adſtipulatur Couar. vbi ſup. qui Panor. aſſentientem eſſe aſſeuerat in d. c. ex publico.

79 Contrariam verò ſententiam communiter omnes Iuris Cæſarei interpretes in d. rub. ff. ſolut. matrim. & iuris Pontificij in d. c. ex pub. Teologiq; canonum periti veram arbitrantur, quibus adſtipulantur Silueſter Caietan. & Ambr. Cater. Michael à Medina lib. 5. de ſacror. nom. continentia ex Theolog. & plures ſummorum Pontificum fa-

Digitized by Google

ctæ diſpẽſationes, quas & Flor. p. 3. tit. 1. c. 21. §. 3. circa finem, & Couar. vbi ſup. receſſenſuit, & Decius in c. quæ in eccleſiarum nu. 16. ꝟ. de conſtitutionibus, & alij quos Couar. ibidem recenſuit, de aliquibus etiam diſſolutionibus, ſe cõſulente, ter quaterue factis à Paulo III. & Pio IV. atteſtatur Nauar. in Manuali c. 22. nu. 21. ſub tit. de ſacramento matrimonij.

80 Ego quamquam validiſsimis inſtent rationibus Teologi, non credo recedendum ab hac ſecunda opinione ſecundum diſpoſitiones decretalium, quibus vti Pontificum deciſionibus legẽ condendo ſatis omnino ſtandum eſt, potiſsimum, ſi ea retinenda eſt veritas, prout retinenda eſt, quòd eccleſiæ caput ſit Pontifex, & eius deciſionibus eccleſiam totã aſſentire debere, eamq; errare non poſſe, c. ſacro ſancta 22. diſtinc. c. in nouo. 22. diſtinct. c. ad Romanam 2. q. 6. c. non decet 12. diſtinct. quę omnia collecta ſunt belliſsimè in tractatu de primat. Romanæ eccleſiæ impreſſo in concil. vol. 1. pag. 8. quare dummodo huius iuris interpretes optimi ſint Canoniſtæ, ſatis ipſis eſt.

81 Quod autem ex decretalium verbis eliciatur huiuſmodi aſſertio, primo loco in medium prodit tex. in c. inter corporalia ſup. de tranſlatione Epiſcopi, quæ eſt Innoc. 3. Pontificis, cuius ſi vita, geſtaq; inſpiciantur, meritò inter ſanctiſsimos Pontifices refferẽdus eſt. eo igitur in tex. arguit ſummus Pontifex à coniugio carnali, ad ſpirituale; primoq; probat ſpirituale ita quò ad contrahentes indiuiduum eſſe, vti carnale, immo magis. hincq; infert ſpirituale quoq; coniugium indiuiduum eſſe quò ad homines, vti carnale, ſoloq; diuino iudicio diſſolui poſſe, ex eiſdem met verbis Domini Mathei c. 19. ,, quos Deus cõ

,, iunxit, homo non ſeparet. quare infert, quòd vbi ſpirituale cõiugiũ Pontificis authoritate diſſoluitur, diuina poteſtate diſſolui dicitur eo quod Chriſti ſit Vicarius. ex his neceſſario infertur Romani Pontificis authoritate, vti diuina authoritate ſpirituale coniugium diſſolui poſſe, ergo arg. à maiori ad minus etiam carnale, in quo ſubeſt eadem ratio, nempe vt illud in ſola ſpiritus cõiunctione cõſiſtat, prout ſit, quando ſolum contractum eſt, vt ſup. 4. art. in rei circunſt. probauimus, quia ſi carnis quoq; coniunctio acceſſerit, cum non ſubſit par ratio non rectè inferri poteſt, vt potè quod carnis coniunctio tunc efficiat, vt non niſi diuino miraculo diuidi poſsit. propterea tunc Romanus Pontifex non poſſet, neq; enim efficere poteſt, vt ille ſit diſiunctus, qui ex ſeminis communicatione alterius corporis partẽ ſuo corpori incorporatam indiuiſibiliter habet, ex verbis Domini dicentis,

,, itaq; iã non duo ſed vna caro. ex cuius communicatione oritur illud

af-

affinitatis vinculum quò ad conſanguineos, eo quod vnũ corpus ſint effecti, quod idem ſecũdum naturalia præcepta ſentit Philoſoph. Ethic. 8. vti refert Flor. p. 3. tit. 1. c. 11. §. 1. propè finem, probat elegantiſsimè Gregorius in c. fraternitatis 35. q. x. Benedictus in c. lex diuine 27. q. 2. Ex his igitur patet ratum coniugium indiuiduum eſſe ſui natura, ſed non ita, quin hanc coniunctionẽ ſummus Pontifex diuina auctoritate diuidere non poſsit, cum non agatur de ſupra naturali diuiſione, neq; ex his fit, vt conſumatum diuidi poſsit, prout ratiocinabatur Soto inferri iſtud abſurdũ: neq; illud, quòd Epiſcopus poſſet, neq; illud, quod Pontifex, tanquam quod ipſe quoq; homo ſit, aduerſus ius tale diuinum, & naturale diſpenſare non poſsit domino prohibẽte, quia diximus, tunc non poſſe, cum adeò diuina diſpenſatione opus eſt, vt natura ipſa abſq; miraculo id fieri non poſsit, ſed ſpiritus coniunctio ſuaptè natura eſt diuiſibilis, niſi diuino præcepto eſſet indiuiſibilis, nam in hac re Soto adheremus, quò fit, vt natura ẽt ſit ind uiſibilis, ſed non ita, vt dixi, vt diuino miraculo ſit opus ad diuiſionem, licet diuina auctoritate facta, ſit opus diſpenſatione, neq; illud, quod homines ipſi poſſent.

82 Secundo huic ſententię adſtipulatur tex. in c. ex publico ſup. de cõuerſ. coniug. & in c. lex. diuinæ 27. q. 2. quibus in locis expreſſe tã Alex. quam Benedictus Pontifex probãt, verba illa ,, & erunt duo in ,, carne vna: itaq; iam non ſunt duo ſed vna caro, intelligi de matrimonio conſumato tantum. proinde rectè dicebat ex initiato tantum, & conſumato, quẽ bigamũ non effici, cum prima coniunctio non fuerit oĩno pfecta, vt in c. debitũ ſup. de bigamis, & gloſ. in c. quapropter 37. q. 2. & quicquid Soto dicat, illam Pontificis Alex. expoſitionem non eſſe legitimam, ſed ideo expreſſam, quia ſufficiens erat ſuæ intẽtioni: Reſpondeo quòd aut eſt vera, aut nõ: ſi eſt vera, etiam legitima eſt. ſi non vera, Pontificem erraſſe dicẽdum eſſet, quare non fuiſſet ita de facili in Raimondi compil. redacta. Illud tamen procul dubio verũ cenſeo, verba Alex. referẽda ad illa Domini verba ,, itaq; iam nõ duo

83 ,, ſed vna caro, vt inf. dicam. Neq; † me mouet Nicolai Pontificis expoſitio in d. c. ſcripſit 27. q. 2. quia ibi agit de conſumato dirrimendo quo ad cohabitationem ex voto communi continentiæ. ſicq; patet nõ ibi interpretari de contracto tantum.

Vlterius verba Benedicti in d. c. lex diuinæ, ita aperta ſunt, vt niſi omnino cauillos perquiramus, hanc veritatem preſeferãt, inquit enim poſt relata illa verba ,, propter hoc relinquat, &c. & erunt duo in carne ,, vna; quibus verbis innotuit, non aliter virum, & mulierem poſſe fieri

Digitized by Google

„ vnam carnem,niſi carnali copula ſibi cohereant;quibus ſic poſitis, vt ex eiſdem fontibus,quibus nititur ipſemet Soto,hauriamus hanc veri tatem, breuiter percurramus eius rationes.

84 Et primò quidem in hoc cõuenimus Soto matrimonium initiatum, & ratum dirimi nõ poſſe, niſi diuina diſpẽſatione,& diuino iuditio, ſed non ea, quæ Pontifici Romano demandata non fuit.

85 Secundò fatemur, ex illiſmet verbis Gen. c. 2. initiatum matrimonium effectũ Adæ præcepto a Deo non improbato indiuiduum explicitè,ſed non ex illis Mathei cap.19.,,quos Deus coniunxit,homo nõ „ ſeparet,niſi in quantum implicitè Adæ præceptum refertur, & ita Innocent.3.verba expono, in d.c. inter corporalia.

Primũ enim deduco, ex illis verbis Adę propter hoc relinquat homo, „ patrem, & matrem,& adhęrebit vxori;cum enim vxor ſit tum, cũ cõtractum tantum eſt matrimonium,vtſup. 3. art. in diffinitione latiſſimè probaui,iam tunc illi adhærere iubetur,quare cum ſeparatio ſit cõtraria,omnino ſeparatio prohibita dicitur,cum vero ſubdit,,& erunt duo in carne vna;hoc eſt præceptũ futuræ copulæ, vt eſſet in officium naturæ, non quod ex illis inferri poſsit,ex ſolo conſenſu vnã carnem effici: quamuis ex illis,, hoc nunc os,ex oſsibus meis, Euam iam ſibi ex carnis communicatione adiunctam cenſeret,ſed id fuit ſ. naturali modo,& diuino miraculo factum,quod in alijs non contingit.quare cum deinde Chriſtus ſubiunxit,, itaq; iam non ſunt duo, „ ſed vna caro,illud ſenſit,vbi Adæ pręceptum iam fuerit adimpletum, & ſic copula ſecuta,& tum demum ſubiunxit,, quos ergo Deus coniunxit, homo nõ ſeparet,innuens expreſsè,vbi ſunt effecti vna caro, implicitè,vbi ſit contractum,iuxta Adæ præceptum, aduerſus quod Adæ pręceptũ,& hãc ſecũdã cõiũctionẽ,cũ nõ omnino ſit indiuidua natura,quin id à Pontifice diuina auctoritate fieri poſsit,non vetuit.

86 Neq. facit,quòd Iudei non loquebantur de conſumato,quia ſat eſt, quod ex verbis Domini reſpondentis id inferatur.

87 Neq. ſecundo obeſt, quod eo ipſo quod eſt contractum,datur cuiq. facultas,& poteſtas alieni corporis:quia dico,quod aliud eſt permiſſio,aliud factum;ſiquidem ante factum ſola permiſsio poteſt impediri,ne ad actum deueniat, ſed poſt factum,quod factum eſt infectũ reddi nequit,cum tunc actus,& potentia iuncti ſunt. hinc ſit, vt licet carnalis copula,non ſit de eſſentia,eſt tamen talis,vt conducat ad perfectionem matrimonij, adeò quod vbi in ſolo conſenſu non permanet vinculum,ſed copulam expoſtulat aliquis contrahentium, illa ſit neceſſaria ad validitatem,vnde ſi deficiat diſſoluitur,vtſup.in primo mẽ

88 bro,

88 bro,& in locis ibi relatis probauimus, proinde † non omnino accidentalis eſt, vt Soto dicebat, neq. vtriuſq. eadem natura, prout latius in diffinitione diximus. Neq. quò ad ſubſtantiam, neq. quò ad ſignũ, & ita etiam interpretari poteſt tex. in c. cum ſocietas 27. q. 2. ſiquidem ille omnes coniunctiones, quæ in initiato ſignantur, diuiduæ fuerũt, cum à Sinagoga receſſerit, ſecus illæ, quæ ex conſumato vt ſ. in rei circunſtantia diximus, neq. dicat aliquis Christi, & eccleſiæ etiam quò ad ſpiritus coniunctionem non eſſe diuiduam, vt qui perpetuo illi ſe adhæſurum promiſit, quia dico vèrum actu futurum, naturali tamen potentia diuiduam, prout Sinagogæ contigit, ex illis Domini verbis,, malos malè perdet, & vineã ſuam locabit aliis agricolis Mathei c. 21. Chriſtus autem nunquam à verbo diſiungi actu poteſt, ob vnionem hypoteſis.

89 Quod autem Pontificis factum non faciat fidei articulum, dicimus ſatis nobis eſſe, ſi probabilem faciat opinionem.

90 Quod modò dicebat dari facilem viã diſſolutionibus, hoc eſt pontifices ipſos de facilitate redarguere, neq; nos Eraſmum vidimus, & tamen Caiet. adhæremus, quem nec vidimus, ſed ex Theologis ſolum ipſum Soto, & Flor.

91 Citra Summi Põtificis diſpenſationem, vnicus eſt ſoluendi modus, nempe religionis ingreſſus, quamuis nõ defuerint, qui arbitrati ſint quaſdã alias eſſe cauſas, ex quibus licitum ſit à matrimonio recedere citra Põtificis diſpẽſationẽ, & ſi qs nõ ingrediatur religionẽ, de quare explicatis illis, q̃ ad religionis ingreſſum attinẽt, breuiter agem⁹.

92 In hoc igitur modo ita diſtinguendum eſt, quod vel agimus de eo religionis ingreſſu, in quo tria illa vota ſolemnia non emittũtur, quod ſolet dici votum non ſolemne, vel de ea, in qua votum ſolemne omnino emittitur. in primo caſu non diſſoluitur, & ſi quis etiam ſacros ordines ſuſciperet, proinde multo minus, ex ſimplici continentiæ voto diſſolui nequit, quemadmodum probatur in c. 1. de voto lib. 6. vbi gl. c. ex parte 2. hui⁹ initij ſ. de cõuerſ. cõiug. d. c. ex publico Couar p. 2. c. 7. §. 4. nu. 5. vſq; ad 13. latè Teologi in 4. d. diſtinct. 27.

93 In ſecundo verò caſu rurſus diſtinguendũ eſt, quod aut agimus de ſimplici voto, & ingreſſu: aut de voto ſolennizato, quod emittitur, cum profitetur religionem ipſam. in priore quoq; caſu etiam certum eſt matrimonium non diſſolui, quia adhuc licitum eſt religionem egredi, & fidem matrimonio ſeruare quò ad reditionem, vtſup. diximus antec. art. 1. inſpect. quare datur duorum menſium ſpatium tantum huic ingredienti ad ſolemne votum emittendum, vel ad fidem coniugij

iugij ſeruandam, c. ex publico ꝟ. de conuer. coniug. quod tamen intelligunt Doct. vbi extra clauſtra degit, vel habitũ non recepit: quod ſi habitum recepit, datur annus, vti voluit Hoſtienſ. in ſumma dicto
94 tit. Soto in 4. diſtinct. 27. q. 1. art. 4. vbi † etiam probauit mulierem vi compreſſam à viro ante profeſsionem, non poſſe amplius religionẽ ingredi, cuius contrarium exiſtimauit, Couar. vbi ſup. Vltimo vero caſu emiſſo voto, tunc demum verè diſſoluitur, d. c. verum, c. ex publico, vbi omnes ſup. de Conuerſ. coniug. c. deſponſatam, c. decreta, c. ſcripſit 27. quæſt. 2.

In hac quoq; cauſa aliqui etiam arbitrati ſunt, aliquando de neceſsitate hoc pacto ſoluendum huiuſmodi coniugium, vt ſi poſt initiationem contraxit, vir cum vxore, vel è cõtra affinitatem, quia tenetur is, qui ſe inhabilem reddit ad ingrediẽdũ, verũ ꝟ. dicã in ſeq. caſibus.

95 Citra religionis votum, nec non Pontificis diſpenſatione duæ aliæ cauſæ proponuntur, ex quibus matrimonium initiatum tantum poſſe diſſolui quidã arbitrati ſunt, quarũ prima eſt ob contagioſũ morbũ ignoratum alterius coniugum, vel ſuperueniens ante cõſumationẽ, quam quidem opinionem probauit Rom. in rub. ff. ſolut. matrim. 2. lect. nu. 12. & ibi Alciat. nu. 16.

Contrarium tamen magis communiter à noſtris receptum eſt, in c. fin. ꝟ. de coniug. lepros. quæ quidẽ opinio firmatur hiſce fundamentis.

96 Primò quia ſi huiuſmodi matrimonium ſoluẽdum eſſet, nulla alia ratione ſolui poſſet, niſi vti inualidum, quia validũ (vt ſup. dixi) omnino indiuiduum eſt ſui natura: vti vero inualidum diſſolui nequit, niſi ex erroneo conſenſu, vbi ceteræ inualiditatis cauſæ ceſſent, ſed neq; hoc pacto dijudicari inualidum poteſt, vt mox probabo. ergo inualidum non eſt. quod autem ex erroneo conſenſu inualidum non ſit iu-
97 dicandum probatur, primo † quia ex ignorata qualitate nunquam talis cenſetur conſenſus erroneus, vt ex eo matrimonium ſolui poſsit, prout probatur per Grat. latiſsimè 28. q. 1. & 2. per totum, ſed hic agimus de qualitatis ignoratione, ergo, &c. idq; expreſſe præſeferũt Deciſ. cap. 1. & 2. eod. tit. de coniug. lepros. vbi diſſolutio ex huiuſmodi cauſa prohibetur.

98 Secundò deducitur ex eo, quod ſi hac ratione poſſet dici inualidum, etiam conſumatum diſſolueretur, vti de ſeruo dicitur, vt inf. in conſumato probabimus, ſed hoc eſt falſum, quia conſumatum diſſolui nequit, vt probatur in d. c. fin. inf. de coniug. lepros. ergo nec initiatũ, ex ijs patet longè ſubeſſe diuerſam rationem à conditione ad qualitatem, etiam peſtiferam, quia qualitas hæc poteſt remoueri.

99 Qui-

99 Quibus ſic poſitis, facile cōtrarijs reſpondere poſſumus, & primò ad tex. in c. fin. d. tit. dum inquit,, quod ille non cogitur ad illam acci-,, piendam, cum nundum inter eos matrimonium fuerit conſumatum, quod ibi agitur de ſponſalibus de futuro, quæ poſſunt diſſolui, niſi ſit matrimonium conſumatum, hoc eſt copulę interuentu ita firmata, vt matrimonium quoq;, & contractum, & conſumatum ſit, quandoquidem eo tempore ſola conſumatione ſponſalia in matrimonium tranſibant, vt & ſup. 3. art. 2. quæſt. dixi.

100 Secundò pro contraria opinione vrget tex. in c. 1. eod. tit. vbi innuitur quod regulariter leproſi ſunt ſeparandi, vt ſupra 4. art. in perſon. circunſt. dixi, & tum demum non eſſe leproſos ſeparandos, vbi ſunt effecti vna caro, quod contigit ſolum copula ſecuta, vt c. lex diuinæ 27. quæſt. 2. & ſup. dixi; ergo ante conſumationem ſeparari poſſunt, quia dico, quod ibi agebatur de ſeparatione quò ad torum, quā nec faciendam cenſet, ex huiuſmodi morbo; proinde ſubdit, quod illa nō ſit, vbi sūt effecti vna caro, quare ſolum id inferri poteſt, quod quò ad torum poſſunt ante conſumationem ſeiungi, ne ſanus inficiatur, cum tunc ad debitum reddendum non cogatur, vt ſup. anteced. art. dixi q-bus illud addi poteſt, quod ſi ſemel reddiderit, ad perpetuo reddendum obligatur, vt c. 2. eod. tit. de coniug. lepros.

101 Tertia, & vltima ratio, quæ pro contraria opinione deducebatur illa eſt, quod vbicunq; impeditur actus conſumationis matrimonij matrimonium ſolui poteſt, arg. c. quòd propoſuiſti 32. q. 7. tanquā quod perfectio, & finis ad quem inductum eſt tollatur potiſsimum quia ſi ſequatur coniunctio, filij morboſi naſci poterunt, & aliquando tales, vt impoſsibile ſit vt diu viuant, vt in morbo gallico, & per conſequens tanquam ceſſante cauſa, ob quam id conſtitutum eſt ceſſet, & contractus, & diſpoſitio, & illa promiſsio tradendi corpora in mutuā poteſtatem, ex c. cum ceſſante ex. de app. & ex tit. de cond. ob cauſam, ſeu ob nullam cauſam, at hic impeditur actus conſumationis, & prolis perfectio, quia iſte non tenetur cognoſcere, & per conſequens tollitur illa conceſsio poteſtatis corporis in mutuam petitionem, ergo matrimonium ſolui poterit. cui tamen ſatisfieri poſsit ſi dicamus, illud conſiderari quò ad impotentiam omnino, quæ ſui natura ad actum deduci non poteſt, ſed in prædicto caſu ad actum potentia poteſt deduci, licet non poſsit cogi, & per conſequens remanet obligatio ſublato impedimento, & per conſequens vinculum, quare melius eſt filijs eſſe, & infirmis, ac mori, quàm non eſſe, ob animæ immiſsionem, quæ deinde cœlum poteſt aſcēdere, indeq; Deo gloria, & honor

tributur,

tribuitur, quod filij procreantur, præter quod naturalibus remedijs id poteſt euitari.

102 Ex prædictis quoq; rationibus tollitur illud, quod quidam etiã arbitrati ſunt, vt ex fornicatione ſuperueniente alicuius coniugis, potiſsimum, ſi ex ea contrahatur inter coniuges affinitas, omnino huiuſmodi matrimonium initiatum quò ad vinculum, vel poſsit, ſi ſimplex ſit fornicatio, vel debeat diſſolui, ſi cõtrahatur affinitas, vt patet ex illis, quos retulit Soto in 4. diſtinct. 27. q. 1. art. 4. col. 11. verſ. in ſumma, Alciat. in d. rub. nu. 14. vbi citat D. Ambroſium, idq; colligi videtur ex d. c. ex publico ſup. de conuerſ. coniug. quia cum contractum eſt, validumq; fuerit, indiuiduum vinculum omnino contrahitur, quod nulla cauſa diuidi poteſt, vti ſtatuit Sinod. Trid. ſeſſ. 24. de ſacram. matrim. can. 7. Neq; facit quod impediatur coniunctio, cum ſit prohibita ſub peccati pęna, quia iſta prouenit facto coniugum, qui non poſſunt ex ſe diſſoluere, præter quod Epiſcopi diſpenſatione remoueri poteſt, vt ſup. antec. art. diximus, Flor. p. 3. tit. 1. c. 11. col. 3.

103 verſicul. quì autem cognouit, propterea † licet bonum ſit, tunc conſulere eum, qui dedit cauſam, vel alterum, qui fornicariæ adhæret, vt ingreſſu religionis diſſoluant huiuſmodi coniugium, quemadmodũ probat tex. in c. diſcretionem inf. de eo, qui cognouit cõſang. vxor. ſuæ, non tamen poſſunt cogi, quia votum religionis omnino liberum eſſe debet, vti, & matrimonium, c. puella 20. quæſt. 2.

104 Neq; me mouet tex. in d. c. ex publico ſup. de conuerſ. coniug. vbi dicitur, non poſſe dimitti vxorem, niſi ob fornicationem, quia intelligendum eſt quò ad torum, ex illis quæ ſup. diximus antec. art. 2. inſpect. 4. quæſt. Mathei c. 19. luce 26. 1. cor. c. 7. c. placuit cum multis ſeq. 32. q. 7. c. gaudemus inf. de diuor. Concil. Mileuit. Can. 17. Concil. African. Can. *69.* illud autem, ſi conſumatum, non debet intelligi quaſi, quod ſi non conſumatum, omnino diſſolui poſsit, quia ibi agitur de tori ſeparatione ob religionem, in quo concludit, quò ad religionem ex ea vnius tantùm voluntate non dari ſeparationem poſt cõſumationem, neq; quò ad torum, cùm ſola cauſa fornicationis ſit excepta, ſed ante conſumationem religionis ingreſſu poſſe diſiungi, cũ vna caro non ſint effecti, & hic (niſi fallor) eſt genuinus ſenſus illius cap. vt, & ſup. quò ad diſpenſationem dicebamus.

105 Huiuſmodi tamen cauſæ contagionis, & affinitatis, ac fornicationis probabiles eſſe poterunt, vt Romanus Pontifex diſpenſando diuina authoritate diſſoluat, priori caſu, ne cogatur perpetuò abſtinere ſanus, vel cõtagionis periculum ſubire, quæ rationes poſſent cauſam

pręſ-

præſtare, vt alter in alterius mortem machinetur, ſic, & ſecundo caſu, ne fornicario, ac incœſtuoſo: vel commiſceatur non ſine peccato, vel infamia, vel perpetuò abſtinere cogatur, quæ etiam ſolent præbere cauſam ad vindictam exercendam, mortemq; mutuo infligendam, & hæc de initiato ſint ſatis.

106 Quò verò ad matrimonium ratū, ac conſumatum, vt videamus qualiter diſſolui poſsit, illud etiā altero de duobus modis diſſoluitur. vel prout eſt inualidum, vel prout eſt validum. videamus igitur primo qualiter inualidum diſſoluatur, omiſsis illis caſibus, in quibus, & validum, quod etiam diſſoluitur vel de neceſsitate, vel volūtate, hoc eſt φ licet ſit inualidū, cōualidatio tamē pēdet à volūtate ipſorū cōtrahētiū, vel eorū alicui⁹ neceſsitate aūt diſſolui debet, volūtate poteſt. Inualiditas igitur, quæ operatur diſſolutionem de neceſsitate, prouenit vel ex defectu perſonali intrinſeco, vti perpetuo intellectus defectu vtſup. 4. art. nu. 3. dixi. vel extrinſeco, & tunc prouenit quoq;, vt & ſup. quò ad ſponſalia dicebamus antec. cap. hoc eod. art. vel ex delicto, vel ex aliqua alia coniūctione, quæ iam erat inter contrahentes.

107 Delictum autem, vt, & ibi diximus, commiſſum eſt vel in Deum tātum, ſeu principaliter, vel in homines principaliter. in Deum, vel eſt ratione fidei, vel ratione voti; & hic quidem conſideratur cauſa exiſtens tantùm, quia agitur de inualiditate ex cauſa intrinſeca.

108 Quo autem ad fidem cōſideratur baptiſmus potiſsimùm, quare etſi alter ſit infidelis, alter autem Chriſtifidelis, ſi ille, qui eſt Chriſtifidelis adhuc non eſt baptizatus, licet ſit matrimonium prohibitum, non tamen eſſet dirimendum, ſi contraheretur, ex illis, quæ docet Soto in 4. diſtinct. 39. quæſt. 1. art. 1. & 2. col. 4. & ſeq. vbi probat, ideo dirimi inter Chriſtianum, & infidelem, quia ob cultus diſparitatem impeditur, ne ſacramentum nouę legis ſuſcipiat, qui non eſt baptiſmo initiatus, cum baptiſmus ſit ſacramentorum omnium ianua. quare cum tale eſſe non poſsit ei, qui baptiſmū non ſuſcepit, cumq; hoc caſu nullus baptiſmum ſuſceperit, matrimonium eſt tantum legitimum, non ratum, quod legitimum poteſt inter diuerſæ ſectæ homines contra-
109 hi, vt ibi probatur, præterquā † quò ad Iudeos, & Chriſtianos, quia id iure Ciuili Romanorum prohibitum eſt, vt in l. ne quis Chriſtianam C. de Iudeis, quicquid paſsim Doctores in l. 1. ff de ritu nupt. ſecuti Accurſ. ibi, ex illis verbis,, diuini, & humani iuris cōmunicatio;
110 aliter cenſuerint. de qua re ſup. 3. art. 1. quæſt. diximus. E contra † ſi ambo ſint baptiſmo initiati, & ſi alter eorum in infidelitatem labatur, ſiue hęreticus ſiat, ſiue apoſtata, ſi cōtrahatur inter iſtos matri-

monium, nullatenus dirimeretur, quamuis prohibeatur, vti docet idem Soto vbi ſup. col. fin. verſicul. cum ergo heretici, quod idem ſtatuit Synod. Trid. ſeſſ. 24. Can. 5. de ſacram. matrim. gloſ. Turrecrem. & Bellamer. in c. caue, & ſeq. 28. q. 1. gloſ. in c. 1. 35. q. 5. quia adhuc ratũ eſt, ob illius ſacramenti fidem, quam potuerunt adhuc habere.

111 Quod ſi alter eorum baptiſmo ſit initiatus, alter autem non; nullatenus matrimonium valet, & per conſequens dirimendũ erit, d. c. caue & ſeq. 28. q. 1. c. quanto inf. de diuor. quamuis non baptizatus eſſet cathecumenus, & baptizatus à fide deuius, ex illis q́ not. gloſ. Turrecrem. & Bellamera in d. c. caue. Soto. vbi ſup. Couar. in additionibus editis poſt opus ad §. 11. c. 6. 2. p.

112 Et quamuis Soto arbitratus ſit, hanc diremptionem de neceſsitate faciendam, nullo expreſſo iure probari, ſed ſola traditione, quaſi ex iure non ſcripto inualuiſſe hanc opinionem in eccleſia, & per conſequens, quod mero iure poſitiuo ſit introducta, dariq; per conſequens, Pontificis poteſtate ordinaria diſpenſationem, tanquam de prohibitione, quæ in ſolo iure Pontificio poſitiuo conſiſtat: arbitror tamen, & iure expreſſe cautum, & à iure diuino hanc prodire diremptionem, quãuis non inficier. poſſe Summum Pontificem diſpenſare diuina auctoritate, qua pollet.

113 Primò igitur illud ſupponendum eſt, quod vbicunq. matrimonium contrahi prohibetur, idq. fit, quia perſonæ inhabiles redduntur ad huiuſmodi matrimonium contrahendum, ſi contrahatur, inualidum eſt, vt in conſanguineis, hisq; ſimilibus fit, vt docet Sinod. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reformatione matrimonij, at in caſu iſto prohibetur, quia inhabiles redduntur ad ſic contrahendũ, ergo, &c. Mi-
114 nor probatur, primo † ex verbis Pauli 2. cor. c. 6. vbi inquit,, nolite
,, iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ? &c. illa enim verba,, nolite iugum ducere, prohibent quancunq. coniunctionem, nam coniunctio eſt alligatio ad idem iugum, vt ſup. 1. art. 3. quæſt. nu. 29. & 3. art. 1. quæſt. nu. 7. dixi. atqui nulla maior coniunctio eſt, quàm matrimonij, vt ibi diximus, & voluit Sangeor. hic. ſi igitur quælibet cõiunctio eſt prohibita, ergo multò magis matrimonium. quodq; id ſit ex inhabilitate perſonæ, ſequentia verba id docent,, quæ participatio iuſtitiæ cũ iniquitate, quę conuentio Chri
,, ſti ad Belial, quæ pars fideli cum infideli? quæ præſeferunt fidelem non poſſe infidelis partem eſſe, quæ participatio neceſſaria eſt in ma-
115 trimonio, potiſsimum ſi ratum futurum eſt. Accedant † eiuſdẽ verba Pauli 1. cor. c. 7.,, nubat tantum in Domino, prout ſunt inter-

pretata

pretata à Diuo Auguſtino in c. ſic enim 28.q. 1. à Tertuliano lib. 2.
ad vxorem, à Diuo Ambroſio in com. eiuſdẽ Epiſt. à Diuo Hier. ad
Gerentianam, & aduerſus Iouinianum lib. 1. quos, & Soto vbi ſup.
recenſuit, & quamuis ipſe magis probet Caliſti Pontificis expoſitio-
nem in c. ſicut alterius 7.q. 1. vbi exponit illa verba regulariter: atta-
mẽ dico, quod non implicat contradictionem, quod plures dẽtur ex
poſitiones, & omnes veræ, ac legitimæ ſint. præterea dico, quod re-
gulariter idem præſefert, nam ibi illud idem exponitur ſecundũ Põ-
tificis leges, & Pontificia authoritate, quibus etiam id prohibitum
cõſtat, cũ ſemper Põtificis leges ſecũdũ Domini leges ſint exponẽdę.

116 Secundò id etiam in Concil. Calced. Action. 15. Can. 14. ſtatutum
,, eſt quamuis ibi dicatur, (niſi fortè promittat ad Orthodoxam fidẽ ſe
,, venturum) nam id intelligi debet, vt de hæretico de ſpõſalibus, quia
inquit nuptura, ex illis, quæ habentur in c. caue §. ſi Chriſtiana 28.
q. 1. vt ibi docet Beatus Ambroſius, & idem Soto vbi ſ. col. 7.

117 Tertiò confirmatur ex illis, quæ habentur in c. quanto, & c. gaude-
mus inf. de diuor. de qua re ſ. in legitimo diximus, vbi habetur, quod
matrimonium inter infideles contractum, ſi vnus ad fidem venit, diri
mi poteſt: ſed clarum eſt, quod nullum matrimonium à Chriſtiano cõ
trahi poteſt, quod aliquo caſu dirrimi poſsit, cum ratum eſſe debeat,
vt ſup. in diffinitione dixi, ergo nec iſtud; ſi quidẽ illud ſequi poſſet,
vt ſi infidelis nollet cohabitare, quod poſſet diſſolui, idq. arg. c. que-
madmodum ſup. de iur. iuran. vbi dicitur quod turpius eijcitur, quã
non admittitur hoſpes, faciliuſq. impeditur, ne fiat, quã factum diſ-
ſoluatur, ſed in prædicto caſu cum diſſolui poſsit, multo magis debet
impediri, ne fiat, ne contingat deinde diſſolui, & ſic fieri debet, vt à
principio ſit inualidum.

118 Adſtipulantur rationes, ex quibus dicta diremptio in præmiſſo ca-
ſu fit, nempe diuina permiſsione, ex illis verbis ,, niſi quis reliquerit
,, patrem, & matrẽ, & vxorem, &c. Lucæ c. 14. Grat. in §. item verſicul.
quarum prima eſt illud euangelij 28.q. 1. quare ſi Deus vult relinqui
vxorem ſui cauſa: multò magis prohibuiſſe cẽſetur, ne quis ſibi adiũ-
gat Deo infenſam vxorem, quare in primitiua eccleſia illico, quod
quis infidelis ad fidem accedebat ſtatim vxorem dimittebat, quare
Paulus aliter hoc caſu conſuluit agendum, licet poſtmodum fortè ſu
creſente populo, etiam in caſu, de quo agitur, obſeruaretur, vti colli-
gitur ex Cipriano, & Auguſtino à Soto relatis.

119 Accedit vlterius & ſecunda ratio, quia cum baptiſmus ſit ianua om
nium ſacramentorum eccleſiæ, adeo quòd non baptizatus non poſsit

Digitized by Google

recipere ſacramentũ nouæ legis, prout à Domino inſtitutũ eſt, vt gratiam conferat ad æternam vitam conſequendam meritoriam, iuxta illud Io. c. 3. ,, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto non
,, poteſt introire in regnum Dei, quare cum non baptizatus, non poſſit ſuſcipere ſacramentum ſi contraheret cum baptizato, ſequeretur vt baptizatus ſuſciperet ſacramentum, & ſic quò ad ipſum eſſet ratũ, quò vero ad non baptizatũ ratũ non eſſet, ſed legitimũ tãtũ; ſicq. matrimonium eſſet, & ratum, & non ratum, quò nil abſurdius. vlterius baptizatus cum voluerit ſacramentum inire cum incapaci non excuſaretur à ſacrilegij crimine, ſaltem ob ſacrilegium, quod committeretur a non baptizato, vti voluit Soto in prædicto loco. quare eſt incapax ſuſcipiendi rem ſacramenti, & per conſequens contrahendi, cũ non poſsit obiectum remoueri, vt ſup. diximus ant c. art. in effectu priori ſacramenti nu. 3. & 3. art. 2. quæſt. 4. art. in rei circunſt. 1. quæſt. & alibi ſæpe. plura alia colligi poterunt ex illis, quæ Soto in præmiſſo loco col. 2. & 3. declarauit, ex c. non oportet, cum plur. ſeq. 28. q. 1. ex Concil. Aurel. 2. cap. 19. ex Concil. Aruernenſi c. 6, relato in c. ſi
120 quis iudaicæ 28. q. 1. quæ fortè neq. ſatis ſunt ab ipſo diluta. Iſtis † igit ſic poſitis facile dilui poterũt, q̃ pro cõtraria opinione deducũt.
Nam primum quòd à Domino non ſit prohibitum, iam ex verbis Domini prohibitum probauimus, ex Apoſtoli verbis fundatis in ratione, quæ rei ineſt, præſeferente inhabilitatem ſuapte natura, quare dicitur natura prohiberi, & per conſequens verba Pauli ſunt interpretanda vt ſint diuinæ iuſsionis, ac naturalis interpretatio ex illis, quæ habentur in cap. 1. prima diſtinct.
121 Non obſtat ſecundo loco, quod ſi prohibitum eſſet contrahi adeò, vt eſſet dirrimendum diuina lege, vtiq. vno infidelium ad fidẽ veniente, neceſsitate dirrimendum eſſet, quod eſſet contra Pauli verba, prima Cor. 7. vt & ſup. in legitimo declarauimus quò ad ius Pontificiũ.
Nam reſpondeo, quòd longè diſpar eſt ratio; in caſu, enim noſtro prohibetur, quia inhabiles ſunt perſonæ tum, cùm contrahitur, & ſic cõtrahendi: at in prædicto caſu cum contrahunt, nõ ſunt inhabiles, quia nõ agitur tũ de contrahendo ſacramento nouæ legis, ſeu de rato; ſed de legitimo tantum, per cõſequens cum illud quoq. ſui natura ſit indiuiduum, vt ſup. docuimus, & idemmet Soto fatetur, ſi alter ad fidem venit, licet poſsit diſſolui, vbi contumelia Creatoris adeſt, ex diuina permiſsione, non tamen ob indiuiduitatis vinculum, quod cõtractum eſt, neceſſariò ſoluendum eſt, quæ ratio in caſu noſtro ceſſat, proinde re torquetur argumentum, quia ſi indiuiduum ſolui poteſt,

& non prohibitum, multò magis illud, quod prohibitum eſt, & inualidum cenſeri debet, vt diſſolui poſsit, vt ſup. dicebamus.

122 Neq; me mouet, quod tertio loco dicebat, Iudeo non fuiſſe interdicta connubia gentium indiffinitę, ſed aliquarum tantum, quia primo poſſum id negare, vbi idolis inſeruirēt, vti Deut. c. 21. legitur, quod idem Soto poſtea animaduertit col. 7. cum etiam & ante diluuium filijs Seth miſceri Caimi filiabus fuerit prohibitum, huiuſq; præcepti ob trangreſsionem diluuium emanauit, quia filij Dei filiabus hominum ſe copulauerant. quare quanto magis id a nobis, qui filij Dei ſumus reuera ex Chriſti fraternitate nobis donata vitandum eſt. ſecundò dico, quod tunc temporis ſacramentum coniugij, vti quod nouæ legis non eſſet ſacramētum, omnibus erat indiſtinctè permiſſum, atqui hoc tempore cum ſit nouæ legis ſacramentum, vti tale, non niſi à Chriſtifidelibus ſuſcipi pōt, vti toties diximus, & idē Soto fatetur.

123 Neq; etiam facit, quod eodē pacto tam in Concilio Calcedon. act. 15. cap. 14. quam in Concilio Agaten. c. 67. rellato in c. non oportet 28. q. 1. hęreticorum connubia prohibentur, quæ tamen neceſsitate ſoluēda nō eſſe conſtat, immò nec poſſe ſolui ſtatuit Sinod. Trid. ſeſſ. 24. Can. 5. de ſacramen. matrim. quia dico, quod cum hæreticis non prohibemur ob inhabilitatem perſonæ ſuſcipiendi ſacramentū, quia ob fidem, quam de eo habent ſuſcipiunt, & ob baptiſmi caracterem, vt in primo caſu, propterea licet prohibeatur, non tamen dirimitur, quod ſecus eſt in non baptizato.

Præterea Concil. Agatenſe non ſimpliciter quò ad omnes prohibet, ſed ne fœmine accipiant hęreticos, non quod Catholici non ſuſcipiant hęreticas, propterea in Concil. legitur, quoniam non opportet cum omnibus hęreticis, &c. nō hominibus hęreticis, vt legit Gratianus, quare conſtat non prohiberi omnino ex inhabilitate perſonæ.

124 Vlterius verba Beati Ambroſij dum inquit,, aut alienigenam, ideſt ,, hęreticam, exponi debent de non baptizata, vt patet ex §. ſi Chriſtiana, quia alienigena dicitur infidelis propriè, & etiam infidelis hęreticus dicitur, quia in fide errat. præterea quò ad prohibitionem a pari procedūt, licet quò ad diſſolutionē res differat, ex p̄miſsis rōnibus.

125 Præter ea, quæ ex Soto ſupra deducta ſunt, aliàs oppoſitum animaduertebamus, quod ex ſolo baptiſmi voto homines poterant iuſtificari, quod etiam probauit Sinod. Trid. ſeſſ. 6. c. 4. decretum de iuſtif. & ſeſſ. 7. can. 4. de ſacram. c. veniens c. ad apoſtolicam inf. de præsbit. non baptizato, cum alijs citatis per Couar. in dictis additionibus, in quo etiam cap. veniens dicitur,, quoniam, & ſacramentum coniugij, &

ugij,& euchariſtiæ à non baptizatis ſuſcipi poteſt: ſiquidem prædi-
cta ſunt intelligenda in caſu, in quo baptiſmus ſuſcipi nõ poteſt, quò
ſolum ad animæ ſalutem, vt eadem Trid. Sinod. ſeſſ. 7. de ſacram. bap
126 tiſmi Can. 5. docet. illa † autem verba vltimo loco recenſita nõ ſunt
prolata diffiniendo, ſed narrando vti Soto etiam animaduertit. præ-
terea dico ſacramentum coniugij, ibi dici ſacramentum; non tamen
vti ſacramentum nouæ legis, ſed vti ſacramentum legis naturæ, & ſic
inter ipſóſmet Cathecumenos. de euchariſtia verò poteſt intelligi,
vt de facto, ſi ſumat. quamuis ſacrilegium ſit, illum admittere, quod
Chriſti corpus ſumat, quod eſt ſacramentũ. hinc animaduerti, quod
Viſeij Epiſcopus, cum à Demonio vexatam mulierem, quæ nupta eſ-
ſet, reperiſſet, non eſſe baptizatam, nedum baptizauit, ac confirma-
uit, ſed iterum inter eam, & virum matrimonium celebrari iuſsit, tan
quam quod primum eſſet inualidum, licet illa mulier ex probabili fi-
de ſaluari poſſet, prout docet Aluiſ. Gran. Tom. j. introd. ad Symbol.
relatus per Seraph. in exemp. ſub tit. de Cacodem. & Incant.

127 Quò ad votum diſtinguendum eſt, quod aut votum eſt ſolenne, aut
ſimplex: ſi ſolenne, aut illud eſt validum, aut inualidum: ſi validum
certum eſt quod ille, qui ſolenne votum emiſsit, matrimonium con-
trahere nedùm prohibetur, ſed ſi contrahat, inualidum eſt, & per con
ſequens tanquam tale diſſoluendum, prout probatur in c. conſuluit,
& in c. rurſus inf. qui Cler. vel vou. c. ex publico. ſup. de conuer. cõ-
iug. Hoſt. hic in ſumma §. qualiter impediatur nu. 26. verſ. tertio vo
tum, Innoc. in c. iuuenis nu. 7. ſexto impedimento inf. hoc tit. noſtro
neq; habet contradicentem, adeò quod exiſtimauit Diuus Thomas,
& pleriq; Theologorum, quod neq; Pontificis diſpenſatione, id fieri
poſsit, per tex. in c. cum ad monaſterium inf. de ſtat. monac. quam
late deffendit Soto in 4. diſtinct. 38. q. 2. art. 2. col. 4. & ſeq. & lib. 7.
de iuſt. & iur. q. 5. art. 2. deſeruit Sin. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 1.
quod fortè in tacito, verum non eſſet.

128 Si verò fuit inualidum, vt in caſu c. quidam intrauit ſup. de cõuerſ.
coniug. licet contrahi prohibeat, nõ tamen contractũ dirimit, pro ut
primum probatur in d. c. quidã intrauit, & diximus ſup. antec. cap.
hoc eod. art. nu. 7. ſecundum probatur, in c. nuptiarum 27. q. 1. latè
confirmat Henricus Boich. in c. vxoratus nu. 8. vbi hanc ſaniorem
ſententiam dicit, ità tamen, quia vti ſimplex habetur.

129 Si verò votum eſt ſimplex, tunc aut erat firmatum ſacrorum ordinũ
ſuſceptione, vti ſubdiaconatu, vel diaconatu, quo caſu etiam vti ſolé-
ne iudicatur ſaltem tacitè, vti docet Soto in præcitato loco, aut non,
priore

Priore quoque caſu idem dicendum eſt inualidum, & diſſoluendum eſſe, vt in c. 1. & c. 2. eod. tit. inf. qui Cler. vel vou. Hoſt. vbi ſup. nu. 27. verſicul. 8. Innocen. vbi ſup. in x. impedimento, Sinod. Trid. d. ſeſſ. 24. can. 9. de ſacramen. matrim. non ita tamen, quin certum ſit apud omnes etiam Theologos, quod poſsit Pontificis diſpenſatione conualidari, Pontificemq; ſuper eo diſpenſare, vt idem Soto probauit in præcitato loco col. 5.

130 Quod ſi nõ eſt firmatum, non operari poteſt matrimonij diſſolutionem, licet contrahere prohibeat, vt probatur in d. c. rurſus, & d. c. cõſuluit, Hoſtien. vbi ſup. ſentit Sinod. Trid. vbi ſup.

Quò verò ad delicta, quæ in homines perpetrata operantur matrimonij inualiditatem, ac diſſolutionem; illa proueniunt ex ipſomet matrimonio ratione alterius, ſiquidem alij caſus, quos ſup. antec. cap. hoc eod. art. de ſponſalibus diximus, impediunt quidẽ, ſed non dirimũt matrimonium contractum, vel à voluntate pendent.

131 Ratione alterius: vel præſentis, vel tranſacti, quò ad aliud matrimonium præſens, quod impedimentum ſolet à noſtris ligamen appellari. id qualiter matrimonij inualiditatem, ac diſſolutionem ſequentis operetur, iam latiſsimè ſup. antec. art. 1. parte 2. inſpect. 4. q. diximus à nu. 114. vſq. ad 130. quibus illud addi põt, quod Sinod. Trid. ſeſſ. 24. can. 2. de ſacram. matrim. dixit, „ ſi quis dixerit, licere Chri-
„ ſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe pro-
„ hibitum, Anathema ſit. quibus mirè conueniunt, quæ habentur in c. nup. 5. de bigam. & in c. Dominus inf. de ſecund. nupt. c. quomodo virginibus 31. q. 1. c. nuptiæ 32. q. 1. Innoc. ubi ſup. Rom. in Rub. ff. ſolut. matrim. nu. 18. Couar. p. 2. c. 7. §. 3. nu. 3. reliqua ibi reperietis, ſponſalia autem licet impediant, non tamen dirimunt, ut antec. c. hoc. eod. art. dixi.

132 Quò ad tranſactum, illud procedit, eo quod fuit violatum, quo caſu ſic diſtinguitur, quod aut fuit violatus torus tantum, aut etiam perſona olim coniuncta.

Quò ad torum, id euenit altero de duobus modis: primo ſi viuente prima cum alia dẽ facto contraxerit. ſiquidem tunc, aut ſecundam non polluit, & tunc ſi deinde priore matrimonio ſoluto denuo contraxit: iſtud ſecundum non dirimitur. ſi vero polluit, tunc, aut pollutus ſciebat illum cum quo contraxit, cõiugatum, & tunc etiam ſi eo ſoluto, ſolutoq. priore valido, denuo cum polluto contrahat, omnino diſſoluẽdum erit; ſi vero pollutus ignorabat alium coniugatum, quem credebat ſolutum, iſtud vltimum non eſſet inualidum, nec dirimendũ,

prout

put hæc probatur in c. 1. & c. 2. inf. de eo qui duxit quã poll. p adult.
133 Secundò contigit tori violatio, ſi quis viuente priore coniuge, alteri ſe copulare promiſsit eo mortuo, quo caſu ſi polluit illum, cui promiſit, licet primo matrimonio morte ſoluto cum polluto contrahat, adhuc ſecundum inualidum, & dirimendum eſt, quod ſi non polluat ſec⁹ eſt, prout colligitur ex c. ſi. d. tit. de eo qui dux. quã poll. p adult.
134 Si verò fuit violata etiam perſona coniuncta, tunc aut interuenit mors violenta coniugis, aut affuit ſola machinatio: ſi mors violenta, tunc aut illi ambo, qui eo mortuo contraxerũt, fuerunt cõſcij, ac participes illius mortis, aut vnus tantum: ſi vterque omnino hoc ſecundũ eſt inualidum, ac diſſoluendum, quemadmodum probat tex. in cap. 1. ſup. de conuerſ. infid.
135 Si verò vnus tantum, tunc aut particeps tantum eſt coniugatus, aut particeps tantum eſt ſolutus; ſi coniugatus, aut non polluit durante primo matrimonio eum, cum quo poſtea contraxit priore matrimonio ſoluto, neq; hoc caſu diſſoluitur, quòd ſi polluit res dubia eſt, attamen quia tunc ex affectione huius ſecundi coniugij mors præſumitur, & tacita quædam fides durante priore, cenſeo quod ſecundum inter iſtos contractum diſſolui debeat, prout hanc ſententiam probarunt Grat. in §. ſed dicitur 31. q. 1. & Hoſt. hic in ſumma nu 26. verſ. quinto crimen, potiſsimum ſi ſolutus ſciebat alium coniugatum, iuxta illa quæ ſup. diximus, quò ad tori violationem.
136 Si verò ſoluti tantum opera mors alterius coniugis contigit, cuius alteri deinde ſe matrimonio adiunxit, rurſus diſtinguendũ eſt. quod aut iſte ſolutus data opera interfecit, vt ſibi alterum adiungeret, aut alia ex cauſa. priore quoq; huius ſubdiſtinctionis caſu diſſoluitur, d. c. 1. c. ſignificaſti c. ſuper hoc d. tit. de eo qui dux. quam poll. per adult. c. ſi quis viuente 31. quæſt. 1.
137 Si verò non ad eum effectum, rurſus diſtinguitur vt ſup. quod aut occidens fuit pollutus conſtante primo matrimonio, & idem dicendũ erit, vt in prædictis iuribus, & ex ſup. deductis rationibus ad mentẽ Gratiani, & Hoſt. etſi occidens ad fidem conuerteretur, vt in c. 1. & 2. ſupra de conuerſ. infid.
Quod ſi pollutus non fuit, & conſtat non ea mente occidiſſe, ſecundum contractum nullatenus diſſolui poterit, vt probatur in c. 1. & 2. ſup. de conuerſ. infid. puta ſi in bello alia ex cauſa facto.
138 Vbi verò affuit tantum machinatio, neq; revera fuit hac de cauſa morte primum ſolutum, tunc ſolum diſtinguitur, quod aut conſtante priore matrimonio alter cum quo poſtea eo ſoluto contraxit, fuit pol
lutus,

lutus, aut non; priore caſu, etiam indiſtinctè concludendum eſt ſecũdum inualidum, & diſſoluendum, vt d.c. 1. d. c. ſuper hoc d. c. ſignificaſti de eo qui dux. quã poll. & d.c. 1. ℥. de conuerſ. infid. ſiue ſciẽs ſit, ſiue ignorans ex prædictis rationibus, quod Hoſt. quoq; & Grat. in prædictis locis probant, quicquid aliter aliqui ſint arbitrati.

Secundo verò caſu concludendum videtur, non poſſe diſſolui vti inualidum, quod Hoſt. in præcitato loco probauit, & gloſ. in d.c ſuper hoc. vbi ad contraria reſpondet, quæ in occidente loquũtur, cuius rei illa differentię eſt ratio, quod hoc caſu, neq; matrimonium violatum eſt, quia non affuit pollutio, neq; perſona coniuncta, quia affuit ſola machinatio, ſicq; ſolum affectata violatio, quæ non ſufficit.

139 Quò verò ad aliam coniunctionem, ex qua inualidum, & neceſsitate dirimendum matrimonium contrahitur, illa conſideratur vel incerta, vel certa; quò ad incertam, clarum eſt ex ea matrimonium non dirimi, licet penes contrahentes ſit certa, quo etiam caſu inualidum in foro interiori eſt, vti probat tex. in c. ſuper eo inf. de eo qui cogn. conſang. vxor ſuæ, dixi ſup. antec. art 1. parte 1. inſpect. nu. 14. cum nonnullis ſeq. cui deſeruit Alex. 3. conſt poſt. Concil. Later. p. 13. c. 7. & c. 1. dicto tit. de eo qui &c. in 2. collect. decret.

140 Quò verò ad certam, illa prouenit, prout etiam ſupra in legitimo matrimonio docuimus, vel ex ſanguine, vel ex legis diſpoſitione. ſanguinis autem coniunctio quoq; duplex eſt, altera enim conſanguinitas nuncupatur, altera vero affinitas. conſanguinitatem declarauimus quæ ſit, vbi ſupra.

Quò igitur ad conſanguinitatem, illa conſideratur vel inter aſcendentes, & deſcẽdẽtes: quo caſu cẽſeo nõ differre iꝰ canonicũ à Iure Cæſareo, nempè quod prohibeantur nuptiæ vſq; in infinitum, vt in §. 1. in

141 inſtit. de nupt. l. nuptiæ 4. huius initij ff. de ritu nupt. Quod † quidem iure ipſo naturæ introductum arbitror, vt potè cũ Dominus Adę Euam mirabili quodam modo adiũxerit nõ per carnis propagationẽ, ſed per carnis communicationem, qua illi perpetuò iunctus, nulli alio ex deſcendentibus commiſceri poſſet, deſcendentibusq; dixit „ relinquat homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori. ſentiẽs nefas eſſe patrem, matremvè in coniugem accipere. quare neq; in lege na

142 turæ id vnquã admiſſum legitur, quinimò † iure ẽt gentiũ id vetitũ extitit, vt in l. fin. ff. de ritu nupt. adeò quod inceſtũ eo iure dijudicaretur, quare non eſt veriſimile, quod ius Pontificiũ, qui omnes gradus prohibitionis, & Iuris Ciuilis, & gentium, & naturalis, & Diuini, & plures alios gradus extendit, & ad plures alias perſonas, quò ſa

Kk cra-

cramentum, vti charitatis ſignũ, & charitas ipſa ad extraneas perſonas magis propagaretur, voluerit in hoc caſu, vbi agitur de inceſtu naturali reclamantibus omnibus iuribus, id reſtringere ad 4. tãtum
143 gradum, quibus deſeruiunt illę omnes rationes, quibus Diuus Thomas in 4. diſtinct. 40. q. 1. art. 3. relatæ à Dominic. Soto ibidem col. 7. id probat, quò ad parentes, nempè reuerentia, ac fęditas, item maximus amor, & libidinis ardor, ꝓpagatio charitatis, & ſimiles, quare cum omnes aſcendentes loco parentum ſint, imò parentes nuncupentur, vt in l. 4. ff. de in ius vocan. deſcendentes loco filiorum, vti docet text. leuit. c. 18. vbi vult nepotes eſſe aui carnem, & Iuſt. in §. 1. in inſtit. de nupt. cum alijs à me ꝟ. in legitimo citatis nu. 30. omnes prohibiti cenſeri debent, immò magis militant dictæ rationes, quia amor ab auis ad nepotes magis deſcendit ardens, & illa diſparitatis indecentia magis militat, quicquid Caiet. & Soto contrarium exiſti
144 mauerint. quare † nullius momenti eſt illa ratio, ꝙ ex longinquitate nepotũ euãeſcat amicitia, quia mirum dictu eſt, vti pronepotes ſuos filios meos, Io. Franciſcum, cui patruellis meus Io. Franciſcus iunior I. C. vt eius, ac communis aui nomen referret, dum illum ſacro fonte ſuſcepiſſet, tale nomen impoſuit, quare vtinam eorum virtutes, & doctrinam imitetur, & Camillam ament, Vxoris meæ Virginiæ Beccariæ, Auiæ, & paterna Virginia Putea, & materna Fauſtina Falcutia, vt illos magis ament, & eorum infirmitatibus magis agitẽtur, quam nos, qui parentes ſumus, itaq; dicta Fauſtina ob Friderici primogeniti mei mortem adhuc trimeſtris pueri, męrore fuit affecta, vt nedum mortem per plures menſes optauerit, ſed etiam ea infirmitate correpta fuerit, vt multoties de eius ſalute dubitauerimus. id etiam præſeferunt verba benedictionis nuptiarum, dum in eis dicitur, & videas filios filiorum tuorum vſq, ad tertiam, & quartam generationẽ, quod id Eccleſia non parum arbitretur fęlicitatis illis contingere, ob maximum amorem, quò illos proſequuntur, & deſiderium eos videndi, tum enim magis humanum æternitatis votum ſaltem in filios conſequendæ perficitur, quare quò longius progredimur, eo magis amamus, quod rem magis deſideratam proſpiciamus, amor enim deſiderium eſt, ſeu deſiderij ſequela.
145 Neq; me mouet, quod iure Pontificio id receptũ non videatur, quo cautum eſt, vt inter conſanguineos vltra 4. gradum non extendatur: quia primò dico id intelligi quò ad collaterales, qui à ſtipite diſtant, vti cenſuit tex. in c. fin. ꝟ. de conſang. & affinit. ſiquidem aſcendentes, & deſcendentes à ſtipite nullo gradu diſtant, quod non proſpexit

Soto, dum aliter exponit illum tex. quod innuunt Iſid. verba cap. 1. 35. q. 5. vbi truncum in fratre, & ſorore poſuit, quaſi ab iſtis incipiat fieri diſiunctio, non in patre, & filio, illi enim ad inuicem primo gradu a ſtipite diſtant ad diſiungendos deinde gradus, & Alex. in c. 2. ead. Cau. & quęſt. vult gradus non computari in eadem perſona; ſed in duabus, qui ad inuicem a ſtipite diſtent, vti frater & ſoror. proinde iſti ſunt in primo, parentes in nullo gradu, cum pro eadem perſona reputentur, quare non ſimpliciter gradum, ſed generationem enumerauit, vti etiam Zacharias in c. 4. ibidē, & c. progeniem, & duob. ſeq. 35. q. 3. proinde c. non debet habet relationem ad prædicta, & conſiderauit caſuum contingentiam, ex illis verbis, iam non poteſt
„ huiuſmodi prohibitio abſq; graui diſpendio generaliter tolerari; vt & in c. cum inhibitio ꝶ. de clandeſt. deſponſ.

146 Secundo animaduertiſſe hunc caſum ſecundum naturam contingere non poſſe hoc tempore, cum ad id quod frequentius accidit leges reſpiciant, l. 3. cum ſeq. ff. de leg.

147 Vlterius conſidero, quod vbi quid dubium eſt Iure Canonico, quod Iure Cæſareo ſit clarum, attenditur Iuris Cæſarei diſpoſitio, etiam in Eccleſiaſtico foro, vti docent cōiter ſcrib. in c. 1. ꝶ. de operis nou. nunc. vbi diximus, & in pūcto huius graduum computationis in c. 2.

148 35. q. 5. ex † is etiam ſit, vt ſaltem ex publicę honeſtatis iuſtitia id verum etiam arbitror, quò ad iunctos cum ſtipite in primo gradu, ſecundum illa quæ dixi in legitimo, ſecundum Iuris Cæſarei diſpoſitionem, cui deſeruit tex. in d. c. vir qui a ſtipite ꝶ. de conſanguinit. & affinit. & ꝶ. nu. 31. proinde etiam cenſeo, idem operari affinitatis, adoptionis, iuſtitiæ publicæ honeſtatis vincula, quò ad aſcendentes ipſos, quiq; ob coniugium cum eis eod. nobis gradu affinitatis iunguntur, & loco parentum ſunt, vti in legitimo nu. 30. diximus, cum in nuptijs non tam cognatio, quam honeſtas attendatur.

149 Quò verò ad collaterales, quicquid olim vſq; ad ſeptimam generationem, ſeu ſtirpem, ac gradum: nam gradus generationem, ſtirpemq; præſefert, & habentur in iure Pontificio vti Synonima, quamuis Iure Cæſareo aliter ſit, vt in c. 1. 2. & ſeq. 35. q. 5. habetur, vbi etiam arbor declaratur, hodie autem ex Innocentij tertij Conſtit. in Concl. lat. c. 50. & 51. vt habetur in 3. collec. decret. c. 3. de cōſang. & affinit. & in c. non debet ꝶ. de conſang. & affinit. & c. cū inhibitio inf. de cland. deſponſ. reſtricta eſt ad 4. gradum, ſeu generationem, ac ſtirpem, vti Gregorius nonus cap. ſeq. declarat. Igitur Matrimonium, quod eſt contractum inter eos, qui 4. Iuris pōtificij gradu, ſeu

generatione quarta iunguntur, omnino diſſoluendum eſt,vt toto eodem tit. habetur de conſang.& affinit.
150 Quò verò ad affinitatem, illa quoq; duplex eſt,altera quæ prouenit ex matrimonio, de qua latiſſ. egimus §. Antec.Art. 1. p.2.Inſpect.3. q. nu.103. vſq; ad 114. vbi probauimus hanc quoq; protendi vſq; ad 4. gradum Iuris Pontificii, vti & conſanguinitas, cum vir & vxor vna, & eadem caro cenſeantur, quod idem 35.q.5.per totum probatur,& toto tit. inf. de conſang.& affinit.quare ſi eo in gradu contrahatur etiam diſſolui ex prædictis certum eſt.
151 Altera autem prouenit ex fornicatione, quæ quidem a Iure Pontificio introducta eſt, quia Ius Cæſareum ſolum in concubina patris id agnouit,vt §. in legitimo diximus. hæc igitur olim nō abſimilis erat ipſi affinitati prouenienti ex matrimonio, quamuis quidam exiſtimauerint,quod huiuſmodi fornicationis affinitas tātum impediret, non autem dirimeret matrimonium; prout nonnulli interpretantur verba Iohānis Petri Ferrarij cōciuis noſtri Papienſis in forma libelli quo vxor agit ad dotem,verbo matrimonium legitime contraxit, nu. 17.quāuis eius verba intelligi poſsint,vt loquatur de inceſtuoſo,quo ad alias mulieres, prout loquitur tex. ab eo citatus in c. tranſmiſſæ inf. de eo qui cognou. cōſang.vxor ſuæ. Idq; declarant, dum inquit
,, in qua multi errant; ſunt enim plerique &c. hæc enim apponuntur
152 ad demonſtrandū,qualiter errent,nō erroris rationem, neq; † prædictæ opinioni ſuffragatur Alex. 3. Conſtit. Exon. Epiſcopo, cuius verba referuntur poſt Concil. Later. p. 13.c. 7. & in 2. collec. decret. c. 1 de eo qui cognou. conſang. vxor. ſuæ in illis verbis,, vtrum ille,
,, qui prius cognouit matrem, ſiue ſororem eius,quam poſtea duxit in
,, vxorem,teneatur ei carnaliter debitū ſoluere,& ſubdit,,quod ſi vxor
,, non poteſt ad continentiam induci,quod ſoluat, ſed non petat, quaſi inferatur,non poſſe dirimi; quia animaduertendum eſt, quod ibi res erat ſecreta,neq; ꝓbari poterat, vt colligitur ex illis verbis,, qui hoc
,, ſecretius confitetur,quare cum probari non poſsit in foro exteriori diſſolui nequit,vti belliſsime explicat tex. in c.ſuper eo. d. tit. de eo qui cognou. vt §. in incerta diximus, & in loco ibi relato, quare vult vt pęnitentia peracta ſoluat, nēpe interueniente,diſpenſatione,quæ tamen fuit a Raimundo omiſſa, quia ſoli Sum. Pontifici reſeruata eſt diſpenſatio,neq; interim etiam reddere poteſt, vt patet, ex Alex. 2. Conſtit. Aret. Epiſcop.Iuo. p.9.c. 37. & c. 75. ex Concil. Matiſc. c. 77.c. Si quis viduam 32. q. 7. dixi §. antec. art. prima parte p. inſpect. num. 16, vbi plura alia citaui, quæ etiam ex præmiſsis iuribus

153 bus colliguntur, hodie † autem ex Concilij Trid. diſpoſitione ſeſſ. 24. de reformat. matrim. cap. 4. & ex Bulla Pij quinti incipien. ad Romanam 4. Cal. Decembris 1566. eiuſdemq; declaratio de compater & affinit. quæ editę ſunt poſt dictum concilium, & habentur in 7. ſecundum Petri Mathęij compil. de affinit. & conſanguin. c. 2. & 4. re ſtricta eſt huiuſmodi prohibitio tam prohibens, quam dirimens ad ſecundum tantum Iuris Pontificij gradum, vt ſup. quò ad conſanguineos eſt declaratum; vnde ſi intra dictum gradum contrahatur, diſſol

154 ui debet, vltra vero, neq; prohibetur, neq; diſſoluitur: quod † etiam in affinitate contracta in vlterioribus gradibus ante concil. ſi ſequtũ poſt concilium ſit matrimonium, locum habere voluit; quod ſi ante, vel eius approbationem, diſſolueretur, cum lex ad futura trahatur.

155 Legis autem diſpoſitione coniunctio prouenit, vel ex vtriuſq; iuris diſpoſitione, vel ex iuris Pontificij diſpoſitione tantum.

Ex vtriuſq; iuris diſpoſitione prouenit duplex coniunctio, altera quæ legalis dicitur, & prouenit ex adoptione: altera quæ prouenit ex honeſtate publica, & dicitur iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum.

Quò igitur ad priorem cõiunctionem, quæ legalis dicitur, cum illa mero Iure Cęſareo nitatur, cui ius Pontificiũ in hoc adhęret, illiq; neq; quicquam addit, neq; minuit, ſed illam obſeruandam nihilominus cẽſet, vt patet ex toto tit. inf. de cognat. legali, in rato etiam hoc noſtro matrimonio illa eadem ſtatuenda ſunt, quæ in præmiſſo caſu in legitimo ſup. diximus, de quo etiam agit Hoſt. in c. veniens inf. de cognat. ſpirit. But. hic nu. 8. & Rom. in d. rub. ff. ſolut. matrim. nu. 8.

156 Quò verò ad honeſtatem publicam, quidam caſus quò ad aſcendentes, & deſcendentes fuerũt, etiam ſup. in legitimo declarati, quos nõ abrogatos omnino cenſemus, ex illis, quæ ſup. de conſanguinitate di

157 ximus. nunc † autem agendum eſt inter collaterales, in quo caſu aliquas poſuit prohibitiones ius Pontificium, quas ius Cæſareum non agnouit. in hoc igitur caſu diſtinguendum eſt, quod vel prouenit huiuſmodi impedimentum ex matrimonio, vel prouenit ex ſpõſalibus; Quemadmodũ ex matrimonio proueniat, & quò in gradu, quandoq; demum operetur matrimonij cum coniunctis contracti diſſolutionẽ ſup. latiſsimè explicauimus antec. art. 1. parte 2. inſpect. q. 3. nu. 96. vſq; ad 103. vbi probauimus extendi vſq; ad 4. iuris Pontificij gradũ;

158 Quò verò ad ſponſalia, illa eadem ſup. antec. cap. 5. art. nu. 40. vſq; ad 53. fuerunt à nobis declarata, vbi probauimus ex Concilij Tridentini diſpoſitione ſeſſ. 24. c. 3. de reform. matrim. ſolum valida in primo tantum gradu operari impedimentũ dirimens, & impediens matri-

trimonium, niſi eſſent copula firmata, quia ex inualidis poſſunt valida reddi. quare oritur, & publica honeſtas, & affinitas in ſecundo gradu ex fornicatione, vt ibi, & 3. art. 2. q. & 4. in modi circũſtan. nu. 44. & 45. quod ſi ſponſalia, & matrimonium ſequens ante Concilij publicationem contracta eſſent, tunc attenderetur quartus gradus, & quò ad ſponſalia illa, quæ docet Silueſtr. Aldobrand. in §. ſi vxor in 1. gloſ. in inſtit. de nupt.

159 Iuris autem Pontificij diſpoſitione tantum coniunctio prouenit ex nexu vel ſacramenti Baptiſmi, vel ſacramenti cõfirmationis, quæ quidem coniunctio ſpiritualis cognatio dicitur, vtraq; igitur à pari procedit. proinde quod de baptiſmo dicam, id ẽt de cõfirmatione dictũ putetis. In hac igitur re primo loco diſtinguendum eſt, quod aut huiuſmodi cognatio fuit contracta ante Cõcilij Trid. approbationem ac publicationem: aut poſt. ſi ante, vel matrimonium cum coniunctis etiam ante fuit contractũ, & tunc clarum eſt attendi illos omnes caſus, qui iure veteri prohibiti ſunt, quos expreſſos reperietis 30. q. 4. per totum, & toto tit. ꝗ & in 6. vbi omnino videndum, de cognat.

160 ſpirit. in † qua re libet illud adnotare, quod ne dum ex ſacramẽtorũ prædictorum nexu, ſed etiam ex cathechiſi contrahitur huiuſmodi cognatio, quæ licet non dirimat matrimoniũ contractum, impedit tamen contrahendum, vti probatur in c. contracto infra & c. 2. de cognat. ſpiritu. lib. 6. quare ex his decidi poterunt duo; primum an Cõcil. Trid. quod reſtrinxit huiuſmodi impedimentum ad aliquos caſus tantum, vt inf. dicemus, etiã huiuſmodi impedimentum reſtrinxerit; quod credo verum, duplici ratione.

161 Primò quia, quod iuris eſt de aliquo, illud idem eſt de eo per quod peruenitur ad illud, l. oratio ff. de ſponſ. cum ſimil. atqui per cathechiſim peruenitur ad baptiſmi ſacramentũ ergo, &c. ſecundò quia abſurdum eſſet, vt plus operetur Cathechiſis, quæ eſt pręparatoria: quam Baptiſmus, qui eſt præparatus, potiſsimum cum illa non ſit ſacramentum, vti iſte, ſed baptiſmus in caſibus ſublatis non amplius impedit, vt patet in Concil. ſeſſ. 24. c. 2. de reformat. matrim. in eiuſd. declarat. & Bulla Pij quinti, quæ incipit cum illius 4. Cal. Decembris 1566. vt in ſeptim. decretal. ſecund. Petri Mathęij cõpil. tit. de conſang. & affinit. c. 2. & 3. ergo nec Cathechiſis: quia etiam in correctorijs licita eſt extenſio in annexis, & dependentibus, ex indentitate, vel maioritate rationis, l. & ideo, l. non poſſunt ff. de legibus. cum ſi-

162 mil alias à me citatis. ſecũdum † quod decidi poterit, quod licet nõ dirimat matrimonium cathechiſis, dirimat tamen ſponſalia, tãquam

quod

quod ſit promiſsio facta aduerſus leges, quæ non obligat, c. non eſt, obligatorium de reg. iuris in 6. l. pacta quæ cõtra C. de pact. proinde pluries probauimus, quod, quæ impediunt matrimonium, licet non dirimant, dirimunt tamen ſponſalia, vt antec. cap. 4. art. in perſonæ circunſtant. nu. 11. & 6. art. declaraui.

163 Caſus autem iure veteri comprehenſi non excedunt primum gradum cognationis, ſi quidem à tento contrahebatur cum tenente, vel baptizante, vxore cognita tenentis, ac eiuſd. tenentis filijs: à tenente vel baptizante cum tento patre, & matre tenti, & inter ipſos tenẽtes quædam publica honeſtas, quæ licet non impediat, nec dirimat, vetat tamen maritum, & vxorem inſimul id agere, vt in c. quod autem 30, q. 4. tenentis vxor. cum tento, ac tenti patre, & matre: tenentis filij cũ tento tantum, vt in c. 1. inf. d. tit. de cognat. ſpirit.

164 Quod ſi matrimonium fuit contractum poſt concilium tridentinũ, ius antiquum non attenditur, ſed nouum, ex Pij V. declarationibus iam ſup. citatis. Quamuis in cauſa diuortij Henrici IV. & Margaritæ Valois, illam declarationem non fuiſſe obſeruatam acceperim à Clem. VIII. nunc. Pontifice Maximo.

Si verò poſt Concilij approbationem, ac publicationem fuit contracta cognatio, tunc vel reſpiciuntur interuenientes ac baptizati pater, & mater vel aliæ perſonæ prædictis iunctæ, quò ad iſtos nulla amplius contrahitur cognatio, ſiue vxor, ſiue filij ſint, quod quidem ea ratione factum arbitror, quia cum ſit ſola ſpiritualis coniunctio, quæ ſolo etiam ſpiritu contrahitur, non eſt cur carnalis coniunctio conſideretur, & licet vxor etiam ſpiritu iuncta ſit, attamen quis poteſt ſpiritu pluribus iungi, qui tamen ad inuicem diſiuncti eſſe poſſunt, quod ſecus eſt in carnali, vt ſup. de affinitate probauimus.

Quò verò ad priores, primo id conſideratur inter baptizãtem, & baptizatum, ac baptizati patrem, & matrem, ſi quidem inter iſtos contrahitur, & impediens, & dirimens.

Secundò conſideratur inter tenentes, tentum, & tẽti patrem, & matrẽ, qui tenentes ſi duo tãtum ſint, vir, & mulier, vel vnus tantum contrahitur a quolibet earum cum tento, & tenti patre, & matre tantum, nõ ad inuicem, quare diſſoluitur huiuſmodi matrimonium vti inualidũ, vxor vero ſeu maritus, & filij nullatenus prohibentur.

Si verò excedant dictum numerum, ſolum duo contrahunt, alij verò nõ, quos duos eos arbitror, qui prius electi nominatiue fuerint ab ipſis parentibus, ſi tamen omnes ſint aſsiſtendo pares, quòd ſi aliqui aſsiſterent tantum, nec reſponderent, puerumq; nec tangerent iſti non

con-

contraherent, licet prius electi nominativè eſſent, parochus tamen ad id animaduertere debet, ne plures admittat, quia arbitrio ordinarij puniri debet. ipſeq; parochus ex pluribus electis poteſt ſeligere, quos magis voluerit, dummodo duorum maris nempè, & fœminę numerum nõ excedat, non duorum maſculorum, duarumuè fœminarũ, q̃ omnia ex recitata Concilij diſpoſitione, dictisq; declarationibus Pij V. colligũtur, & hi caſus ſunt neceſsitatis, quò ad inualidũ.
165 Quò verò ad inualiditatem, quæ à voluntate contrahentium regulatur, vt ex ea poſsit matrimoniũ ſolui, id pendet, vel ex deffectu qui in conſenſu extitit, vel ex delicto alicuius contrahentis facto tũ, cum matrimonium celebratum eſt, ſi quidem ab alterius tum voluntate pendet diſſolutio.

Quod attinet ad defectũ conſenſus, de hac re plura antec. cap. hoc eod. art. ſub nu. 33. 37. & plur. ſeq. vſq; ad 52. diximus & 4. in perſonæ circunſt. nu. 3. 4. 5. 7. hoc noſtro cap. 3. art. 1. quæſt. nu. 15. & ſeq. art. ſub. nu. 3. & nonnullis ſequentibus. Quare hic breuiter rem diſtinguendo præmore perſtringemus.

Conſenſus igitur defectus eſt, vel quod omnino defuit, vel quod nõ fuit perfectus: omnino defuit, vel quod adeſſe non poterat, vel quod alter eorum noluit: adeſſe non potuit, quando cum eo contraxit, qui nolle, nec velle habet, vti in furioſo, quo caſu vel furor eſt talis, vt perpetuò inhabilem quem reddat ad contrahendum, & hoc caſu neceſsitate ſoluitur, vti ſup. in inualido de neceſsitate diximus, & anced. cap. hoc eodem loco nu. 39. vel habet dilucida interualla, & tunc ſi fuit contractum tempore interualli nullatenus diſſolueretur, ſi vero tempore furoris, poteſt diſſolui, niſi ceſſante furore adhuc vterq; conſentiat, vt ſup. 4 art. nu. 3. & 4. c. cum dilectus, infra eod. l. ſicut ff. eod. c. neq; furioſus. 32. q. 2. Sannazar. vulgo Rippa mihi pater auus in l. vlt. q. 22. nu. 76. C. de reuoc. donat. Couar. par. 2. c. 2. nu. 9.
166 Quãdo verò alter eorum noluit, id euenit dupliciter, vel quod fuit ſimulatus, vel metu cadente in conſtantẽ virum extortus, vt in c. tua nos. infra eod. Couar. vbi ſupra, c. veniens ad nos infr. eod. dixi ſupra anteced. c. 6. art. nu. 37. & 40. & ſ. hoc ca. 3. art. nu. 17. & duobus ſeq. ex quibus patet vera nõ eſſe, q̃ de cõſenſu ſimulato dixit Couar. p. 1.
167 c. 4. §. 1. nu. 18. hinc † libet animaduertere, quod dubiam arbitror eiuſdem ſententiam ibid. nu. 11. dum voluit copula, quæ metu interuenit inter iſtos, confirmari ſponſalia, vt in matrimonium eo tempore tranſirent, quare hoc caſu matrimonij validitatem operaretur, cum ab ipſius metu contrahentis voluntate id pendeat, vt ſup. etiam

5. art.

5. art. 1. parte 1. inſpect. nu. 17. dixi. Cuius rei illam affert rationem, quod non præſumatur peccatum, nam ſubiicio, quod cum matrimonium à libero potiſsimum conſenſu pendeat; ex eo, non ex peccato dijudicatur, metu enim vrgente, qua mente id egerit dijudicari non poteſt, niſi ab ipſomet, qui contraxit, vnde eius conſcientiæ id permittendum videtur, ſi reclamet dicens, ſe non maritali affectu cognouiſſe, iuxta ibi declarata, eademmet ratione Couar. quia ſi reuera maritali affectu cognouiſſet, non præſumitur velle tale peccatum committere, vt diſſoluat matrimonij ſacramentum, & in perpetuo adulterio viuere, vel ipſe, vel alterum viuere faciat, cum quo cõtraxit, quòd maius eſt, quam ſimplex, & violenta ferè fornicatio, quare vt ſup. diximus, videmus Synod. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de refor. matr. voluiſſe, nullum eſſe matrimonium inter rapientem, & raptum, donec eſt in rapiẽtis poteſtate, neq; dubium eſt, quin Concil. id arbitratus ſit verum, etiam ſi conſumaretur, ex metu præſumpto.

168 Quando verò conſenſus quidem affuit, ſed non fuit perfectus, tunc vel fuit conditionalis, vel purus; de conditionali latiſsime egimus d. 3. art. nu. 21. vſq; ad nu. 30. ex quibus colligitur, quod vel conditio eſt impropria, & de preſenti: vel propria, & de futuro. Priore caſu probauimus dari, & validum, & inualidum matrimonium: validum ſi conditio affuit: inualidum ſi defficit, quod tamen in caſu noſtro ſolui non poſſet, quia copulæ interuentu dicitur à conditione receſſum, vt ibi probauimus, quare hic caſus ſolum in contracto tantum procedit.

169 Secundò vero caſu rurſus diſtinguendum eſt, quod aut conditio pẽdet à facto alterius perſonæ, ſeu à futuro euentu, aut à facto ipſorum contrahentium. Priore caſu non eſt matrimonium, ſed ſponſalia tantum, quare poteſt à tali conditione recedi, niſi de neceſsitate apponi deberet. ſi verò à facto cõtrahẽtiũ, tũc vel pẽdet a mera voluntate, vel

170 requiritur factum, quod præter voluntatem requirit potentiam: ſi † a mera voluntate, vel ſunt contra ſubſtantiam matrimonij, & inualidum eſt matrimonium, vt in c. final. inf. de conditionibus appoſitis ſuper deſponſationibus, c. ſolet 32. q. 2. Rom. in rub. ff. ſolut. matrim.

171 nu. 14. ſi † nõ ſunt tales, illico cõditio dẽt adimpleri, alioquin nõ eſſet matrimonium, ſed ſponſalia, niſi eſſent prædictæ omnes conditiones turpes vel tales, quæ meritò eſſent reijciendæ, quia matrimo-

172 nium validum eſſet, vt ibi diximus. ſi † verò factum, quod requirit potentiam interuenire debet, vt potè ſi mihi mille aureos dotis nomine numeraueris, non eſſet adhuc matrimonium, ſed ſpõſalia, quod tamen hoc tempore vix contingere poteſt, cum ſtatuat Trid. Synod.

d. c. 1. de reform. matrim. ꝙ matrimoniũ omninò liberè cõtrahatur.
173 Si verò fuit purus; tunc vel non fuit diſcretus, vel fuit erroneus, primum euenit ſi ab infanti infantiæuè proximo eſſet conſumatũ, in quo malitia etatem non ſupleret, vt ſup. 4. art. nu. 5. diximus; Cou. p. 2. c. 5.
174 nu. 3. Secundo † vero caſu error vel fuit quò ad perſonam, vt ſi quis contrahens cum Lia duxerit ſe contraxiſſe cum Rachelle, vti 29. q. 1. per totum, quare illud Iacobi, & Lię matrimonium validum fuit, quia detecto errore adhuc ratum habuit, ne Rachellem contriſtaret, quam quoque ſibi coniugem eſſe poſſe ſciebat, ex illis quæ ſupra diximus antec. art. 1. part. 2. inſpect. nu. 117. quare dixit Fråciſcus Petrarcha,

„ *Che per Rachel ſerui ſette, e ſette anni*

175 Vel error fuit quò ad perſonæ conditionem, quando liber ignoranter ſeruum duceret, quò caſu aut poteſt ſeruum in libertatem vindicare, ſicq; remoueri obiectum, nec diſſoluitur: quod ſi non poteſt, tũc aut detecto errore ratum habuit, vt quia cognouit, neq; etiam poteſt diſſolui, quod ſi id non egit, tunc diſſolutio pendet à voluntate liberi, prout hæc latiſsimè habentur 29. q. 2. per totum, dixi d. 3. art. nu. 20. nonnulla ſup. 5. art. 1. parte 1. inſpect. nu. 18. & 29. & 30. cum nonnullis ſeq. ex quibus, ſi quæ hic deſunt ſuppleri poterunt, potiſsimum, quò ad cognitionem.
176 Ex facto ſecuto inter contrahentes id prouenit, vel ſi affuit raptus alicuius coniuncti, ſiquidem ſi fuit contractum dum erat in poteſtate rapiẽtis matrimoniũ inualidũ eſt, donec raptus liberat᷑ a rapiẽtis poteſtate, id ratum habeat vtſ. in conſenſu dixi, quod credo verum, etſi affuerit conſenſus, quia perſona reddita eſt inhabilis ad contrahendũ
177 ſtatuto eccleſiæ. vlterius † duobus etiam modis id cõtingere poteſt, primo ſi non fuerunt adhibitę ſolemnitates Concilij Tridentini, quę de neceſsitate ſunt adhibendæ, ex diſpoſitione cap. 1. de reform. matrim. nempè quod nõ fuit contracti in pręſente parocho, duobus, tribusnè teſtibus, & poſt dicti Concilij publicationem, ſiquidem denuo contrahi debet, vt validum ſit, quod à voluntate pendet, vti ſup. 4. art.
178 in modi circunſtant. nu. 97. & ſeq. diximus. ſecundo † ſi quis coniugatus cum ſoluto ignorante contraxit, quia ſi primum ſolui alterius morte contingit, ſecundum quod inualidum eſt conualidari poteſt voluntate eius, qui erat ignarus, ſicq; ab iſtius voluntate pendet diſſolutio, vt ſup. antec. art. 1. parte 2. inſpect. quæſt. 4. nu. 125. & duob. ſeq. diximus, & hæc de inualido matrimonio ſint ſatis.
179 Deueniamus ad vltimum membrum huius noſtræ diſtinctionis, videamusq; qualiter matrimonium, quod ratum, cõſumatum, validũq;

eſt

eſt, diſſolui poſsit; quod quidem intelligi poteſt vel quò ad vinculum, vel quò ad cohabitationem.

Quò igitur ad vinculũ, ſecũdũ aliquos duo ſunt caſus, prim⁹ eſt, in quo omnes conueniunt tam Iuris V. Interpretes, quàm Theologi, nempè mortis: ſecundus eſt in quò ſolum aliqui Iuris interpretes conueniũt; verum communis, & Iuris V. interpretum, & Theologorum aduerſatur, nempè Summi Pontificis diſpenſatio.

Quò ad primum licet conſulatur illi, qui prædefunctum coniugē habet, vt denuo nullas contrahat nuptias, ſed in priori quodammodo coniugio maneat, vti ſup. 4. art. in quant. circunſt. nu. 70. cum plur. ſeq. diximus, & in primis verbis huius art. conſtat tamen morte ita ſolui, vt licitũ ſit alteri denuo alias nuptias contrahere, vt ibi diximus, idq; innuunt verba Pauli 1. Cor. c. 7. ibi,, ſolutus ab vxore, & ibi,, quod ſi
,, dormierit vir eius, liberata eſt, cui vult, nubat, & c. c. 2. 32. quæſt. 7. ibi,
,, carebit autem, & c. l. 1. ff. de diuor. gloſ. in l. Diuortio ff. ſolut. matrim. quoniam mors omnia ſoluit, l. ſi quidam C. dicto tit. c. inter corporalia ſup. de translat. Epiſcopi, c. quos Deus 32. q. 3. Rom. in rub. ff. ſolut. matrim. 2. lect. nu. 10. magiſt. in 4. diſtinct. 42. in fine.

180 Hic autem oritur non inelegans quæſtio, an ſi mortuus diuino miraculo reſurgat, aliter enim id fieri nequit, cum de priuatione ad habitum non detur regreſſus, vti docet Magiſtr. in 4. diſtinct. 43. & ibi Soto q. 1. art. 3. Hier. Menghi in compend. art. exorc. lib. 1. c. 8. an iſte adhuc vxorem ſuam reciperet; in hac quæſtione pugnantes ſunt patrum ſententiæ, nam gloſ. in c. licitè 32. q. 7. & Lanzellotus in inſtit. hoc tit. in prin. in gloſ. verbo vitæ, tenent non recuperare, quibus aſſentire videtur Soto in 4. diſtinct. 27. q. 1. art. 4. col. 16. & Rom. in rub. ff. ſolut. matrim. nu. 22. adeò quod hæc eſt communis.

Contrariam verò ſententiam probauit Archid. in d. c. licitè, & quodam in caſu gloſ. in l. ex his C. de legibus, quæ quæſtio licet omitti poſſet, vti de raro contingens, iuxta l. 3. cum ſeq. ff. de legibus, paucis tamen quid ſentiam aperiam.

181 Veritas igitur huius concluſionis (ni fallor) pendet ab eo principio, vt conſideremus qualiter iſtud vinculum diſſoluatur, num nempè omnino, adeò vt nulla ipſius vinculi pars remaneat, neque quò ad animum, neq; quò ad corpus, an vero ſolum ſoluantur obligationes ipſæ ex vinculo prouenientes, adeò vt tanquam ab eis liberatus poſſit denuo contrahere, quare hic ſecundus contractus ſit ex quadam permiſsione, nam ſi quidem primo modo vinculum ſoluatur vera eſt prima opinio, quod non reciperet, ſed opus eſſet nouo conſenſu, cui

rei adſtipulantur, quæ docent Paulus in l. non vt à patre, & Papinianus, in l. cum duæ ff. de capt. & poſtlim. reuer.

Quòd ſi ſecundo modo, poteſt dari repetitio, niſi alteri ſit ius quæſitũ: ſiquidem ex primi vinculi præexiſtentia, ſuperueniente habilitate, re integra, tanquam quod res perueniat ad eum caſum, à quo incipere poteſt, nulla illius diſſolutionis ratio videtur habenda, & hoc pacto procedit Archid. opinio, à qua, hoc modo intelligendo, non diſſentiunt Lanzell. & Rom.

182 Cenſeo igitur hoc ſecundo modo fieri diſſolutionem, quod innuunt primo loco verba Pauli ad heb. 11. „acceperunt mulieres de reſurre-
„ ctione mortuos ſuos; ſiquidẽ mulier vxor dicitur. ſecũdò verba Beati Clem. lib. 3. c. 2. vbi loquens de ſecundis nuptijs dixit „ Deus enim v-
„ nam mulierem vni viro tradidit in creatione, erũt enim duo in carne
„ vna; Adoleſcentioribus verò poſt primi viri obitũ concedatur ſecun-
„ dus, ne incidant in iuditium Diaboli, & in laqueos multos, atq; in li-
„ bidines inſanas, &c. ex quibus patet, ſecũdas eſſe ex indulgẽtia, quia primę videntur adhuc ſubeſſe, quod in d. quantitatis circun. dixi.

183 Adſtipulantur prædictis verba Iuſtin. ſupra citata ſub nu. 1. ibi, „in
„ priori coniugio permaneant, quare apparet Iure Ciuili aliter ſtatutum à Iuſtin. quicquid Paulus, & Papinianus cenſuerint, quod deſeruit, quò ad legitimum, vbi etiam, quò ad captiuitatem, probauimus abrogatas Pauli, & Papiniani opiniones.

184 Prędictis authoritatibus adſtipulãtur rationes, quarũ prima eſt, ꝙ in matrimonio duplex eſt coniunctio, altera ſpiritus, altera carnis: ſpiritus quidẽ coniunctio diſſoluitur, ẽt vno recedente, quia nec indiuiduam ſignat coniunctionem, vt ſup. dixi in contracto tantum: carnis autem coniunctio non videtur omnino diſſolui, tum re ipſa, tum reſpectu ſignificationis. re ipſa, quia ille, qui remanet, adhuc partem defuncti in ſe habet, cũ ob hanc coniunctionẽ ſanguine iũctis defuncti adhuc ſit iunctus, & ex ſecundis nuptijs etiam ille, qui illi iungitur, diuiſus dicitur, quod illi qui pluribus eſt iunctus, & ſic diuiſus copuletur, vt in ca. 1. ſupra de bigam. habetur. mortui quoque caro adhuc mixta quodammodo cenſetur, quare quæ reſurgit, cum eadem met ſit, iuxta illud Iob. cap. 19. „ & in carne mea videbo Deum Saluato-
„ rem meum, quem viſurus ſum ego ipſe, &c. vtique in ea etiam illa pars carnis coniugis, quæ ſuæ mixta extitit, reſurgit, vel eodem modo iuncta; vt ſit eadem.

Quò verò ad ſignificationem, quia nec morte Verbum ab humana noſtra natura diuiſũ fuit, quia quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimi-

ſit, cap. quanto infra de diuort. capitu. qua propter 27. quæſtio. 2. hinc ſecundæ nuptiæ, licet ſignent coniunctionem, non tamen ſignant indiuiduitatẽ, vt docet Soto in 4. diſtinct. 42. quæſt. 3. artic. 1. col. fin. c. debitum ſupra de bigam. & in præcitato loco dixi.

185 Neque modo me mouet, quod ſuperuiuens poſsit alio iungi, quia dico id effici, quia ſolutæ ſunt obligationes illius vinculi, quibus ſui corporis poteſtatem non habebat, ſed vir, vt inquit Paulus prima Corinth. 7. Proinde licitè alteri iungitur, etiam mero iure, quia eſt temporalis obligatio, vti ibi diximus, docet Soto in prædictis locis. Ex his fit, vt ſi aliud contraxerit matrimonium, tunc primo non eſſet reddendus, quia licitè potuit, & alteri ius licitè quæſitum eſt, cui corporis commiſſa poteſtas eſt, vti Lancelot. loco ſupra citato cenſuit. iſque qui reſurgit, debet permanere in celibatu. quòd ſi non eſſet conſumatum, aliter cenſerem ex prædictis, vt nouo conſenſu opus eſſet, & omne vinculum ſublatum.

186 Quò ad ſecundum caſum, quamuis cęteris omnibus, ex illis, quos viderim, refragantibus, Socin. conſil. 28. volum. 1. colum. penul. Dec. in cap. quæ in eccleſiarum colum. 5. num. 16. ſupra de conſtit. Grat. conſil. 1. num. 31. volum. 2. Lofredus conſil. 50. num. 41. & Alciat. in Rub. ff. ſolut. matrim. num. 16. teneant ſummum Pontificem poſſe, ego tamen ex illis, quæ ſupra in rato dixi, communi ſententiæ liben-
187 ter adhæreo. ſed † dubium eſſe poſſet, an ſaltem poſſet diſpenſare, vt aliquis vir poſsit plures vxores habere, quoniam mulieres, vt poſſint plures viros, nunquam vlla lege permiſſum fuit, neque permitti potuit, vti docent Couar. par. 2. cap. 7. §. 3. num. 1. & Soto in 4. diſtinct. 33. quæſt. 1. art. 3. quare nulla, nec hoc caſu datur diſpenſatio, ſed quò ad viros, quia iſtud aliquando permiſſum fuit, quod ſupra quinto art. parte 1. 2. inſpect. 4. quæſt. dixi. in qua re certè fatendum eſt, iſtud eſſe cõtra naturalem, ac diuinam legem, adeò vt nõ facilè ſit concedenda hæc diſpenſatio, vt ex ibi dictis patet, quod firmauit Soto diſtinct. 33. quæſt. 1. art. 2. concl. 4. col. 12.

188 Quò verò ad cohabitationem matrimonium ſolui poteſt, vel quod vtriuſque voluntas ſit neceſſaria, vel quòd voluntas vnius tantum ſufficiat.

Voluntas vtriuſque eſt neceſſaria, vbi diſſolutio fit ex cauſa continentię iuxta Pauli conſ. 1. cor. c. 7. in qua re poteſt eſſe perpetua, & irreuocabilis: vel temporalis, & reuocabilis.

Erit igitur perpetua, & irreuocabilis, ſi ambo de conſenſu ingrederentur religionem, in qua ſolenne votum emittitur, & profiterentur;

quia

quia poſt profeſsionem amplius reuocabilis non eſt, vt probatur in cap. ſcripſit 27. quæſt. 2. cap. ſane ſupra de conuerſ. coniug. docet Couar. par. 2. ca. 7. §. 4. nu. 9.

189 Quod ſi vnus tantum de alterius conſenſu id peragat, tunc vel mulier eſt, vel vir: ſi mulier, tunc vel vir efficitur Epiſcopus, & diſſoluitur: quod ſi Epiſcopus non efficiatur, ſed velit in ſeculo permanere, non debet tolerari, niſi ipſe quoq; religionem ingrediatur, quod in prædictis locis probatur, c. quod Deo placet; c. ſunt qui 33. quæſt. 4. c. ſi quis coniugatus 22. quæſt. 2.

190 Si verò vir, aut mulier non vouet perpetuam continẽtiam, neq; diſſolui poteſt: quod ſi vouet, aut eſt talis, quæ poteſt ſine ſuſpicione in ſeculo permanere, & hoc caſu poterit tolerari hæc diſſolutio, c. Agatoſa 27. q. 2. quod ſi talis non ſit, neutiquam tolerari poteſt, d. c. Agatoſa, c. ex parte, c. cum ſis ſup. de conuerſ. coniug. niſi ipſa ingrediatur, quare etiam virum repetendi habet licentiam, vti & vir vxorem, non obſtante voto de eorum volũtate emiſſo, c. manifeſtũ 33. quæſt. 5. vti docet, Cou. in præcitato loco, Soto in 4. diſtinct. 27. q. 1. art. 4. col. 17. tex. verò in c. qui vxorem, licet præcipiat, vt & ipſe voueat, nõ tamen eſt præceptum præcisè, vt cogi poſsit, cum votum debeat eſſe liberũ, vti de matrimoniũ, vt diximus ãtec. c. 5. art. nu. 25. & ita ſunt intelligenda illa, quę declarauimus §. 3 art. 1. quæſt. nu. 27. & ſeq. Tem-
191 porale † eſt quod ad tempus, vt orationi vacetur emittitur, quod, & reuocari poteſt, vt d. c. manifeſtum, d. c. quod Deo, neceſſaria tamen, eſt Epiſcopi diſpenſatio, vbicunq; votum eſt ſimplex, ex parte vel vnius, vel vtriuſque,

192 Quando autem vnius tãtum voluntas ſufficit ad hanc diſſolutionẽ, illa prouenit vel ex fornicatione, vel ex moleſta cohabitatione: ex fornicatione vel corporali, vel ſpirituali: corporalis fornicatio poteſt conſiderari in genere, vel in ſpecie: in genere vt ex quouis carnis vitio, ſeu corruptione non ſecuta cum vxore in vas debitum id poſsit euenire, ſiquidem domini verba dicentis „ niſi ob fornicationem, intelligi poſſunt iam dicto modo, quia ſcriptura multoties fornicationem hoc modo aſſumit, vt patet ex Pauli verbis 1. Cor. c. 7. „ propter
„ fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, ideſt ad euitandam fornicationem, .ſ. carnis vitia, prout ſup. antec. art. 1. parte 2. inſpect. diximus; ſi quidem ſi in ſpecie loqui voluiſſet Dominus, vſus eſſet dictione adulterium ſignificante. Ex his decidi poterunt, illa quæ ibi diximus, quod ex præpoſtera libidine, ex extraordinaria pollutione cum alijs, ex pollutione in ſe ipſum admiſſa in vxoris, & matri-

tri-

trimonij contemptum, ex pollutione extraordinaria data opera, & frequenter facta inter ipſoſmet coniuges, & ex præpoſtera libidine cum vxore, is dimitti poteſt, qui huiuſmodi ſcelera data opera commiſit, iuxta illa, quæ habétur Gen. c. 38. in c. adulterij in c. omnes cau ſationes 32. q. 7. vbi gloſ. in verbo propter hæc ſcelera, quicquid ſ. ali ter ſentire videatur, hic tamen ſe declarat; Alciat. in rub. ff. ſolut. matrim. nu. 18. quod etiam verum exiſtimauit Diuus Ambroſius in præcitato Pauli loco, etiã ſi ſolũ cum muliere prępoſtera libidine vti fuerit nixus, quod verum, & communi calculo probatum aſſerit Couar.
193 .p. 2. c. 7. §. 5. nu. 6 cuius † rei duplex ratio eſt, prima quia illud, quod alteri coniugi debetur, vel alteri datur, vel in infames vſus alios diſperditur, tum quod ex huiuſmodi vitijs maxime animus à coniuge alienatur, potiſsimum in nefanda libidine puerorum, qua mens à mulieribus cognoſcendis maxime auertitur.
194 In ſpecie vero conſideratur adulterij crimen, ex illis verbis,, & aliã ,, duxerit męchatur, & c. c. ex parte inf. eodem c. ſignificaſti, c. ex litteris, c. gaudemus inf. de diuort. c. intelleximus, c. fin. inf. de adult. c. ſuæ ſup. de procur. l. conſenſu C. de repud. Sinod. Trid. ſeſſ. 24. Can. 7. & ſeq. de ſacram. matrim. c. 1. & ſeq. 32. q. 7. id enim licet de viro loquatur Dominus de vtroque tamen, & etiam muliere, vt à viro ſeparari poſsit, intelligi debet, agit Hoſt. in ſumma inf. de diuort. §. quot modis nu. 7. verſ. primus caſus vſq; ad num. 9.
195 In præmiſſa tamen diſſolutionis cauſa, quoniam non ſemper, & indiſtincte locũ habet, ita res diſtingui ſolet, quod aut concurrit vtriuſque voluntas ad perpetrandum illam illicitam, ac damnatam fornica tionem, aut vnius tantum: priore caſu diſſolutioni locus nõ eſt, vt pro bat tex. in c. diſcretionem inf. de eo, qui dux. quam poll. per adult.
196 Si verò vnius tantũ, vel eius qui id peragit, vel alterius: ſi alterius, vt ꝙ vir proſtituat vxoré inuitã, pẽdet à volũtate eius, qui innocẽs eſt, vt ex d. tex. colligitur, & ſ. antec. art. 1. p. 1. inſpect. nu. 37. diximus.
197 Si eius, qui id peragit, tunc aut alter quoq; eſt fornicatus, & tũc etiam diſſolutioni locus non eſt, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur, & nil doloſus doloſo, nil Cathilina Cetegho, c. ſignifi
198 caſti inf. de diuort. c. fin. inf. de adult. quod † ſi alter non ſit fornicatus, tunc vel ab iſto fuit tolerata huius fornicatio, vel non; ſi fuit tolerata, aut ante pœnitentiam, neque etiam diſſolui poteſt: ſi verò poſt pœnitentiam, ſi denuo fornicetur, vtique diſſolui poterit, vti ac ſi
199 nõ fuiſſet tolerata. quo † caſu ſi innocens contineat, tunc perpetuò poteſt durare huiuſmodi diſſolutio: id enim pendet ab Innocẽtis voluntate,

luntate,ſi tamen alius ſe emendat, alioquin nec poteſt licitè cohabitare, vti ſup. antec. art. diximus,ſed ſi non contineat ad coniugem redire cogitur,ſicq; tunc diſſolutio ceſſat,prout colligitur ex d.c.ſignificaſti,ex d. c. fin. docet Couar. vbi ſupra.

200 Spiritualis autem fornicatio euenit, cum alter coniugum in hæreſim labitur, vel infidelitatis errorem, quo etiam caſu diſſolutioni quò ad torum,ac cohabitationem locus eſt,vti probatur in c. 2.inf.de diuort. & c. fin.ſup. de conuer. coniug.c.Idolatria 28. quæſt. 1. quod colligitur ex Domini verbis Lucæ c. 14.vbi vult,eius cauſa etiam vxorem relinqui,quod cum in caſu noſtro nō poſsit quò ad vinculum, ob fidem de eo ſacramento,vti ſupra dicebamus, & probat Synod. Trid. ſeſſ. 24 Can.5. de ſacram. matrim. certè eius cohabitatio ſaltem vitanda eſt,potiſsimum ſi ſit pernicioſa, quare ſi ſoluatur hac de cauſa, ante emendationem lapſi perpetuò ſeparari debent, vt in c. 2. inf. de diuor. c. fin. ſup. de conuerſ. coniug. ca. idolatria 28. quæſt. 1.

201 Poſt verò emendationem quęritur,an redintegretur,an verò adhuc idpendeat à voluntate eius,qui permanſit in fide, in qua re primò illud pro abſoluto habendum eſt, quod ſi huiuſmodi diſſolutio iudicio eccleſiæ facta non extitit, procul dubio redintegratur,vt probatur in cap. de illa,& c. quanto inf. de diuor. in fine,& c. fin.ſup.de conuerſ.

202 coniug.ſi † vero iudicio eccleſiæ facta eſt,tunc ſi ille,qui permanſit, vult conuolare ad religionem,vel fuerit ingreſſus,& profeſſus nullatenus redintegrari poteſt,& hoc etiam pro abſoluto eſt habendum,vti ſtatuit tex. in d. c. fin. ſup. de conuerſ. coniug.

203 Sed dubium eſt,ſi nolit religionem ingredi,an redintegrari debeat, an verò pendeat ab eius voluntate,ut ſi uelit,poſsit,& redintegretur, quod etiam certum eſt,d.c.de illa.ſi vero nolit,nullatenus redintegrari poſsit;in hoc dubio pugnantes ſunt doctorum ſententiæ, nam gloſ. fin. in d. c.de illa,& in d.c. quanto. tenet redintegrari de neceſsitate contrarium verò probauit Couar. vbi ſup. nu. 5. cui opinioni pleriq; adſtipulantur,& a qua opinione nullatenus recedendum putamus.

204 Illa enim primo manifeſtiſsimis verbis d.c. de illa.probatur in fine. Neq; me mouet,ꝙ intelligatur iuxta c.fi.de conuerſ.coniug.quia iſta eſt mera diuinatio:nam in d. c.fin. dicit,quod mulier, quæ iudicio eccleſiæ fuit diſiuncta,poteſt inuito altero ad religionem cōuolare;hoc enim non tollit,quin poſsit in celibatu in ſeculo permanere, vt in d. c. de illa,cum tunc liberatus dicatur, vt c. fin.infra de hęret.

205 Secundò confirmatur ea ratione,vt id ſtatutum ſit in pœnam eorū, qui à fide declinant,ne ita de facili id peragant, & vt faciliuscum iu-

dicium

dicium eccleſiæ intentatur, reſipiſcāt ante diſſolutionem, ne contingat illis, vt inuiti perpetuo in celibatu permaneāt, ad exemplum etiā fornicationis carnalis, vt arguit tex. in d.c. idolatria 28. quæſt. 1.

206 Quamuis illud certum exiſtimem, quod etiam ſi ob fornicationem dimittatur coniux abſq; eccleſiæ iudicio, quod adhuc poſt pœnitentiam non redintegratur, præter voluntatem dimittentis, ex illis, quæ anteced. cap. 6. art. in fine dixi, quicquid Couar. vbi ſup. aliter cenſeat, prout etiam cenſemus, hoc caſu carnalis fornicationis nō eſſe iudicium eccleſiæ neceſſarium, ex illis, quæ ibi diximus. quod tamen libet hic breuiter percurrere.

207 Probatur hæc aſſertio primo ex Domini pmiſsione Mathæi c. 19. ,, ſi ,, quis dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationem, &c. quibus verbis licitum facit viro dimittere; hæc igitur licentia, cum ſit ſimpliciter conceſſa, generaliter intelligi debet, ex regula c. quia circa inf. de priuileg. quod ſentit Diuus Hier. in c. dixit Dominus ibi, ,, liberè dimitti- ,, tur 32. q. 1. ad idem tex. in c. ſi quis vxorem ibidem, ibi, ,, & poſtea pla- ,, cuerit, ſiquidem à placito voluntatis pēdere exiſtimauit, Cui quoq; ſententiæ illud adſtipulatur, quia ferè omnes Canones, qui de huiuſmodi permiſsione loquuntur, nunquā iudicium eccleſiæ expoſtulant, ſed liberam præſefernnt licentiam, vt in c. apoſtolus, c. ſeq. c. Dominus, c. omnes cauſationes, cum ſexcentis alijs, 32. quæſt. 7.

208 Tertiò huic ſententiæ adſtipulatur tex. in c. diſcretionem inf. de eo qui cognou. conſang. vxor. ſuæ, vbi dimiſſæ citra culpam, vir non poteſt obijcere adulterium, quod eius opera perpetrauit, quaſi innuēs, ſi hoc non obſtaret licitè dimiſiſſet, vt ſequentia verba præſeferūt, vbi declarat diuinam permiſsionem intelligi, niſi legitima competat exceptio. quare cōſtat non agi de eccleſiæ iudicio, ſed de viri iudicio, quod an rectum fuerit eccleſia dignoſcere poteſt, vt ibi diximus. Eodem pacto induci poteſt tex. in c. ſignificaſti inf. de diuor. dum ibi non agitur de cognitione, an ritè dimiſerit: ſed an potuerit dimittere, quod fuerit fornicata, & quamuis dicatur, quod fuit excommunicatus, id eſt; quia dimiſſerat non conſtito ſibi de adulterio, & ſic non rectè, quare cum in proceſſu conſtiterit, rata dimiſsio habetur, licet non ritè facta. quibus breuiter ſic poſitis.

209 Facili negotio contraria tollere poſſumus, quorum primum deducitur ex generali regula, quod omnis matrimonij diſſolutio, tanquā de ſacramento agens, quatenus ſanctificans eſt, ad eccleſiam ſpectat, vti voluit Soto diſtinct. 36. q. 1. art. 3. col. fin. quod ſtatuit Sinod. Trid. ſeſſ. 24. de ſacram. matrim. can. 12. atqui talis eſt huiuſmodi, ergo,

Mm quia

quia dico hanc cauſam exceptuatam à Domino, non tamen ita, quin eccleſia non cognoſcere debeat, an rectum ſit viri iudicium.
210 Secũdũ deducitur ex regula generali, quod nulli licet ſibi ipſi ius dicere, vt in c. item cũ quis, c. in litteris, c. ex conquæſtione ſup. de reſt. ſpol. nam dicimus in iſto caſu ſpeciale eſſe, quo res magis occulta ſit, ne contingat famam lędi apud eos, qui ignari ſunt.
211 Tertium deducitur ex c. 3. & ſeq. cum pluribus alijs 33. quæſt. 2. vbi conſtat iudicio agi de adulterio, quia dicimus agi ad hoc, vt dignoſcatur de grauamine à viro illato: ſecundo non ad ſimplicem diſſolutionem, ſed ad legales pœnas, quò ad quas neceſſe eſt adire iudicem.
212 Quarto loco citabantur per Couar. plura iura, vti cap. porrò: inf. de adult. qui non loquitur de fornicatione. Secundo c. plerunq; quod ſolũ probat dimiſſam iudicio eccleſiæ nõ repetere dotẽ, ſiquidẽ id intelligi debet, quia non poteſt agere, quod iniuſte fuerit dimiſſa, vti ſi nõ eccleſiæ iudicio, nam ſi agat ad dotem, poteſt vir adhuc obijcere adulterium, & ſi propria auctoritate dimiſerit, vt idem Cou. fatetur, ſub nu. 13. ad mẽtem Annaniæ, Prępoſiti, & Pariſ. Tertio c. fi. inf. de adult. quod contrariũ probat, cũ quæratur, num ex viri fornicatione dimiſſa vxor, cui debitum negabatur, poſsit virum cogere ad reddendum, ſicq; patet licitè prius denegaſſe, & dimiſiſſe.
213 Quò verò ad moleſtam cohabitationem (vt cum ea etiam huic diſſoluendi moleſtiæ finem imponamus) illa prouenit vel ex furore, vel ex ſæuitia, ſeu inimicitia, q̃ cõtigit, vel vni, vel vtriq; ex cõiugatis.
Quò igitur ad furorem, conſideratur num ſit tollerabilis, puta quod nõ facilè ad iracundiam proſiliens verbera incutiat cuiquam obuio: an vero ſit intollerabilis. priore caſu concludendum eſt, nullatenus poſſe diſſolui, vti voluit Couar. p. 2. c. 7. §. 5. nu. 3. ſecundo verò caſu etiam non omnino poteſt diſſolui, ſed ſolum alter ſanus ita poteſt ſe ſeparare ab altero furioſo, vt tollatur vitæ periculum. Quò verò ad alia obſequia, quæ ad inuicem præſtanda ſunt, non poteſt illa illi denegare, itaq; efficere debet, ne detrimentum aliquod ex illis patiatur, quare in eadem domo commorari licebit, dum tamen talis furioſus vinculis adſtringatur, ratio eſt, quia ſatis ipſo furore punitur, neque addẽda eſt afflictio afflicto, prout probat tex. in l. Diuus ff. de off. præſid. & ita intelligenda eſt communis opinio, & dicta Alexãdri Imolenſis, & Cum. in l. ſi cum dotem §. ſi maritus ff. ſolut. matrim. & Couar. vbi ſup.
214 Idemq; dicendum eſt ex morbo, ex quo mors alteri poſſet contingere, vti peſtis, ſecũdũ illa, q̃ diximus antec. art. 1. p. 1. inſpect. nu. 77.
215 Quò verò ad ſęuitiam, maximaſq; inimicitias primò conſiderare de-

bet

bet prudens Iudex, qua de cauſa id factum ſit, & ſiquidem animaduertit, eam ob cauſam id fieri, vt impoſsibile diiudicetur, poſſe eos cohabitare, quin de facili mors alterius coniugis cōtingere poſsit; vt ſi id eueniret ex ſuſpicato vxoris adulterio, vel vero, quamuis vir quoq; fornicatus eſſet: licet enim tunc ob fornicationem ſolui non poſsit, poterit tamen ob ſeuitiam, vt infra dicam. verum neuter eorum quicquam amittit, vel ob viri libidinem in alias, ob quas omnino vxore vellet ſe priuare, & ſimiles, ex quibus diiudicaret nullam dari ſufficientem cautionem, attenta maxime natura, vel qualitate perſonarum; & tunc omnimodæ ſeparationi locus eſſe poterit, ſecundum diſpoſitionem capit. ſi quā mulier 31. quæſtione prima, prout illum c. legit Iuo par. 10. c. 169. vt, & in noua emend. refertur, nam lectio Gratiani, & Bernard. Papien. in c. 1. de diuort. in 1. compil. aliter eſt emendata, per diuum Raimondum, in c. 1. inf. de diuor. cui deſeruiūt tex. in c. ex tranſmiſſa ſup. de reſtit. ſpol. quæ habentur in l. conſenſu C. de repud. per Iuſt. nou. 117. c. 8. & 9. quæ retulimus ſup. in legitimo. Nam illas cauſas à Iuſtiniano recenſitas, quæ ſpectant ad ſuſpicionem criminis adulterij, vel machinationis mortis, vbi adeſt timor iam dictæ ſęuitiæ, ac inconciliabilis inimicitiæ, aptas cenſeo ad dictā diſſolutionem, hocq; eſt quod cenſuit Sinod. Trid. ſeſſ. 24. Can. 8. de ſacram. matrim. deſeruit, quod ſtatuit Concil. Tribur. cap. 46.

216 Quòd ſi nō ea ſit cauſa, quare certum eſſe poſsit, dari aliquod temperamentum, tunc non omnino facienda eſt diſſolutio, quia cum à Domino ſola fornicationis cauſa ſit exceptuata, nō temerè ſunt aliæ cauſæ inducendæ, ſed ſolum fieri poterit ad tempus, donec vel iracundię feruor remittatur, vel aliqua idonea cautio habeatur, offenſione ceſſaturam; quare iudicis officio cogi poſſunt, vt obſidibus datis, ac fideiuſſoribus, vel pignoribus præſtent cautionem non offenſam faciendi, & ita ſunt interpretanda verb. c. 1. ſup. vt litē non conteſtata, c. litteras ſup. de reſt. ſpol. cum alijs, quæ cumulauit Couar. d. c. 7. §. 5. nu. 1.

217 Hic tamen illud ſubijcio, quod licet hac de cauſa poſſent ſeparari, quò ad cohabitationem: attamen ſi vnus alterum vellet cognoſcere, idq; fieri poſsit in loco tuto, vt nemo de altero poſsit dubitare, ad eui tādam fornicationem, prolemuè ſuſcipiēdam, id tolerari debet, quoniam tunc facilimè poterit tolli inimicitia, amorq; redintegrari, potiſsimū ſi proles ſuſciperetur, quare conſtat ſolū fornicationis vnius tm̄ cauſam omnino exceptuatā, quod ſi ambo fornicētur, & cōueniāt vt diſſoluatur diſſolui hoc modo poterit, ſed nō perpetuo, quin quandocunq; etiam altero tantum petente non debeat redintegrari.

Mm 2 Ex

Ex his explicit iſte tractatus,ac huius rubr.expoſitio. Scio potuiſſe plura cumulari, quæ ad dotes, earumq; amiſsionem, & ad alia annexa ſpectant, quæ conſultò omiſimus, cum ad alios tractatus ſpectent. ſcio etiam potuiſſe quotis ſeu Doct.allegationibus rem exornari, ſed ex citatis alij inueniri poterunt, neq; id ex re ſtudioſorũ, quibus hũc noſtrum tractatum dirigimus,arbitrati ſum⁹ eſſe, id certè factum eſt, vt nedũ in noſtris tribus decretalium,ac decreti voluminibus hæc acceperimus,ſed ipſos quoq; fontes,vbi opus fuit inſpexerimus,ſed de his hactenus.

Finis Capituli Tertij, & Rubricæ.

LII SANNAZARII
DE RIPPA
ιterpretationum Lib. I. Cap. IV.
VBI CONTINETVR
ꝛrpretatio Capituli primi eiuſdem Tituli primi Quarti Decretalium Libri.

SVMMARIVM.

N generali verborum præſentis Capituli declaratione recenſetur facti ſpecies ad mentem Hoſt. hic.
Recenſetur ad mentem aliorum Doctorum magis communiter.
Recenſentur loca vnde cap. noſtrum eſt ſumptum.
ꝫuntur eiuſdem Capituli relationes Iuonis Carnutenſis Epiſcopi par. 8. *c.* 3. *& Io. Galenſis in* 2. *Collect. c.* 1. *hoc titulo.*
ꝛruntur verba Concilij.
ꝛrtur in quibus differant verba Concilij à verbis compilatorum in facto; non in Deciſione: quæ deſunt apud compilatores, & ſunt in Concilijs.
ratur in quibus conueniant, tam in facto, quam in Deciſione.
ꝛobatur Hoſtienſis opinio, quia iam filios ſuſceperat, neque alia cauſa deducꝛr, niſi quod non duxerat ſecundum leges patrias.
ictione cauſatus, quæ cauſam afferre ſignificat.
ꝛ verbis Concilij.
ꝛonitur agi non de Gallo; ſed de Franco ex Francia Alemaniæ regione.
ι à 22. *Epiſcopis Alemaniæ prouinciale fuit celebratum, ad quos non ſpebat cognoſcere de cauſa Gallorũ, cum nec eorum Regi Galli ſubiecti eſſent.*
ꝛndo ſupponitur affuiſſe leges, vel conſuetudinem irritantes matrimonia ꝛa non ſeruatis diſpoſitis in regionum legibus, quod ex verbis Concilij pro is facti ſpecies vera colligitur. *(batur.*
ꝛditur Textus.
itur Compendium.
ꝛrticulari; primus Articulus ad dictiones patrias nominantes, primo connatur, quod de Francia non dicitur Gallus in caſu noſtro.
ꝛndo ex tex. probatur idem ſignificare Francus, & de Francia, Saxo, & de xonia.

19 *Ex comuni tamen vſu loquendi vel Francus eſt proprium nomen, neque idem importat.*

20 *Vel eſt nomen gentilicium, vel familiæ, neque idem importat.*

21 *Pro patria verò vbi ſumitur poſſunt differre, quod Francus ad omnes incolas, & quoquomodo ciues referratur, de Francia ad originarios tantum.*

22 *Vt in inſtrumentis extra propriæ originis loca celebratis fieri ſolet, potiſſimũ, quò ad eos, qui familiam habent vigentem diuerſis in locis.*

23 *Quo caſu, etiam ab oppidorum nominatione iam dicto modo facta ſolent diſiũgi, ſi plures ſint in eadem Ciuitate viri eiuſdem gentis.*

24 *Vel ſi dictiones ſint gemniatæ, vti ciues de Ciuitate.*

25 *Secundus Articulus de verbis legem exprimentibus; probatur primò hanc dictionem capi in genere pro omni diſpoſitione, quæ adſtringit, vel inſtituit.*

26 *Et pro ea, quæ quid ſtatuit authoritate publica.*

27 *In ſpecie, vel prout diſiungitur a iure non ſcripto.*

28 *Vel pro vt diſiungitur ab omni conſuetudine, etiam ſcripta, & hoc pacto etiam in genere.*

29 *Nam in ſpecie continet vel populi, vel plebis tantum iuſſionem, vel populi non plebis tantum, quo ſenſu magis ſpecificè capitur.*

30 *Secundo probatur hic capi in genere ſecundo modo, nempe pro iure, in tribus prioribus locis.*

31 *Ex verbis Concilij.*

32 *Vbi vero quarto loco dicitur, euangelicæ legis, capitur pro lege in ſpecie, prout tamen à conſuetudine diſtinguitur.*

33 *Neq; hoc tollit, quin ſupra aliter exponi poſſit, cum ſimus in legis verbis, cuius diſpoſitio generalis eſt, etiam ex rationis identitate, ad omnia, quæ ſub illis verbis poſſunt complecti.*

34 *Tertius Articulus de verbis (duxit in vxorem) quæ ita proferri primò probatur, quia mulier virum ſequi tenetur.*

35 *Quia natura, & domini iuſſione mulier viro ſubdita eſt.*

36 *Potiſſimum in loco domicilij viri.*

37 *Neque contrario pacto mulier liberari poteſt.*

38 *Quia eſſet contra ius diuinum, & naturale, ac contra bonos mores.*

39 *Eſtque ſuaptè natura odioſum.*

40 *Quod ſubſiſtente rationabili cauſa viro recedendi, etiam communiter remanet probatum.*

41 *Eodem pacto ſi etiam a proprij domicilij loco recedat.*

42 *Quòd ſi vagabundus ſit, ex iuſta cauſa idem dicendum eſt.*

43 *Quòd ſi nec iuſta ſit cauſa, mulierque naturam non ignorabat, adhuc tenetur.*

44 *Si verò probabiliter id ignorabat, cauſaq; iuſta non ſit, non tenetur.*

45 *Ex quo mariti iure oritur, vt vxor viri domicilium contrahat.*

46 *Quare vir ratione etiam contractus alibi celebrati, pro dote non poterit, niſi in loco domicilij conueniri.*

47 *Quare*

uare, & leges domicilij in cauſæ deciſione erunt ſeruandæ.
vero vir mutet domicilium, quamuis in loco mutati domicilij ſit conue- niendus, cuius etiam leges quo ad ritiudinem iuditij erunt ſeruandæ, attamen cauſa ſecundum primi domicilij leges decidenda erit.
atio in primo caſu, quia vxor viri legibus ligatur, quem ſequi tenetur, isque dicitur locus deſtinatæ obligationis, qui viro placuerit.
ı ſecundo, quia dicuntur ea mente contraxiſſe, vt ſubijcerentur legibus domi- cilij viri, vbi tum habitabat, & fraudibus eſt obuiandum.
uæ procedunt, & ſi vxor viri domicilij leges ignoraßet, vel putaſſet virum conterraneum.
uamuis vir eſſet originarius loci vxoris, niſi alibi non animo deſtinato habi- taret, habereturque vti in patriam habitans.
'em dicendũ eſt, ſi bona ſint ſita in domicilio vxoris, ibiuè vir bona poſſideat, quæ obligaſſet, quia ratione bonorum attenduntur leges loci vbi ſita ſunt, quò ad deciſionem tantum:
uia bona ſortiuntur leges tantum loci, vbi ſita ſunt.
uartus Articulus de dictione (ſua) probatur capi pro eius.
que latine dici poſſe, Cic. exemplo aduerſus Vallam.
uintus Articulus de dictionibus (a ſecunda coniuge ſeparetur) quæ impro- priè capi probantur.
uia neq; ſecunda eſt coniux, neq; ſimplex ſeparatio, ſed vti inualidum om- nino diſſoluitur.
uare exponuntur de facto.
ſecunda parte expoſitionis eorum, quæ in tex. definiuntur, prima inſpectio le poteſtate Iuris Ciuilis in matrimonium.
uod vel diſponit quò ad ſubſtantiam, quod facit vel probibendo contractum valide celebrari, vel validum diſſoluendo.
primo modo, quò ad legitimum tantum poteſt, ſecundo vero modo neutiquã.
uò vero ad ratum, neq; primo, neq; ſecundo modo diſponere poteſt.
uia Iuri Diuino nullum Ius poteſt derogare, quo nititur ſolo conſenſu matri- monij validitas.
uare nec effect' Iuris Põtificij legitimitatis, vel ſucceſſionis impediri poſsũt.
uia per indirectum impediretur matrimonium.
abebit tamen Ius Ciuile probabilem excuſationem, ſi probabile ſit quod non aduerſetur Iuri Diuino, vt vbi agit de contracto tantum.
uòd ſi aduerſari contingat, idq; clarum ſit, non poteſt dubitari, an poſſit id gere, & per conſequens, nec excuſabit.
hoc pacto res in tex. noſtro eſt intelligenda.
eq; excuſabit alios, qui alterius regionis ſunt, cum ſciant tale Ius Diuino Iuri aduerſari, quod & tex. noſtro ad mentem Hoſt. poteſt aplicari.
vero Ius Ciuile diſponit, quò ad accidentalia vel ratione ſolemnitatum adbi- bendarum tum, cum contrahitur abſq; irritatione, ſi omittantur.

Digitized by Google

72 Quare ſi conſuetudine inducta ſunt ſeruari debent.
73 Idemq; cenſet verum, & ſi municipali lege, niſi Canonibus aduerſaretur.
74 Cum matrimonium etiam vti actus, ac contractus legitimus conſideretur.
75 Adſitq; conſtit. in c. Matrimonia tit. de pœnis, quæ ſeruatur.
76 Neque hac ratione quò ad accidentalia tantum, omnino à laicorum Iuriſdictione eximitur.
77 Et ſi enim conſuetudo magis ſit ſeruanda, quam lex; non tamen legem non ſeruandam infertur.
78 Earum tamen omiſſio peccatum non erit:
79 Illius tamen loci tantum obſeruandæ ſunt vbi contrahitur.
80 Pœnã vero nõ ſeruãtibus apponere an poſſint, variæ doctorũ ſentẽtiæ recẽsẽtur.
81 Probatur autem damni præſentis propriarum rerum nullam apponi poſſe.
82 Sed pro ſeruanda equalitate inter filios, quò ad ſucceſſionem poſſũt quid in parentes ſecundo nubentes ſtatuere.
83 Lucro vero ab ipſo Iure introducto poſunt priuare non ita contrahentes, quaſi ſit conditio lucro appoſita.
84 Quamuis filios quò ad ſucceſſionem non poſſunt, qui non delinquerunt.
85 Propterea olim inualidum, & clandeſtinũ filios non legitimos eſſe efficiebat.
86 Auxilium verò dantibus prædictis nuptijs contra Iuris Ciuilis diſpoſitionem contractis pœna imponi poteſt.
87 Quòd ſi parentes, vel agnati recuſent, ſi palam contrahant, nec cum indigno pœnæ prædictæ locus non erit.
88 Iudicis tamen officium implorandum conſulit, qui loco prædictorum conſenſum præbeat, patremq; ad dotandum cogat.
89 Quò vero ad dotem, ac matrimonialia lucra indiſtinctè quò ad omnia matrimonia in ea Ciuitate contrahenda poteſt ad libitum Ius Ciuile diſponere.
90 Niſi conſtituat differentiam an vno, vel alio pacto contrahatur, nam tunc ad dicta quò ad ſolemnitates recurrendum erit.
91 Secunda inſpectio de pœna ſecundas nuptias contrahentis, vbi primo probatur, neq; prima dimiſſa ex cauſa fornicationis, aliam poſſe ſuperinduci.
92 Deinde primo probatur, vt ſit ab adultera ſeparandus, cui, quæ accepit reddere tenetur, dataq; amittit, ſi bona fide mulier cõtraxit, aliter fiſco applicantur.
93 Secundo Pœnitentiæ ſubiciendus eſt, quia dimiſſa non poſſet illum, niſi peracta pœnitentia, tuta conſcientia admittere.
94 Quod de publica intelligi debet, quia peccatum publicum erat.
95 Quæ diuerſimodè tam ratione temporis, quam modi fieri ſolebat.
96 Hodie ordinarij arbitrio cõmittitur, cui, & olim licitum erat rigorem publicæ pœnitentiæ temperare.
97 Ad quam per cenſuras, ac excomunicationem compelli poteſt.
98 Tertio cogendus erit ad priorem redire, cum ob tori violationẽ, res à voluntate vxoris pendeat, cui vir in pœnam quò ad hoc ſubijcitur.
99 Semel tamen admiſſus, priſtinam in vxorem recipit poteſtatem, vti & ſi ipſa quoque

quoque fornicata eſſet.
Quæ compulſio præciſè in perſonam fieri poteſt.
Cum Iure Diuino id ſtatuatur, nullaq; detur extimatio intereſſe.
Et eſt factum perſonale promiſſum, in quo perſonæ induſtria eſt electa.
Nam l. 1. C. de off. diuer. Iudicum non agit vbi executio eſt in perſonã faciẽda:
Et c. litteras ſupra de reſt. ſpol. poteſt intelligi comulatiuè, vt etiam per cen-ſuras cogi poſſit, non priuatiuè.
Quamuis cenſeat in caſu dicti capituli præciſam coactionem locum non habe-re, ob peccati inceſtus ſuſpicionem.
Quæ ratio non militat in caſu noſtro, cum nullatenus eſſent iuncti.
Animaduertere tamen debet Iudex ad viri ſæuitiam.
Hanc autem deciſionem Concilij, editam in caſu particulari, aliter, per modum legis, in Concilij decretis redactam cenſet.

Ex Concilio Triburienſi. Cap. Primum.

DE Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia, lege Saxonum duxit in vxorem: Verũ quia non eiſdem vtuntur legibus Saxones, & Francigenæ, cauſatus eſt, quod eam non ſua, ideſt, non Francorum lege deſponſaue-t: Dimiſſaque illa, aliam ſuperduxit. Diffiniuit ſuper c ſancta ſynodus, vt ille transgreſſor Euangelicæ le-; ſubijciatur pœnitentiæ, & à ſecunda coniuge ſepa-ur, & ad priorem redire cogatur.

in partes ſcindi ſolet noſtra interpretatio in locorum explicatio-vt in prima excutiamus verborum declarationem, in ſecunda eo-de quibus in textu agitur. In priori parte ſunt duæ inſpectiones, na ſpectat ad generalem explicationem, ſecũda ad particularem orum, & eorum quæ incidenter tractantur extra materiem, quæ en breuiter ſolent perſtringi. In prima igitur inſpectione primo agendum erit a nobis pro eliciendo vero ſenſu de facti ſpecie; facto, vt memoriæ conſulamus, & diuiſione vtemur, & compen-Diuiſione ea, quæ ad ſecundæ partis explicationem conferre po-. Sunt igitur in prima inſpectione 3. articuli, primus ſpectat ad ſeriem, ſecundus ad diuiſionem, tertius ad compendium.

1 Quo ad primum articulum ſciendum eſt, quod Hoſtien. hic præſuponit, quod res ita ſe habuerit, vt quidam de quodam oppido Fráconia nuncupato, quod eſt in Alemania prope Saxoniam, duxit mulierem Saxonam ſecúdum legẽ Saxonum, quæ lex fuerat à Carolo Rege ipſis Saxonibus dicta, vt cum ſe ſponſi per verba de præſenti deſponſaſſent, ſimulque per noctem ſtetiſſent, licitum erat viro, ſi mulier illi diſplicuiſſet illam dimittere, ſin minus ad eccleſiam accedebant ad benedictionem ſuſcipiendam, quam legem ab indigenis illius loci affuiſſe ſe accepiſſe teſtatur, cum ibi fuerit de ſocietate Regis Gulielmi, quando vxorem duxit filiam Ducis de Branſuich; Quare cum diſplicuiſſet vxor, illam ſecundum dictę legis diſpoſitionem dimiſſerat, aliamq; ſibi deſponſauerat, cuius rei ratione, quæſitum fuit in Tribulienſi Concilio, quid agendum? Synodusq; ipſa ſtatuit virum pęnitétiæ ſubijciendũ, à ſecũda remouendũ, prioriq; vt rediret cogẽdũ.

2 Communiter tamen Doctores aliter, ſimul cũ antiquo Abbate, & Innoc. ſentiunt, nempè, quod ea ratione dimiſſerat, quia nõ ſeruauerat conſuetudines, ac ſolemnitates ſuæ patriæ, ſeu Francorum, vbi ſuppo nitur palium, & quilibet conſanguineorum ſponſæ, ſpõſo aliqd dat.

3 Primo igitur loco, quo clarius rem ipſam proſpiciamus, ſciẽdum eſt, hanc decretalem ex prædicto Concilio Triburienſi, cap. 39. fuiſſe deſumptam, vti refert Iuo. p. 8. c. 213. & in margine capituli noſtri annotatur in nouiter editis codicibus.

Refertur quoque in ſecunda Decretalium collectione Io. Galenſis, ſeu Valenſis hoc tit. cap. 1. quæ non multum diſtat ab Iuonis lectura; duæq; prædictæ valde conueniunt cum Raimondi hac noſtra lectione; ſed certè à verbis Concilij adeo differunt, vt vix in ſenſu concordare omnino poſsint, immo multa ibi in ſenſu deſunt, quæ hic ſunt. & è contra, multa hic deſunt, quæ ibi ſunt.

Quicquid ſit, cum hæc lectio Raimondi ſit approbata a Romano Pontifice, ab ea nullatenus eſt recedẽdũ; ſolum igitur referã dictas lectionum varietates, vt videamus de veritate ſenſus in genere huius noſtri capituli, in quã re ſimul, & ſemel iungam Iuonis, & ſecundę collectionis lecturam; poſtmodum ſubijciam verba Concilij, prout in vltima Conciliorum editione anni 1585. Sub Sixto Quinto legitur tom. 4 pag. 38. colum. 1.

4 Inquit igitur ſecunda collectio.

Ex

Ex Concilio Triburienſi, Addit Iuo, Cap. xxxix.

rancia nobilis quidam homo nobilem de Saxonia, e Saxonica, *alias* (Sauxoniæ) Iuo legit (Saxonum le-) duxit in, quæ, in, particula deeſt apud Iuonem, vxoré, te-itque eam, Iuo non habet, que eam, multis annis, & ex ea s (illa) filios procreauit: verum quia non iiſdem, (eiſdem) vtuntur legibus Sauxones, Iuo legit, (Sa-nes) & Francigenæ. Iuo legit, (Franci) cauſatus eſt od, *alias*, (quia) eam non ſua, ideſt Francorum le-deſponſauerat, vel acceperat, vel dotauerat. Iuo legit nam verborum per (i) dimiſſaque illa, duxit aliam. Iuo teram) Diffiniuit ſuper hoc ſancta ſynodus, vt ille nſgreſſor euangelicæ legis ſubijciatur, Iuo (ſubiga-) pœnitentiæ: & a ſecunda cõiuge ſeparetur; &, quæ particulæ, &, deſunt Iuoni, priorem recipere, Iuo, (reſu-e) cogatur.

oncilijs vero legitur, referam caput integrum.

Cap. xxxix.

mq; alienigenam, hoc eſt alienæ gentis fœminam rbi gratia Francus mulierem Boiaricam) vtrorũq; ſultu propinquorum legitimè vel ſua, vel mulie-lege acquiſitam in coniugium duxerit velit, nolit enda erit, nec vltra ab eo ſeparanda, excepta forni-onis cauſa. Quãuis enim (vt Apoſtolus ait) vnus ninus, vna fides, vnum baptiſma vtriq; communis nationi, legem tamen habent diuerſam, & quantũ eculum interdũ longe diſiunctam; Quare ſi vnus

Nn 2 e duo-

Digitized by Google

è duobus vnam carnem in duas diuidere, & copulam nuptialem machinetur diſiungere, dicendo, nō ſecondum ſuæ gentis legem iura matrimonij contraxiſſe, & idcirco ſeparari poſſe, canonica Inſtitutione diffinimus, & noſtro, omniumq; orthodoxorum iudicio ſtatuimus, vt quod legis imperfectum ſit perficiatur, & Ius matrimonij nequaquam reſoluatur. *S*ynodus Romana ait, quod non dimittēda ſit vxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt, & ante baptiſmum, in baptiſmo ſoluuntur crimina, non tamen legitima coniugia. Cum enim in baptiſmo tranſmigrat de vita in vitam, & non mutat vxorem legitimam, quomodo mutat eam, qui non mutat vitam, ſed tranſit de gente ad gentē. Igitur quia iā ſuffugium non habent ſeparādi, impleant dictū Apoſtoli, vt vnanimes vnum ſentientes permaneant in Chriſto Ieſu Domino Noſtro. Nos autem cognita referimus, quia quendam Francum, & mulierem *S*axonicam talia egiſſe cognouimus. *S*i quis poſt hæc, huius ſancti Concilij inſtitutionem paruipendēs, aliam duxerit, cuiuſcunq; gētis ſit, Canonicè arceatur, vt priori cum pœnitentia copuletur.

Ex his igitur ſic relatis, quatuor ſunt conſideranda, & primo in quibus quò ad ſubſtantiam differant verba Concilij à verbis compilatorum, ſecundo in quibus conueniant, tertiò an ſenſus Hoſtienſis ſit recipiendus, quarto an communis intellectus optimus ſit, & demum quis ſit verus; quæ omnia quam breuiſsimè videamus.

6 Quò ad primum; apud compilatores narratur factum fuſius vno modo, quod deeſt in Concilijs; vbi, ſimpliciter dicitur,, quia quendam ,, Francum, & mulierem ſaxonicam talia egiſſe cognouimus, ſiquidem illa præſuponitur cauſa impulſiua, nec quæſtio principalis, vnde duo bus verbis refertur, neque refert cuius culpa fuerit diſſolutum matrimo-

nonium, licet cauſa non ſit diſsimilis, quare ab vltima hac Con-
jparte incipit, quod apud compilatores legitur. Secundo in Deci
ie, apud compilatores deciditur caſus perticularis, ex cuius de-
)ne ad generalia præcepta trahitur deciſio, & fit ſuper caſu præ-
to, in Concil. ponitur generalis lex, & iuſsio, quæ ſolum ad fu-
ı trahitur, ſi caſus contingerit, vt patet ex illis verbis,, ſi quis poſt
. Apud compilatores, præterea deſunt primo illa generalis poſi-
quod quicunq; alienę gentis vxorem duxerit non poſsit eam di-
tere, niſi ob fornicationem.
lo illa contrarij remotio, vt quod ex lege perficiendum eſt per-
tur, non tamen matrimonium ſoluatur. ne in plures caro diui-
r. Tertiò deeſt confirmatio a ſimili, & à maiori, ex illis, quæ
dit Synodus Romana de infidelibus, qui ad fidem conuertuntur:
d ſi Baptiſmus, ex quo noua vita incohatur, non ſoluit coniugia,
to minus trāſmigratio de gēte ad gentē. Quartò deeſt concluſio,
llatio ex mente Apoſtoli c. 2. ad Philipen. vt vnānimes in idem
ianeant. Vltimo ponitur iuſsio, & pęna legi contrafacienti.
ı ad ſecundum, cōueniunt in hoc quò ad factū, quod ex facto Frā
: Saxonicæ deuentum eſt ad hanc deciſionem. Conueniunt ſe-
ò quò ad deciſionem, quod qui vxorem primæ ſuperinduxerit,
ıod primam nō duxerit ſecundum leges ſuæ patriæ, ab iſta ſit ſe-
ndus, primæ iungendus, & pœnitentiæ ſubiciendus. Verborum
rſitates, & ſimilitudines ex collatione locorum, quilibet perpen
poterit, de qua re, ſi quid dicendum erit, infra in 2. particula
s primæ partis dicemus.
is decidi poterit, quod tertiò loco propoſuimus, nempè quod
enſis ſenſus non eſt recipiendus: primò enim ſupponit Francum
ı dimiſiſſe, quia prima nocte ſibi diſplicuerat, attamen ex colle-
e ſecunda, & ex Iuone patet, quod iam filios ſuſceperat, ſicq; nō
:erat ſequenti die, vt volebat Hoſtienſis, ſecundo, quia ex præ-
ſ omnibus conſtat, nullam aliam cauſam adduci, niſi, quod non
ınſauerat illam ſecundum viri patriæ legem, vt in tex. noſtro in
erbis,, cauſatus eſt, quod eam non ſua, ideſt non Francorum le-
ſponſauerat: ex quibus clarè elicitur, nil aliud cauſam præſti-
limiſsioni, niſi iam dicta. Subdunt Iuo, & Valenſis,, vel accepe-
el dotauerat, ex quibus cenſuit Sangeor. ibi affuiſſe conſuetu-
n, vt vir vxorem dotaret.
cauſari eſt cauſam afferre, l. ſed & ſi pupillus §. de quo palam
nſtit; aſt. l. ſi quod diximus ff. ſi quis caution. Valla lib. eleg. 5.

Ex his explicit iſte tractatus, ac huius rubr. expoſitio. Scio potuiſſe plura cumulari, quæ ad dotes, earumq; amiſsionem, & ad alia annexa ſpectant, quæ conſultò omiſimus, cum ad alios tractatus ſpectent. ſcio etiam potuiſſe quotis ſeu Doct. allegationibus rem exornari, ſed ex citatis alij inueniri poterunt, neq; id ex re ſtudioſorũ, quibus hũc noſtrum tractatum dirigimus, arbitrati ſum⁹ eſſe, id certè factum eſt, vt nedũ in noſtris tribus decretalium, ac decreti voluminibus hæc acceperimus, ſed ipſos quoq; fontes, vbi opus fuit inſpexerimus, ſed de his hactenus.

Finis Capituli Tertij, & Rubricæ.

Digitized by Google

LII SANNAZARII
DE RIPPA
nterpretationum Lib. I. Cap. IV.
VBI CONTINETVR
erpretatio Capituli primi eiuſdem Tituli primi Quarti Decretalium Libri.

SVMMARIVM.

IN generali verborum præſentis Capituli declaratione recenſetur facti ſpecies ad mentem Hoſt. hic.
Recenſetur ad mentem aliorum Doctorum magis communiter.
Recenſentur loca vnde cap. noſtrum eſt ſumptum.
iguntur eiuſdem Capituli relationes Iuonis Carnutenſis Epiſcopi par. 8. c. .3. & Io. Galenſis in 2. Collect. c. 1. hoc titulo.
ſeruntur verba Concilij.
ſertur in quibus differant verba Concilij à verbis compilatorum in facto: c non in Deciſione: quæ deſunt apud compilatores, & ſunt in Concilijs.
rratur in quibus conueniant, tam in facto, quam in Deciſione.
probatur Hoſtienſis opinio, quia iam filios ſuſceperat, neque alia cauſa deducitur, niſi quod non duxerat ſecundum leges patrias.
dictione cauſatus, quæ cauſam afferre ſignificat.
ex verbis Concilij.
pponitur agi non de Gallo; ſed de Franco ex Francia Alemaniæ regione.
ia à 22. Epiſcopis Alemaniæ prouinciale fuit celebratum, ad quos non ſpe- abat cognoſcere de cauſa Gallorũ, cum nec eorum Regi Galli ſubiecti eſſent.
cundo ſupponitur affuiſſe leges, vel conſuetudinem irritantes matrimonia cta non ſeruatis diſpoſitis in regionum legibus, quod ex verbis Concilij probatur.
his facti ſpecies vera colligitur.
uiditur Textus.
uitur Compendium.
particulari; primus Articulus ad dictiones patrias nominantes, primo conrmatur, quod de Francia non dicitur Gallus in caſu noſtro.
cundo ex tex. probatur idem ſignificare Francus, & de Francia, Saxo, & de axonia.

19 *Ex comuni tamen vſu loquendi vel* Francus *eſt proprium nomen, neque idem importat.*
20 *Vel eſt nomen gentilicium, vel familiæ, neque idem importat.*
21 *Pro patria verò vbi ſumitur poſſunt differre, quod* Francus *ad omnes incolas, & quoquomodo ciues referratur, de* Francia *ad originarios tantum.*
22 *Vt in inſtrumentis extra propriæ originis loca celebratis fieri ſolet, potiſſimũ, quò ad eos, qui familiam habent vigentem diuerſis in locis.*
23 *Quo caſu, etiam ab oppidorum nominatione iam dicto modo facta ſolent diſtin-gi, ſi plures ſint in eadem Ciuitate viri eiuſdem gentis.*
24 *Vel ſi dictiones ſint gemniatæ, vt ciues de Ciuitate.*
25 *Secundus Articulus de verbis legem exprimentibus; probatur primò hanc dictionem capi in genere pro omni diſpoſitione, quæ adſtringit, vel inſtituit.*
26 *Et pro ea, quæ quid ſtatuit authoritate publica.*
27 *In ſpecie, vel prout diſtingitur a iure non ſcripto.*
28 *Vel pro vt diſtingitur ab omni conſuetudine, etiam ſcripta, & hoc pacto etiam in genere.*
29 *Nam in ſpecie continet vel populi, vel plebis tantum iuſſionem, vel populi non plebis tantum, quo ſenſu magis ſpecificè capitur.*
30 *Secundo probatur hic capi in genere ſecundo modo, nempe pro iure, in tribus prioribus locis.*
31 *Ex verbis Concilij.*
32 *Vbi vero quarto loco dicitur,, euangelicæ legis, capitur pro lege in ſpecie, prout tamen à conſuetudine diſtinguitur.*
33 *Neq; hoc tollit, quin ſupra aliter exponi poſſit, cum ſimus in legis verbis, cuius diſpoſitio generalis eſt, etiam ex rationis identitate, ad omnia, quæ ſub illis verbis poſſunt complecti.*
34 *Tertius Articulus de verbis (duxit in vxorem) quæ ita proferri primo probatur, quia mulier virum ſequi tenetur.*
35 *Quia natura, & domini iuſſione mulier viro ſubdita eſt.*
36 *Potiſſimum in loco domicilij viri.*
37 *Neque contrario pacto mulier liberari poteſt.*
38 *Quia eſſet contra ius diuinum, & naturale, ac contra bonos mores.*
39 *Eſtque ſuaptè natura odioſum.*
40 *Quod ſubſiſtente rationabili cauſa viro recedendi, etiam communiter remanet probatum.*
41 *Eodem pacto ſi etiam a proprij domicilij loco recedat.*
42 *Quòd ſi vagabundus ſit, ex iuſta cauſa idem dicendum eſt.*
43 *Quòd ſi nec iuſta ſit cauſa, mulierque naturam non ignorabat, adhuc tenetur.*
44 *Si verò probabiliter id ignorabat, cauſaq; iuſta non ſit, non tenetur.*
45 *Ex quo mariti iure oritur, vt vxor viri domicilium contrahat.*
46 *Quare vir ratione etiam contractus alibi celebrati, pro dote non poterit, niſi in loco domicilij conueniri.*

47 *Quare*

Digitized by Google

uare, & leges domicilij in cauſa deciſione erunt ſeruanda.

i vero vir mutet domicilium, quamuis in loco mutati domicilij ſit conue- niendus, cuius etiam leges quo ad rititudinem inditij erunt ſeruandæ, attamen cauſa ſecundum primi domicilij leges decidenda erit.

atio in primo caſu, quia vxor viri legibus ligatur, quem ſequi tenetur, isque dicitur locus deſtinatæ obligationis, qui viro placuerit.

n ſecundo, quia dicuntur ea mente contraxiſſe, vt ſubijcerentur legibus domi- cilij viri, vbi tum habitabat, & fraudibus eſt obuiandum.

uæ procedunt, & ſi vxor viri domicilij leges ignoraſſet, vel putaſſet virum conterraneum.

uamuis vir eſſet originarius loci vxoris, niſi alibi non animo deſtinato habi- taret, habereturque vti in patriam habitans.

lem dicendū eſt, ſi bona ſint ſita in domicilio vxoris, ibiuè vir bona poſſideat, quæ obligaſſet, quia ratione bonorum attenduntur leges loci vbi ſita ſunt, quò ad deciſionem tantum:

uia bona ſortiuntur leges tantum loci, vbi ſita ſunt.

uartus Articulus de dictione (ſua) probatur capi pro eius.

lque latine dici poſſe, Cic. exemplo aduerſus Vallam.

uintus Articulus de dictionibus (a ſecunda coniuge ſeparetur) quæ impro- priè capi probantur.

uia neq; ſecunda eſt coniux, neq; ſimplex ſeparatio, ſed vti inualidum om- nino diſſoluitur.

uare exponuntur de facto.

i ſecunda parte expoſitionis eorum, quæ in tex. definiuntur, prima inſpectio de poteſtate Iuris Ciuilis in matrimonium.

uod vel diſponit quò ad ſubſtantiam, quod facit vel probibendo contractum valide celebrari, vel validum diſſoluendo.

primo modo, quò ad legitimum tantum poteſt, ſecundo vero modo neutiquā.

uò vero ad ratum, neq; primo, neq; ſecundo modo diſponere poteſt.

uia Iuri Diuino nullum Ius poteſt derogare, quo nititur ſolo conſenſu matri- monij validitas.

uare nec effect⁹ Iuris Pōtificij legitimitatis, vel ſucceſſionis impediri poſsūt.

uia per indirectum impediretur matrimonium.

ræbebit tamen Ius Ciuile probabilem excuſationem, ſi probabile ſit quod non aduerſetur Iuri Diuino, vt vbi agit de contracto tantum.

uòd ſi aduerſari contingat, idq; clarum ſit, non poteſt dubitari, an poſſit id igere, & per conſequens, nec excuſabit.

boc pacto res in tex. noſtro eſt intelligenda.

eq; excuſabit alios, qui alterius regionis ſunt, cum ſciant tale Ius Diuino Iuri aduerſari, quod & tex. noſtro ad mentem Hoſt. poteſt aplicari.

vero Ius Ciuile diſponit, quò ad accidentalia vel ratione ſolemnitatum adbi- bendarum tum, cum contrabitur abſq; irritatione, ſi omittantur.

72 *Qua-*

Digitized by Google

72 Quare ſi conſuetudine inducta ſunt ſeruari debent.
73 Idemq; cenſet verum, & ſi municipali lege, niſi Canonibus aduerſaretur.
74 Cum matrimonium etiam vti actus, ac contractus legitimus conſideretur.
75 Adſitq; conſtit. in c. Matrimonia tit. de pœnis, quæ ſeruatur.
76 Neque hac ratione quò ad accidentalia tantum, omnino à laicorum Iuriſdictione eximitur.
77 Et ſi enim conſuetudo magis ſit ſeruanda, quam lex; non tamen legem non ſeruandam infertur.
78 Earum tamen omiſſio peccatum non erit:
79 Illius tamen loci tantum obſeruandæ ſunt vbi contrahitur.
80 Pœnã vero nõ ſeruãtibus apponere an poſſint, variæ doctorũ ſententiæ recẽſẽtur.
81 Probatur autem damni præſentis propriarum rerum nullam apponi poſſe.
82 Sed pro ſeruanda equalitate inter filios, quò ad ſucceſſionem poſsũt quid in parentes ſecundo nubentes ſtatuere.
83 Lucro vero ab ipſo Iure introducto poſunt priuare non ita contrahentes, quaſi ſit conditio lucro appoſita.
84 Quamuis filios quò ad ſucceſſionem non poſſunt, qui non delinquerunt.
85 Propterea olim inualidum, & clandeſtinũ filios non legitimos eſſe efficiebat.
86 Auxilium verò dantibus prædictis nuptijs contra Iuris Ciuilis diſpoſitionem contractis pœna imponi poteſt.
87 Quòd ſi parentes, vel agnati recuſent, ſi palam contrahant, nec cum indigno pœnæ prædictæ locus non erit.
88 Iudicis tamen officium implorandum conſulit, quĩ loco prædictorum conſenſum præbeat, patremq; ad dottandum cogat.
89 Quò vero ad dotem, ac matrimonialia lucra indiſtinctè quò ad omnia matrimonia in e a Ciuitate contrahenda poteſt ad libitum Ius Ciuile diſponere.
90 Niſi conſtituat differentiam an vno, vel alio pacto contrahatur, nam tunc ad dicta quò ad ſolemnitates recurrendum erit.
91 Secunda inſpectio de pœna ſecundas nuptias contrahentis, vbi primo probatur, neq; prima dimiſſa ex cauſa fornicationis, aliam poſſe ſuperinduci.
92 Deinde primo probatur, vt ſit ab adultera ſeparandus, cui, quæ accepit reddere tenetur, dataq; amittit, ſi bona fide mulier cõtraxit, aliter fiſco applicantur.
93 Secundo Pœnitentiæ ſubiciendus eſt, quia dimiſſa non poſſet illum, niſi peracta pœnitentia, tuta conſcientia admittere.
94 Quod de publica intelligi debet, quia peccatum publicum erat.
95 Quæ diuerſimodè tam ratione temporis, quam modi fieri ſolebat.
96 Hodie ordinarij arbitrio cõmittitur, cui, & olim licitum erat rigorem publicæ pœnitentiæ temperare.
97 Ad quam per cenſuras, ac excomunicationem compelli poteſt.
98 Tertio cogendus erit ad priorem redire, cum ob tori violationẽ, res à voluntate vxoris pendeat, cui vir in pœnam quò ad hoc ſubijcitur.
99 Semel tamen admiſſus, priſtinam in vxorem recipit poteſtatem, vti & ſi ipſa

quoque

uoque fornicata eſſet.
ua compulſio præciſè in perſonam fieri poteſt.
im Iure Diuino id ſtatuatur, nullaq; detur extimatio intereſſe.
eſt factum perſonale promiſſum, in quo perſonæ induſtria eſt electa.
am l. 1. C. de off. diuer. Iudicum non agit vbi executio eſt in perſonã facieda.
c. litteras ſupra de reſt. ſpol. poteſt intelligi comulatiuè, vt etiam per cen-
uras cogi poſſit, non priuatiuè.
uamuis cenſeat in caſu dicti capituli præciſam coactionem locum non habe-
, ob peccati inceſtus ſuſpicionem.
ua ratio non militat in caſu noſtro, cum nullatenus eſſent iuncti.
nimaduertere tamen debet Iudex ad viri ſeuitiam.
nc autem deciſionem Concilij, editam in caſu particulari, aliter, per modum
gis, in Concilij decretis redactam cenſet.

Ex Concilio Triburienſi. Cap. Primum.

E Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia, lege Saxonum duxit in vxorem: Verũ quia non eiſdem vtuntur legibus Saxones, & Francigenæ, cauſatus eſt, quod eam non ſua, ideſt, non Francorum lege deſponſaue-: Dimiſſaque illa, aliam ſuperduxit. Diffiniuit ſuper ſancta ſynodus, vt ille transgreſſor Euangelicæ le- ſubijciatur pœnitentiæ, & à ſecunda coniuge ſepa- ır, & ad priorem redire cogatur.

ı partes ſcindi ſolet noſtra interpretatio in locorum explicatio- : in prima excutiamus verborum declarationem, in ſecunda eo- de quibus in textu agitur. In priori parte ſunt duæ inſpectiones, à ſpectat ad generalem explicationem, ſecũda ad particularem ɔrum, & eorum quæ incidenter tractantur extra materiem, quæ ıl breuiter ſolent perſtringi. In prima igitur inſpectione primo agendum erit a nobis pro eliciendo vero ſenſu de facti ſpecie; acto, vt memoriæ conſulamus, & diuiſione vtemur, & compen- Diuiſione ea, quæ ad ſecundæ partis explicationem conferre po- Sunt igitur in prima inſpectione 3. articuli, primus ſpectat ad ſeriem, ſecundus ad diuiſionem, tertius ad compendium.

1 Quo ad primum articulum ſciendum eſt, quod Hoſtien. hic præſupo-nit, quod res ita ſe habuerit, vt quidam de quodam oppido Fráconia nuncupato, quod eſt in Alemania prope Saxoniam, duxit mulierem Saxonam ſecūdum legē Saxonum, quæ lex fuerat à Carolo Rege ipſis Saxonibus dicta, vt cum ſe ſponſi per verba de præſenti deſponſaſſent, ſimulque per noctem ſtetiſſent, licitum erat viro, ſi mulier illi diſplicuiſſet illam dimittere, ſin minus ad eccleſiam accedebant ad benedictionem ſuſcipiendam, quam legem ab indigenis illius loci aſſuiſſe ſe accepiſſe teſtatur, cum ibi fuerit de ſocietate Regis Gulielmi, quando vxorem duxit filiam Ducis de Branſuich; Quare cum diſplicuiſſet vxor, illam ſecundum dictę legis diſpoſitionem dimiſſerat, aliamq; ſibi deſponſauerat, cuius rei ratione, quæſitum fuit in Triburienſi Concilio, quid agendum? Synodusq; ipſa ſtatuit virum pęnitētiæ ſubijciendū, à ſecūda remouendū, prioriq; vt rediret cogēdū.

2 Communiter tamen Doctores aliter, ſimul cū antiquo Abbate, & Innoc. ſentiunt, nempè, quod ea ratione dimiſſerat, quia nō ſeruauerat conſuetudines, ac ſolemnitates ſuæ patriæ, ſeu Francorum, vbi ſuppo nitur palium, & quilibet cōſanguineorum ſponſæ, ſpōſo aliqd dat.

3 Primo igitur loco, quo clarius rem ipſam proſpiciamus, ſciēdum eſt, hanc decretalem ex prædicto Concilio Triburienſi, cap. 39. fuiſſe deſumptam, vti refert Iuo. p. 8. c. 213. & in margine capituli noſtri annotatur in nouiter editis codicibus.

Refertur quoque in ſecunda Decretalium collectione Io. Galenſis, ſeu Valenſis hoc tit. cap. 1. quæ non multum diſtat ab Iuonis lectura; duæq; prædictæ valde conueniunt cum Raimondi hac noſtra lectione; ſed certè à verbis Concilij adeo differunt, vt vix in ſenſu concordare omnino poſsint, immo multa ibi in ſenſu deſunt, quæ hic ſunt. & è contra, multa hic deſunt, quæ ibi ſunt.

Quicquid ſit, cum hæc lectio Raimondi ſit approbata a Romano Pontifice, ab ea nullatenus eſt recedēdū; ſolum igitur referā dictas lectionum varietates, vt videamus de veritate ſenſus in genere huius noſtri capituli, in quā re ſimul, & ſemel iungam Iuonis, & ſecundę collectionis lecturam; poſtmodum ſubijciam verba Concilij, prout in vltima Conciliorum editione anni 1585. Sub Sixto Quinto legitur tom. 4 pag. 38. colum. 1.

4 Inquit igitur ſecunda collectio.

Ex Concilio Triburienſi, Addit Iuo, Cap. xxxix.

Francia nobilis quidam homo nobilem de Saxonia, ge Saxonica, *alias* (Sauxoniæ) Iuo legit (Saxonum le-c) duxit in, quæ, in, particula deeſt apud Iuonem, vxoré, te-uitque eam, Iuo non habet, que eam, multis annis, & ex ea *as* (illa) filios procreauit: verum quia non ijſdem, i (eiſdem) vtuntur legibus Sauxones, Iuo legit, (Sa-ones) & Francigenæ. Iuo legit, (Franci) cauſatus eſt iod, *alias*, (quia) eam non ſua, ideſt Francorum le-deſponſauerat, vel acceperat, vel dotauerat. Iuo legit imam verborum per (i) dimiſſaque illa, duxit aliam. Iuo lteram) Diffiniuit ſuper hoc ſancta ſynodus, vt ille nſgreſſor euangelicæ legis ſubijciatur, Iuo (ſubiga-) pœnitentiæ: & a ſecunda cõiuge ſeparetur; &, quæ particulæ, &, deſunt Iuoni, priorem recipere, Iuo, (reſu-re) cogatur.

Concilijs vero legitur, referam caput integrum.

Cap. xxxix.

unq; alienigenam, hoc eſt alienæ gentis fœminam rbi gratia Francus mulierem Boiaricam) vtrorũq; nſultu propinquorum legitimè vel ſua, vel mulie-lege acquiſitam in coniugium duxerit velit, nolit enda erit, nec vltra ab eo ſeparanda, excepta forni-ionis cauſa. Quãuis enim (vt Apoſtolus ait) vnus ninus, vna fides, vnum baptiſma vtriq; comunis nationi, legem tamen habent diuerſam, & quantũ eculum interdũ longe diſionctam; Quare ſi vnus

è duobus vnam carnem in duas diuidere, & copulam nuptialem machinetur diſiungere, dicendo, nõ ſecondum ſuæ gentis legem iura matrimonij contraxiſſe, & idcirco ſeparari poſſe, canonica Inſtitutione diffinimus, & noſtro, omniumq; orthodoxorum iudicio ſtatuimus, vt quod legis imperfectum ſit perficiatur, & Ius matrimonij nequaquam reſoluatur. Synodus Romana ait, quod non dimittẽda ſit vxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt, & ante baptiſmum, in baptiſmo ſoluuntur crimina, non tamen legitima coniugia. Cum enim in baptiſmo tranſmigrat de vita in vitam, & non mutat vxorem legitimam, quomodo mutat eam, qui non mutat vitam, ſed tranſit de gente ad gentẽ. Igitur quia iã ſuffugium non habent ſeparãdi, impleant dictũ Apoſtoli, vt vnanimes vnum ſentientes permaneant in Chriſto Ieſu Domino Noſtro. Nos autem cognita referimus, quia quendam Francum, & mulierem Saxonicam talia egiſſe cognouimus. Si quis poſt hæc, huius ſancti Concilij inſtitutionem paruipendẽs, aliam duxerit, cuiuſcunq; gẽtis ſit, Canonicè arceatur, vt priori cum pœnitentia copuletur.

Ex his igitur ſic relatis, quatuor ſunt conſideranda, & primo in quibus quò ad ſubſtantiam differant verba Concilij à verbis compilatorum, ſecundo in quibus conueniant, tertiò an ſenſus Hoſtienſis ſit recipiendus, quarto an communis intellectus optimus ſit, & demum quis ſit verus; quæ omnia quam breuiſsimè videamus.

6 Quò ad primum; apud compilatores narratur factum fuſius vno modo, quod deeſt in Concilijs, vbi ſimpliciter dicitur,, quia quendam
,, Francum, & mulierem ſaxonicam talia egiſſe cognouimus, ſiquidem illa præſuponitur cauſa impulſiua, nec quæſtio principalis, vnde duobus verbis refertur, neque refert cuius culpa fuerit diſſolutum ma-

trimo-

Digitized by Google

trimonium, licet cauſa non ſit diſsimilis, quare ab vltima hac Concilij parte incipit, quod apud compilatores legitur. Secundo in Deciſione, apud compilatores deciditur caſus perticularis, ex cuius deciſione ad generalia præcepta trahitur deciſio, & ſit ſuper caſu præterito, in Concil. ponitur generalis lex, & iuſsio, quæ ſolum ad futura trahitur, ſi caſus contingerit, vt patet ex illis verbis,, ſi quis poſt
,, hęc. Apud compilatores, præterea deſunt primo illa generalis poſitio, quod quicunq; alienę gentis vxorem duxerit non poſsit eam dimittere, niſi ob fornicationem.

Secundo illa contrarij remotio, vt quod ex lege perficiendum eſt perficiatur, non tamen matrimonium ſoluatur. ne in plures caro diuidatur. Tertiò deeſt confirmatio a ſimili, & à maiori, ex illis, quæ decidit Synodus Romana de infidelibus, qui ad fidem conuertuntur: Quòd ſi Baptiſmus, ex quo noua vita incohatur, non ſoluit coniugia, multo minus trāſmigratio de gēte ad gentē. Quartò deeſt concluſio, ſeu illatio ex mente Apoſtoli c. 2. ad Philipen. vt vnānimes in idem permaneant. Vltimo ponitur iuſsio, & pęna legi contrafacienti.

7 Quò ad ſecundum, cōueniunt in hoc quò ad factū, quod ex facto Frāci, & Saxonicæ deuentum eſt ad hanc deciſionem. Conueniunt ſecundò quò ad deciſionem, quod qui vxorem primæ ſuperinduxerit, eo quod primam nō duxerit ſecundum leges ſuæ patriæ, ab iſta ſit ſeparandus, primæ iungendus, & pœnitentiæ ſubiciendus. Verborum diuerſitates, & ſimilitudines ex collatione locorum, quilibet perpendere poterit, de qua re, ſi quid dicendum erit, infra in 2. particula huius primæ partis dicemus.

8 Ex his decidi poterit, quòd tertiò loco propoſuimus, nempè quod Hoſtienſis ſenſus non eſt recipiendus: primò enim ſupponit Francum illum dimiſiſſe, quia prima nocte ſibi diſplicuerat, attamen ex collectione ſecunda, & ex Iuone patet, quod iam filios ſuſceperat, ſicq; nō id fecerat ſequenti die, vt volebat Hoſtienſis, ſecundo, quia ex prædictis omnibus conſtat, nullam aliam cauſam adduci, niſi, quod non deſponſauerat illam ſecundum viri patriæ legem, vt in tex. noſtro in illis verbis,, cauſatus eſt, quod eam non ſua, ideſt non Francorum le-
,, ge deſponſauerat: ex quibus clare elicitur, nil aliud cauſam præſtitiſſe dimiſsioni, niſi iam dicta. Subdunt Iuo, & Valenſis,, vel accepe-
,, rat, vel dotauerat, ex quibus cenſuit Sangeor. ibi affuiſſe conſuetudinem, vt vir vxorem dotaret.

9 Nam cauſari eſt cauſam afferre, l. ſed & ſi pupillus §. de quo palam ff. de Inſtit. act. l. 1. §. quod diximus ff. ſi quis caution. Valla lib. eleg. 5.

c. 67. l. 2. §. ignominiæ cauſa ff. de his qui not. infam. l. ſeruus ſi he-
redi ff. de ſtatu lib. c. 1. 1. q. 3. vbi gloſ.

10 Id etiam ita liquido verba Concilij demonſtrant, vt exiſtimem ſu-
perfluum de hac diſputare, hancq; Hoſt. fabulam irridet Io. Tieryus
in addit. ad Card. Flor. hic, quamuis ipſe exiſtimet Hoſt. loqui de
Gallia, quod verum non eſt, illa enim erat particularis lex Franconis,
vti barbaris indulta, quo fortè maius malum euitaretur, quamuis
cenſeam inualidam, ac nullius momenti fuiſſe; perperamq; Carolũ
id egiſſe, qui fortè fuit Carolus Craſſus.

11 Quò ad quartum, ne in totum videatur, res hæc paruam habere du-
bitationem, prout videtur ſi comunis facti poſitio recipiatur, vt &
But. nu. 3. & Sangeor. num. 3. cenſent. In primis cenſeo verũ, quod
ille Francus, de quo loquitur ſupra poſita decretalis, non erat ex ea
regione, quæ hodie Francia nuncupatur, olim Gallia dicta, ſed quidẽ
ex Francia, quæ eſt in Germania, quæ Franconia etiam dicta eſt, quæ
propè Saxoniam eſt.

12 Quod patet, quia prædictum Concilium Triburienſe celebratũ fuit
in villa, quæ Tribur dicitur Alemaniæ, vltra Rhenum, propè Ma-
gonciacum, ſub Arnulpho Rege, paulo ante Impetatore coronato
à formoſo Pontifice, Anno Dñi 895. ſub Bonifacio VI. Pontifice
Max. Quamuis Sigonius de regno Italiæ lib. 6. Bonifacium creatum
dicat anno ſeq. & vixiſſe ſolum diebus quindecim, refragatur tamen
Antonius Auguſtinus, & pleriq; alij, fuitq; cellebratũ à 22. Epi-
ſcopis Germanis, & fuit prouinciale, quare non eſt veriſimile, quod
voluiſſent id de Gallo ſtatuere, qui illis non ſubiacobat, non enim de
his, quæ extra prouinciam erant acta quicquam ſtatuere poterant,
potiſsimum cum Gallia non Arnulpho ſubiecta eſſet, ſed Eudoni Ca-
roli Simplicis tutori eo tempore, poſt Caroli Craſsi Imperatotis mor
tem; vt item Sigonius eodem libro ſub anno 888. narat, ſiquidem tra
ductio in Concilio præſuponitur in illis verbis,, ſed tranſit de gen-
,, te ad gentem.

13 Secondo cenico, vel conſuetudine inductum, vel legibus municipa-
libus prouinciarum Alemaniæ cautum, vt matrimonia certis ſerua-
tis ſolemnitatibus contraherentur, quod ſi ita non fieret irrita, vel
leges decernebant, vel ipſi vſu irrita eſſe putabant, quod mihi magis
arridet. innuuntq; ac ſuadent illa Concilij verba,, velit, nolit tenenda
,, erit, nec vltra ſeparanda, excepta fornicationis cauſa; & illa,, legẽ in
,, habent diuerſam, & quantum ad ſeculum interdum longe diſionctã;
& illa,, non ſecundum ſuæ gentis legem iura matrimonij contraxiſ-
ſe, &

Digitized by Google

„ ſe, & idcirco ſeparari poſſe; cenſebant enim eo ipſo, quod Iura patriæ in contrahendo non ſeruauerant poſſe recedere, & ibi„ quod legis
„ imperfectum ſit perficiatur„ & ius matrimonij nequaquam reſolua-
„ tur; quaſi quod lex eſſet in hoc imperfecta, vt vel quæ mandaret ſe
14 iungi, vel non ſtatuiſſet non ſe iungi. Recoligendo † ex iam dictis, facti ſpecies huiuſmodi conſtituenda eſt. Quidam Francus duxit mulierem Saxonam, ſecundum Saxones leges, poſtmodum eam dimiſſit, quia non duxerat ſecundum patrias leges, eo quod vſu receptum erat, vt qui non duxerat ſecundum leges ſuæ patriæ poſſet illam dimittere; potiſsimum quia in patriam duxerat, vbi videbatur illud obſtare, contractum illum celebratum ſecundum alterius prouinciç ritum, ibi non dici ſecundum leges contractum, & per conſequens nullum eſſe, cum enim contrahentes legibus illius prouinciæ ligarentur, ſecundum cuius prouinciæ leges ritè contractum non erat, nullum videbatur: Accedit, quod leges viri attendendæ ſunt, vt infra ſecunda inſpectione dicemus. ex hiſq; ceſſat, quod diximus de indubitabili, quodq; alii dixerunt, quod cum attendatur locus contractus, hæc non videbatur cauſa aliquo modo proponenda: ex his etiam ſaluatur proprietas illarum dictionis, lege, geminatæ, & legibus, ex quibus omnibus videbatur recedendum à cōmuni intelectu, quem probarunt Abbas Antiquus, Innoc. Io. Andreas. Pan. & ceteri ferè omnes, & hæc de primo Articulo ſint ſatis.

15 Quo ad ſecuudum, afferuntur duæ diuiſiones hic per doctores, quarum vtraq; poteſt probari; nonnulli enim diuidunt in duas partes, & eſt comunis diuiſio, vt in prima ponatur facti ſeries. in ſecunda deciſio. Secunda ibi. Diffiniuit: prioris autem partis duas partes alij conſtituunt, vt ſint in totum tres. In prima enim nudam narrationem cōtineri fatentur: In ſecunda verò rationē dubitādi: ſecūndaq; ſit ibi, verum, potius tamen dici poteſt ratio facti ſecundi ſubſecuti, quod narratur in verſiculo ibi„ cauſatus eſt, & ibi„ dimiſſaq;, adeo quod quatuor etiam partes conſtitui poſſent. Partes ex iam dictis patent.

16 Quò verò ad compendium, ego ſic contrahi poſſe puto. Ob legis ſecularis diſpoſitionem non ſeruatam irritum reddi matrimonium nequit. Vt alij in compendium redigāt, per vos videatis: & ex his prima inſpectio finem recipit.

Secundæ aūt inſpectionis erunt art. quinq;. Primus quò ad illas dictiones de Francia, de Saxonia, Saxonū, Saxones, Francigenç, Frācorū.
Secundus quò ad illas dictiones lege, & legibus, & legis.
Tertius quò ad illas (duxit in vxorem)

Quartus

19 Ex comuni tamen vſu loquendi vel Francus eſt proprium nomen, neque idem importat.
20 Vel eſt nomen gentilicium, vel familiæ, neque idem importat.
21 Pro patria verò vbi ſumitur poſſunt differre, quod Francus ad omnes incolas, & quoquomodo ciues referratur, de Francia ad originarios tantum.
22 Vt in inſtrumentis extra propriæ originis loca celebratis fieri ſolet, potiſſimũ, quò ad eos, qui familiam habent vigentem diuerſis in locis.
23 Quo caſu, etiam ab oppidorum nominatione iam dicto modo facta ſolent diſtĩgi. ſi plures ſint in eadem Ciuitate viri eiuſdem gentis.
24 Vel ſi dictiones ſint gemniatæ, vti ciues de Ciuitate.
25 Secundus Articulus de verbis legem exprimentibus; probatur primò hanc dictionem capi in genere pro omni diſpoſitione, quæ adſtringit, vel inſtituit.
26 Et pro ea, quæ quid ſtatuit authoritate publica.
27 In ſpecie, vel prout diſtingitur a iure non ſcripto.
28 Vel pro vt diſtangitur ab omni conſuetudine, etiam ſcripta, & hoc pacto etiam in genere.
29 Nam in ſpecie continet vel populi, vel plebis tantum iuſſionem, vel populi non plebis tantum, quo ſenſu magis ſpecificè capitur.
30 Secundo probatur hic capi in genere ſecundo modo, nempe pro iure, in tribus prioribus locis.
31 Ex verbis Concilij.
32 Vbi vero quarto loco dicitur,,euangelicæ legis, capitur pro lege in ſpecie, prout tamen à conſuetudine diſtinguitur.
33 Neq; hoc tollit, quin ſupra aliter exponi poſſit, cum ſimus in legis verbis, cuius diſpoſitio generalis eſt, etiam ex rationis identitate, ad omnia, quæ ſub illis verbis poſſunt complecti.
34 Tertius Articulus de verbis (duxit in vxorem) quæ ita proferri primo probatur, quia mulier virum ſequi tenetur.
35 Quia natura, & domini iuſſione mulier viro ſubdita eſt.
36 Potiſſimum in loco domicilij viri.
37 Neque contrario pacto mulier liberari poteſt.
38 Quia eſſet contra ius diuinum, & naturale, ac contra bonos mores.
39 Eſtque ſuaptè natura odioſum.
40 Quod ſubſiſtente rationabili cauſa viro recedendi, etiam communiter remanet probatum.
41 Eodem pacto ſi etiam a proprij domicilij loco recedat.
42 Quòd ſi vagabundus ſit, ex iuſta cauſa idem dicendum eſt.
43 Quòd ſi nec iuſta ſit cauſa, mulierque naturam non ignorabat, adhuc tenetur.
44 Si verò probabiliter id ignorabat, cauſaq; iuſta non ſit, non tenetur.
45 Ex quo mariti iure oritur, vt vxor viri domicilium contrahat.
46 Quare vir ratione etiam contractus alibi celebrati, pro dote non poterit, niſi in loco domicilij conueniri.

47 Quare

Quare, & leges domicilij in cauſa deciſione erunt ſeruandæ.

Si vero vir mutet domicilium, quamuis in loco mutati domicilij ſit conueniendus, cuius etiam leges quo ad ritítudinem iuditij erunt ſeruandæ, attamen cauſa ſecundum primi domicilij leges decidenda erit.

Ratio in primo caſu, quia vxor viri legibus ligatur, quem ſequi tenetur, isque dicitur locus deſtinatæ obligationis, qui viro placuerit.

In ſecundo, quia dicuntur ea mente contraxiſſe, vt ſubijcerentur legibus domicilij viri, vbi tum habitabat, & fraudibus eſt obuiandum.

Quæ procedunt, & ſi vxor viri domicilij leges ignoraſſet, vel putaſſet virum conterraneum.

Quamuis vir eſſet originarius loci vxoris, niſi alibi non animo deſtinato habitaret, habereturque vti in patriam habitans.

Idem dicendũ eſt, ſi bona ſint ſita in domicilio vxoris, ibiuè vir bona poſſideat, quæ obligaſſet, quia ratione bonorum attenduntur leges loci vbi ſita ſunt, quò ad deciſionem tantum:

4 *Quia bona ſortiuntur leges tantum loci, vbi ſita ſunt.*

5 *Quartus Articulus de dictione (ſua) probatur capi pro eius.*

5 *Idque latine dici poſſe, Cic. exemplo aduerſus Vallam.*

7 *Quintus Articulus de dictionibus (a ſecunda coniuge ſeparetur) quæ impropriè capi probantur.*

8 *Quia neq; ſecunda eſt coniux, neq; ſimplex ſeparatio, ſed vti inualidum omnino diſſoluitur.*

59 *Quare exponuntur de facto.*

50 *In ſecunda parte expoſitionis eorum, quæ in tex. definiuntur, prima inſpectio de poteſtate Iuris Ciuilis in matrimonium.*

61 *Quod vel diſponit quò ad ſubſtantiam, quod facit vel prohibendo contractum valide celebrari, vel validum diſſoluendo.*

62 *Si primo modo, quò ad legitimum tantum poteſt, ſecundo vero modo neutiquã.*

63 *Quò vero ad ratum, neq; primo, neq; ſecundo modo diſponere poteſt.*

64 *Quia Iuri Diuino nullum Ius poteſt derogare, quo nititur ſolo conſenſu matrimonij validitas.*

65 *Quare nec effect⁹ Iuris Põtificij legitimitatis, vel ſucceſſionis impediri poſsũt.*

66 *Quia per indirectum impediretur matrimonium.*

67 *Præbebit tamen Ius Ciuile probabilem excuſationem, ſi probabile ſit quod non aduerſetur Iuri Diuino, vt vbi agit de contracto tantum.*

68 *Quòd ſi aduerſari contingat, idq; clarum ſit, non poteſt dubitari, an poſſit id agere, & per conſequens, nec excuſabit.*

69 *Et hoc pacto res in tex. noſtro eſt intelligenda.*

70 *Neq; excuſabit alios, qui alterius regionis ſunt, cum ſciant tale Ius Diuino Iuri aduerſari, quod & tex. noſtro ad mentem Hoſt. poteſt aplicari.*

71 *Si vero Ius Ciuile diſponit, quò ad accidentalia vel ratione ſolemnitatum adhibendarum tum, cum contrahitur abſq; irritatione, ſi omittantur.*

72 *Quæ*

72 *Quare ſi conſuetudine inducta ſunt ſeruari debent.*

73 *Idemq; cenſet verum, & ſi municipali lege, niſi Canonibus aduerſaretur.*

74 *Cum matrimonium etiam vti actus, ac contractus legitimus conſideretur.*

75 *Adſitq; conſtit. in c. Matrimonia tit. de pœnis, quæ ſeruatur.*

76 *Neque hac ratione quò ad accidentalia tantum, omnino à laicorum Iuriſdictione eximitur.*

77 *Et ſi enim conſuetudo magis ſit ſeruanda, quam lex; non tamen legem non ſeruandam infertur.*

78 *Earum tamen omiſſio peccatum non erit:*

79 *Illius tamen loci tantum obſeruandæ ſunt vbi contrahitur.*

80 *Pœnã vero nõ ſeruãtibus apponere an poſſint, variæ doctorũ ſentẽtia receſẽtur.*

81 *Probatur autem damni præſentis propriarum rerum nullam apponi poſſe.*

82 *Sed pro ſeruanda equalitate inter filios, quò ad ſucceſſionem poſsũt quid in parentes ſecundo nubentes ſtatuere.*

83 *Lucro vero ab ipſo Iure introducto poſunt priuare non ita contrahentes, quaſi ſit conditio lucro appoſita.*

84 *Quamuis filios quò ad ſucceſſionem non poſſunt, qui non delinquerunt.*

85 *Propterea olim inualidum, & clandeſtinũ filios non legitimos eſſe efficiebat.*

86 *Auxilium verò dantibus prædictis nuptijs contra Iuris Ciuilis diſpoſitionem contractis pœna imponi poteſt.*

87 *Quòd ſi parentes, vel agnati recuſent, ſi palam contrahant, nec cum indigno pœnæ prædicta locus non erit.*

88 *Iudicis tamen officium implorandum conſulit, qui loco prædictorum conſenſum præbeat, patremq; ad dotandum cogat.*

89 *Quò vero ad dotem, ac matrimonialia lucra indiſtinctè quò ad omnia matrimonia in ea Ciuitate contrahenda poteſt ad libitum Ius Ciuile diſponere.*

90 *Niſi conſtituat differentiam an vno, vel alio pacto contrahatur, nam tunc ad dicta quò ad ſolemnitates recurrendum erit.*

91 *Secunda inſpectio de pœna ſecundas nuptias contrahentis, vbi primo probatur, neq; prima dimiſſa ex cauſa fornicationis, aliam poſſe ſuperinduci.*

92 *Deinde primo probatur, vt ſit ab adultera ſeparandus, cui, quæ accepit reddere tenetur, dataq; amittit, ſi bona fide mulier cõtraxit, aliter fiſco applicantur.*

93 *Secundo Pœnitentiæ ſubiciendus eſt, quia dimiſſa non poſſet illum, niſi peracta pœnitentia, tuta conſcientia admittere.*

94 *Quod de publica intelligi debet, quia peccatum publicum erat.*

95 *Quæ diuerſimodè tam ratione temporis, quam modi fieri ſolebat.*

96 *Hodie ordinarij arbitrio cõmittitur, cui, & olim licitum erat rigorem publicæ penitentiæ temperare.*

97 *Ad quam per cenſuras, ac excomunicationem compelli poteſt.*

98 *Tertio cogendus erit ad priorem redire, cum ob tori violationẽ, res à voluntate vxoris pendeat, cui vir in pœnam quò ad hoc ſubijcitur.*

99 *Semel tamen admiſſus, priſtinam in vxorem recipit poteſtatem, vti & ſi ipſa*

quoque

Digitized by Google

quoque fornicata eſſet.
100 *Quæ compulſio præciſè in perſonam fieri poteſt.*
101 *Cum Iure Diuino id ſtatuatur, nullaq; detur æſtimatio intereſſe.*
102 *Et eſt factum perſonale promiſſum, in quo perſona induſtria eſt electa.*
103 *Nam l. 1. C. de off. diuer. Iudicum non agit vbi executio eſt in perſonā faciēda.*
104 *Et c. litteras ſupra de reſt. ſpol. poteſt intelligi comulatiuè, vt etiam per cenſuras cogi poſſit, non priuatiuè.*
105 *Quamuis cenſeat in caſu dicti capituli præciſam coactionem locum non habere, ob peccati inceſtus ſuſpicionem.*
106 *Quæ ratio non militat in caſu noſtro, cum nullatenus eſſent iuncti.*
107 *Animaduertere tamen debet Iudex ad viriſæuitiam.*
108 *Hanc autem deciſionem Concilij, editam in caſu particulari, aliter, per modum legis, in Concilij decretis redactam cenſet.*

Ex Concilio Triburienſi. Cap. Primum.

DE Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia, lege Saxonum duxit in vxorem: Verū quia non eiſdem vtuntur legibus Saxones, & Francigenæ, cauſatus eſt, quod eam non ſua, ideſt, non Francorum lege deſponſauerat: Dimiſſaque illa, aliam ſuperduxit. Diffiniuit ſuper hoc ſancta ſynodus, vt ille transgreſſor Euangelicæ legis ſubijciatur pœnitentiæ, & à ſecunda coniuge ſeparetur, & ad priorem redire cogatur.

Duas in partes ſcindi ſolet noſtra interpretatio in locorum explicatione, vt in prima excutiamus verborum declarationem, in ſecunda eorum de quibus in textu agitur. In priori parte ſunt duæ inſpectiones, prima ſpectat ad generalem explicationem, ſecūda ad particularem verborum, & eorum quæ incidenter tractantur extra materiem, quæ tamen breuiter ſolent perſtringi. In prima igitur inſpectione primo loco agendum erit a nobis pro eliciendo vero ſenſu de facti ſpecie; quo facto, vt memoriæ conſulamus, & diuiſione vtemur, & compendio. Diuiſione ea, quæ ad ſecundæ partis explicationem conferre poterit. Sunt igitur in prima inſpectione 3. articuli, primus ſpectat ad facti ſeriem, ſecundus ad diuiſionem, tertius ad compendium.

1 Quo ad primum articulum ſciendum eſt, quod Hoſtien. hic præſuponit, quod res ita ſe habuerit, vt quidam de quodam oppido Fráconia nuncupato, quod eſt in Alemania prope Saxoniam, duxit mulierem Saxonam ſecũdum legẽ Saxonum, quæ lex fuerat à Carolo Rege ipſis Saxonibus dicta, vt cum ſe ſponſi per verba de præſenti deſponſaſſent, ſimulque per noctem ſtetiſſent, licitum erat viro, ſi mulier illi diſplicuiſſet illam dimittere, ſin minus ad eccleſiam accedebant ad benedictionem ſuſcipiendam, quam legem ab indigenis illius loci affuiſſe ſe accepiſſe teſtatur, cum ibi fuerit de ſocietate Regis Gulielmi, quando vxorem duxit filiam Ducis de Branſuich; Quare cum diſplicuiſſet vxor, illam ſecundum dictę legis diſpoſitionem dimiſerat, aliamq; ſibi deſponſauerat, cuius rei rationę, quæſitum fuit in Triburienſi Concilio, quid agendum? Synodusq; ipſa ſtatuit virum pęnitẽtiæ ſubijciendũ, à ſecũda remouendũ, prioriq; vt rediret cogẽdũ.

2 Communiter tamen Doctores aliter, ſimul cũ antiquo Abbate, & Innoc. ſentiunt, nempè, quod ea ratione dimiſerat, quia nõ ſeruauerat conſuetudines, ac ſolemnitates ſuæ patriæ, ſeu Francorum, vbi ſuppo nitur palium, & quilibet conſanguineorum ſponſæ, ſpõſo aliqd dat.

3 Primo igitur loco, quo clarius rem ipſam proſpiciamus, ſciẽdum eſt, hanc decretalem ex prædicto Concilio Triburienſi, cap. 39. fuiſſe deſumptam, vti refert Iuo. p. 8. c. 213. & in margine capituli noſtri annotatur in nouiter editis codicibus.

Refertur quoque in ſecunda Decretalium collectione Io. Galenſis, ſeu Valenſis hoc tit. cap. 1. quæ non multum diſtat ab Iuonis lectura; duæq; prædictæ valde conueniunt cum Raimondi hac noſtra lectione; ſed certè à verbis Concilij adeo differunt, vt vix in ſenſu concordare omnino poſsint, immo multa ibi in ſenſu deſunt, quæ hic ſunt. & è contra, multa hic deſunt, quæ ibi ſunt.

Quicquid ſit, cum hæc lectio Raimondi ſit approbata a Romano Pontifice, ab ea nullatenus eſt recedẽdũ; ſolum igitur referã dictas lectionum varietates, vt videamus de veritate ſenſus in genere huius noſtri capituli, in quã re ſimul, & ſemel iungam Iuonis, & ſecundę collectionis lecturam; poſtmodum ſubijciam verba Concilij, prout in vltima Conciliorum editione anni 1585. Sub Sixto Quinto legitur tom. 4 pag. 38. colum. 1.

4 **Inquit igitur ſecunda collectio.**

Ex

Ex Concilio Triburienſi, Addit Iuo, Cap. xxxix.

Francia nobilis quidam homo nobilem de Saxonia, lege Saxonica, *alias* (Sauxoniæ) Iuo legit (Saxonum lege) duxit in, quæ, in, particula deeſt apud Iuonem, vxorē, tenuitque eam, Iuo non habet, que eam, multis annis, & ex ea *alias* (illa) filios procreauit: verum quia non ijſdem, *seu* (eiſdem) vtuntur legibus Sauxones, Iuo legit, (Saxones) & Francigenæ. Iuo legit, (Franci) cauſatus eſt quod, *alias*, (quia) eam non ſua, ideſt Francorum lege deſponſauerat, vel acceperat, vel dotauerat. Iuo legit vltimam verborum per (i) dimiſſaque illa, duxit aliam. Iuo (alteram) Diffiniuit ſuper hoc ſancta ſynodus, vt ille tranſgreſſor euangelicæ legis ſubijciatur, Iuo (ſubigatur) pœnitentiæ: & a ſecunda cōiuge ſeparetur; &, quæ duæ particulæ, &, deſunt Iuoni, priorem recipere, Iuo, (reſumere) cogatur.

In Concilijs vero legitur, referam caput integrum.

Cap. xxxix.

Quicunq; alienigenam, hoc eſt alienæ gentis fœminam (verbi gratia Francus mulierem Boiaricam) vtrorũq; conſultu propinquorum legitimē vel ſua, vel mulieris lege acquiſitam in coniugium duxerit velit, nolit tenenda erit, nec vltra ab eo ſeparanda, excepta fornicationis cauſa. Quāuis enim (vt Apoſtolus ait) vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma vtriq; comunis ſit nationi, legem tamen habent diuerſam, & quantū ad ſeculum interdū longe diſionctam; Quare ſi vnus

è duobus vnam carnem in duas diuidere, & copulam nuptialem machinetur diſiungere, dicendo, nõ ſecondum ſuæ gentis legem iura matrimonij contraxiſſe, & idcirco ſeparari poſſe, canonica Inſtitutione diffinimus, & noſtro, omniumq; orthodoxorum iudicio ſtatuimus, vt quod legis imperfectum ſit perficiatur, & Ius matrimonij nequaquam reſoluatur. Synodus Romana ait, quod non dimittẽda ſit vxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt, & ante baptiſmum, in baptiſmo ſoluuntur crimina, non tamen legitima coniugia. Cum enim in baptiſmo tranſmigrat de vita in vitam, & non mutat vxorem legitimam, quomodo mutat eam, qui non mutat vitam, ſed tranſit de gente ad gentẽ. Igitur quia iã ſuffugium non habent ſeparãdi, impleant dictũ Apoſtoli, vt vnanimes vnum ſentientes permaneant in Chriſto Ieſu Domino Noſtro. Nos autem cognita referimus, quia quendam Francum, & mulierem Saxonicam talia egiſſe cognouimus. Si quis poſt hæc, huius ſancti Concilij inſtitutionem paruipendẽs, aliam duxerit, cuiuſcunq; gẽtis ſit, Canonicè arceatur, vt priori cum pœnitentia copuletur.

Ex his igitur ſic relatis, quatuor ſunt conſideranda, & primo in quibus quò ad ſubſtantiam differant verba Concilij à verbis compilatorum, ſecundo in quibus conueniant, tertiò an ſenſus Hoſtienſis ſit recipiendus, quarto an communis intellectus optimus ſit, & demum quis ſit verus; quæ omnia quam breuiſsimè videamus.

6 Quò ad primum; apud compilatores narratur factum fuſius vno modo, quod deeſt in Concilijs, vbi ſimpliciter dicitur,, quia quendam ,, Francum, & mulierem ſaxonicam talia egiſſe cognouimus, ſiquidem illa præſuponitur cauſa impulſiua, nec quæſtio principalis, vnde duobus verbis refertur, neque refert cuius culpa fuerit diſſolutum matrimo-

Digitized by Google

trimonium, licet cauſa non ſit diſsimilis, quare ab vltima hac Concilij parte incipit, quod apud compilatores legitur. Secundo in Deciſione, apud compilatores deciditur caſus perticularis, ex cuius deciſione ad generalia præcepta trahitur deciſio, & fit ſuper caſu præterito, in Concil. ponitur generalis lex, & iuſsio, quæ ſolum ad futura trahitur, ſi caſus contingerit, vt patet ex illis verbis,, ſi quis poſt
,, hęc. Apud compilatores, præterea deſunt primo illa generalis poſitio, quod quicunq; alienę gentis vxorem duxerit non poſsit eam dimittere, niſi ob fornicationem.

Secundo illa contrarij remotio, vt quod ex lege perficiendum eſt perficiatur, non tamen matrimonium ſoluatur. ne in plures caro diuidatur. Tertiò deeſt confirmatio a ſimili, & à maiori, ex illis, quæ decidit Synodus Romana de infidelibus, qui ad fidem conuertuntur: Quòd ſi Baptiſmus, ex quo noua vita incohatur, non ſoluit coniugia, multo minus trăſmigratio de gēte ad gentē. Quartò deeſt concluſio, ſeu illatio ex mente Apoſtoli c. 2. ad Philipen. vt vnănimes in idem permaneant. Vltimo ponitur iuſsio, & pęna legi contrafacienti.

7 Quò ad ſecundum, cōueniunt in hoc quò ad factū, quod ex facto Frăci, & Saxonicæ deuentum eſt ad hanc deciſionem. Conueniunt ſecundò quò ad deciſionem, quod qui vxorem primæ ſuperinduxerit, eo quod primam nō duxerit ſecundum leges ſuæ patriæ, ab iſta ſit ſeparandus, primæ iungendus, & pœnitentiæ ſubiciendus. Verborum diuerſitates, & ſimilitudines ex collatione ſocorum, quilibet perpendere poterit, de qua re, ſi quid dicendum erit, infra in 2. particula huius primæ partis dicemus.

8 Ex his decidi poterit, quòd tertiò loco propoſuimus, nempè quod Hoſtienſis ſenſus non eſt recipiendus: primō enim ſupponit Francum illum dimiſiſſe, quia prima nocte ſibi diſplicuerat, attamen ex collectione ſecunda, & ex Iuone patet, quod iam filios ſuſceperat, ſicq; nō id fecerat ſequenti die, vt volebat Hoſtienſis, ſecundo, quia ex prædictis omnibus conſtat, nullam aliam cauſam adduci, niſi, quod non deſponſauerat illam ſecundum viri patriæ legem, vt in tex. noſtro in illis verbis,, cauſatus eſt, quod eam non ſua, ideſt non Francorum le-
,, ge deſponſauerat: ex quibus clarè elicitur, nil aliud cauſam præſtitiſſe dimiſsioni, niſi iam dicta. Subdunt Iuo, & Valenſis,, vel accepe-
,, rat, vel dotauerat, ex quibus cenſuit Sangeor. ibi affuiſſe conſuetudinem, vt vir vxorem dotaret.

9 Nam cauſari eſt cauſam afferre, l. ſed & ſi pupillus §. de quo palam ff. de Inſtit. act. l. ſi quod diximus ff. ſi quis caution. Valla lib. eleg. 5.

c. 67. l. 2. §. ignominiæ cauſa ff. de his qui not. infam. l. ſeruus ſi heredi ff. de ſtatu lib. c. 1. 1. q. 3. vbi gloſ.

10 Id etiam ita liquido verba Concilij demonſtrant, vt exiſtimem ſuperfluum de hac diſputare, hancq; Hoſt. fabulam irridet Io. Tieryus in addit. ad Card. Flor. hic, quamuis ipſe exiſtimet Hoſt. loqui de Gallia, quod verum non eſt, illa enim erat particularis lex Franconis; vti barbaris indulta, quo fortè maius malum euitaretur, quamuis cenſeam inualidam, ac nullius momenti fuiſſe; perperamq; Carolũ id egiſſe, qui fortè fuit Carolus Craſſus.

11 Quò ad quartum, ne in totum videatur, res hæc paruam habere dubitationem, prout videtur ſi comunis facti poſitio recipiatur, vt & But. nu. 3. & Sangeor. num. 3. cenſent. In primis cenſeo verũ, quod ille Francus, de quo loquitur ſupra poſita decretalis, non erat ex ea regione, quæ hodie Francia nuncupatur, olim Gallia dicta, ſed quidẽ ex Francia, quæ eſt in Germania, quæ Franconia etiam dicta eſt, quæ propè Saxoniam eſt.

12 Quod patet, quia prædictum Concilium Triburienſe celebratũ fuit in villa, quæ Tribur dicitur Alemaniæ, vltra Rhenum, propè Magonciacum, ſub Arnulpho Rege, paulo ante Imperatore coronato à formoſo Pontifice, Anno Dñi 895. ſub Bonifacio VI. Pontifice Max. Quamuis Sigonius de regno Italiæ lib. 6. Bonifacium creatum dicat anno ſeq. & vixiſſe ſolum diebus quindecim, refragatur tamen Antonius Auguſtinus, & pleriq; alij, fuitq; cellebratũ à 22. Epiſcopis Germanis, & fuit prouinciale, quare non eſt veriſimile, quod voluiſſent id de Gallo ſtatuere, qui illis non ſubiacebat, non enim de his, quæ extra prouinciam erant acta, quicquam ſtatuere poterant; potiſsimum cum Gallia non Arnulpho ſubiecta eſſet, ſed Eudoni Caroli Simplicis tutori eo tempore, poſt Caroli Craſsi Imperatoris mortem; vt item Sigonius eodem libro ſub anno 888. narat, ſiquidem traductio in Concilio præſuponitur in illis verbis „ ſed tranſit de gen-
„ te ad gentem.

13 Secondo cenſeo, vel conſuetudine inductum, vel legibus municipalibus prouinciarum Alemaniæ cautum, vt matrimonia certis ſeruatis ſolemnitatibus contraherentur, quod ſi ita non fieret irrita, vel leges decernebant, vel ipſi vſu irrita eſſe putabant, quod mihi magis arridet, innuuntq; ac ſuadent illa Concilij verba, „ velit, nolit tenenda
„ erit, nec vltra ſeparanda, excepta fornicationis cauſa; & illa, „ legẽ tñ
„ habent diuerſam, & quantum ad ſeculum interdum longe diſiõctã; & illa, „ non ſecundum ſuæ gentis legem iura matrimonij contraxiſ-

ſe, &

Digitized by Google

„ ſe, & idcirco ſeparari poſſe; cenſebant enim eo ipſo, quod Iura patriæ
in contrahendo non ſeruauerant poſſe recedere, & ibi,, quod legis
„ imperfectum ſit perficiatur,, & ius matrimonij nequaquam reſolua-
„ tur; quaſi quod lex eſſet in hoc imperfecta, vt vel quæ mandaret ſe
14 iungi, vel non ſtatuiſſet non ſe iungi. Recoligendo † ex iam dictis, fa-
cti ſpecies huiuſmodi conſtituenda eſt. Quidam Francus duxit mu-
lierem Saxonam, ſecundum Saxones leges, poſtmodum eam dimiſ-
ſit, quia non duxerat ſecundum patrias leges, eo quod vſu receptum
erat, vt qui non duxerat ſecundum leges ſuæ patriæ poſſet illam di-
mittere; potiſſimum quia in patriam duxerat, vbi videbatur illud
obſtare, contractum illum celebratum ſecundum alterius prouinciȩ
ritum, ibi non dici ſecundum leges contractum, & per conſequens
nullum eſſe, cum enim contrahentes legibus illius prouinciæ ligaren
tur, ſecundum cuius prouinciæ leges rite contractum non erat, nul-
lum videbatur: Accedit, quod leges viri attendendæ ſunt, vt infra ſe-
conda inſpectione dicemus. ex hiſq; ceſſat, quod diximus de indubi-
tabili, quodq; alii dixerunt, quod cum attendatur locus contractus,
hæc non videbatur cauſa aliquo modo proponenda: ex his etiam ſal-
uatur proprietas illarum dictionis, lege, geminatæ, & legibus, ex qui
bus omnibus videbatur recedendum à cõmuni intelectu, quem pro-
barunt Abbas Antiquus, Innoc. Io. Andreas. Pan. & ceteri ferè om-
nes, & hæc de primo Articulo ſint ſatis.
15 Quo ad ſecuudum, afferuntur duæ diuiſiones hic per doctores, qua
rum vtraq; poteſt probari; nonnulli enim diuidunt in duas partes, &
eſt comunis diuiſio, vt in prima ponatur facti ſeries, in ſecunda de-
ciſio. Secunda ibi. Diffiniuit: prioris autem partis duas partes alij
conſtituunt, vt ſint in totum tres. In prima enim nudam narrationem
cõtineri fatentur: In ſecunda verò rationẽ dubitãdi: ſecundaq; ſit ibi,
verum, potius tamen dici poteſt ratio facti ſecundi ſubſecuti, quod
narratur in verſiculo ibi,, cauſatus eſt, & ibi,, dimiſſaq;, adeo quod
quatuor etiam partes conſtitui poſſent. Partes ex iam dictis patent.
16 Quò verò ad compendium, ego ſic contrahi poſſe puto. Ob legis ſe-
cularis diſpoſitionem non ſeruatam irritum reddi matrimonium ne-
quit. Vt alij in compendium redigãt, per vos videatis: & ex his prima
inſpectio finem recipit.

Secundæ aũt inſpectionis erunt art. quinq;. Primus quò ad illas dictio-
nes de Francia, de Saxonia, Saxonũ, Saxones, Francigenȩ, Frãcorũ.
Secundus quò ad illas dictiones lege, & legibus, & legis.
Tertius quò ad illas (duxit in vxorem)

Quartus

Quartus quò ad illas (ſua, ideſt non Francorum lege)
Quintus, & vltimus quò ad eas (a ſeconda coniuge ſeparetur) tum quò ad declarationem verborum, tum ad incidentium concluſionum, quę ſeeligentur, declarationem.

17 Quò ad primum, de duobus quæri cõtigit, primo quæ nam regio ſit hæc, cuius hic mentio facta eſt, ſecundo quo ſenſu hæc verba de Francia ſint accipienda.

Quò ad primam quæſtionẽ Hoſtien. exponit, ideſt, de Frãconia; Alij vero q̃plures cenſent exponi poſſe, de regno Franciæ, quod Gallia dicitur. Supra in prima inſpectione probauimus recipiendũ eſſe Hoſt. expoſitionem, ſiquidem ſciendum eſt Germaniæ in prouincia adeſſe quoſdam populos, qui Francones, ſeu Franci dicuntur, finitimi Sueuis, Bauaris, Rheno, & Bohęmis, ſecũdum antiqua nomina, quorum meminit Cic. ad Atticum lib. 14. vel inter Saxones, & illi, qui peculiari nomine Alemani dicuntur, vt teſtatur Sigoni⁹ de Imper. occid. lib. 2. Teſte etiam Diuo Hieronimo, Rhenoq; a Saxonis diuiduntur: idq; etiam docet Hoſtien. cum Saxones finitimos eos faciat.

Huiuſmodi igitur populi multoties Galliam inuaſerunt, tum Romano Imperio ſubditam, tandemq; Morouеus Rex anno à partu Virginis 446. ibi firmas ſedes poſuit, Clodoueus aũt anno 485. omnino Romanos expulit, totaq; regione potitus eſt, exinde Galli Franci, & ipſi dicti ſunt, Galliaq; Francia nuncupata; quæ ex eodem Sigonio lib. 13 & 15. de Imper. occid. colliguntur.

Quod autem proximè diximus, hunc, de quo agitur, verè Francum eſſe Saxonię finitimum, etiam regionis propinquitas ſuadet.

18 Quò ad ſecundam quęſtionem, exponunt noſtri hũc tex. de Francia, vt idem pręſeferat, quod Francus, vt etiam cõſtat ex illis dictionibus Francigenæ, & Francorum, quæ idem ſignificãt, eodem pacto, illæ dictiones, de Saxonia, Saxonum, & Saxones. id autem ex verbis Cõcilij facilius detegitur, vbi habentur illæ dictiones,, Francus mulierẽ &c. & in fine,, quẽdam Francum, & mulierem Saxonicam ex hiſq; Annotant noſtri idem eſſe, de Francia, quod Francus, Saxo, & de Saxonia, quod Iuris Cæſar. interpretes declarãt in rub. ff. ſolut. Matrim. vbi ſecuti Bart. agũt d' Peruſino, & de Peruſio, quia Bartol⁹, ſuę patrię exẽplũ poſuit, quare, & nos dici poſſum⁹ Papiẽſes, & de Papia, & ego, Agnatiq; mei nuncupamur Rippenſes, & de Rippa, prout cognominatus etiam fuit Io. Franciſcus Sannazarius, paternus auus.

Huiuſmodi tamen cõcluſio aliquibus modis eſt intelligenda, nam licet latinè apud antiquos in vſu non fuerit huiuſmodi modus loquendi,

de

le **Francia**, ſed ſolum vel Francus, vti Iuo. legit illam dictionẽ **Frigenæ**, vti §. retulimus, vel Francicus dici conſueuit: attamen in **noſtris** decretalibus receptus eſt, quod quam rectè ipſi viderint **Ex his** noſtri interpretes etiam excogitarunt ſecundum comunem **vſum loquendi** adeſſe aliquando quandam differentiam, qui vſus at**tendi debet**, potiſsimum, vbi ſumus in declaratione verborum publi**corum** documentorum a notarijs Barbara quadam latinitate confe**ctorum**, nec non Iurium municipalium ſuperioribus ſeculis a Barba**ris**, quamuis doctis, ac iuris peritis uiris conſcriptorum.

a igitur huiuſmodi eſt. Quod aut huiuſmodi dictio Francus capitur **pro nomine** proprio, vel pro gentilitio: primo modo non poteſt Fran**cus** dici de Francia, ſed retinendum erit nomen proprium, neq; idem **ſignificabit**, quod de Francia, vel Francus, prout eſt adiectiuum, multi enim (Francus) vocantur, qui Francici non ſunt, ſeu de Francorũ **regione**, id ẽt apud ipſos Francos contingit in dictione (Francojs) nam eadem, & Francicus, ſeu Francus, Galluſuè, & Franciſcus deſignatur: eodem pacto doct. in d. rub. ponunt exemplum in eo qui proprio nomine vocatur Peruſinus.

o Prout autem eſt nomen Gentilicium, id etiam poteſt euenire dupliciter, vel quod ſit familiæ, vel quod ſit patriæ, ſi eſt familiæ, non idem ſignificat Ripa, & de Ripa, quamuis vnum pro altero vſurpatur, non tamen Ripa aptum eſt Importare illud, quod Importat de Ripa, quia hoc ſecundo modo aſſumitur, & pro familia, & pro patria; primo modo ſolum pro familia, quare errant illi, qui paternum, auum Ripam nuncupant, cum Rippenſis, vel de Rippa, ſeu à Rippa dici debeat, vt mox dicam.

a 1 Si vero aſſumitur pro patria, tunc rurſus refferre cenſent, an dicatur Papienſis, vel de Papia, ſeu Ripenſis, vel de Ripa, & Francus vel de Francia, Saxo vel de Saxouia, nam Papienſis, & ſimiles illi dicuntur, qui quoquomodo effecti ſunt illius vel ciuitatis ciues, vel regionis incolę, ibiuè nati; Ille vero appellatur de Papia, & ſimiliter, qui inde originem antiquam trahit, quare memini me multoties vidiſſe inſtrumenta confecta extra hãc prouinciam ab originariis prouinciæ, in quibus poſt nomen, & agnomen, dicitur de Papia, vt potè nobilis Raphael de Belloculis de Papia: Hoc autem pacto vt dignoſcatur qñ, quareuè fiat animaduertendum eſt, quod vt plurimum fit cum quis quid agit extra propriam prouinciam, vel ad diſiungendam equiuocationem familiæ inter ipſoſmet de eadem familia, quod poteſt dupliciter euenire, vel quò ad eos, qui diuerſarum ſunt regionum, ſeu

Oo Ciui-

Ciuitatum, vel quò ad eos, qui eiuſdem ſunt Ciuitatis, exemplum aſſumi poteſt in hac noſtra familia Sanazariorũ, cum enim & apud Cantabros reperiatur, quorum apud nos habemus Supremum huius Dominij Cancellarium Didacum Salazar, quem honoris, ac ſummæ meæ in eum obſeruentiæ cauſa nomino. A quibus Hiſpanis originẽ ceteræ ſumpſerunt, vti teſtantur Petrus Roſetus, & in eum Aſſenſius in Salazariorum panegiri ad Triſtandum Salazariũ Gallum, Senonũ Archiepũ, necnõ Iacobus Sannazarius: q̃uis cũ cõſtet gẽtẽ hanc a Gottorũ, ſeu Viſgottorũ Regiæ principibus, & sũmis moderatoribus in Hiſpanijs ortã, crediderim ꝙ Teodorici Oſtrogotorum Regis Italiæ temporibus Papiæ ortum habuit, cum filiam Amalarico Viſgottorum Regi Hiſpaniam degẽti collocauerit; ſeu a Theuda Goto, Hiſpaniã miſſo à Theodorico, vt ibi regni gubernacula haberet, quare & hic, & ibi eodẽ ferè tpe ortã cenſeo, immutata tamẽ fuit littera I in N, vel è cõtra, vt ibi (vti & apud Gallos, q. ab Hiſpanis orti sũt) Salazarii dicti ſint, hic aũt Sãnazarii; necnon apud Gallos vt dixi, apud Mõferatẽſes quoq; & apud Papienſes, apud quos fuit auus meus, nec nõ apud Neapolitanos, qui dictũ Iacobũ habuerũt, viros nõ vulgaris eruditionis, ac Doctrinæ, vti edita opa teſtanť. q. à Papiẽſibus originẽ sũpſerunt. Nos igitur ad ſeparationẽ iam dictorum, poſſumus dici Sa
23 nazari de Papia; Verũ † cũ in agro Papienſi quãplurimi præpotentes fuerint viri, adhucq; etiam ſint aliqui ab eis deſcendentes, euenit, vt quo dignoſcerentur adinuicem, ab oppidis in quibus degebant, quæuè ſubdita habebant, vel vbi prædia poſsidebant, etiam denominarentur, ad quorum diſiunctionem nos Sannazarij de Rippa ſeu (vt vulgo vſurpatum eſt della Rippa) vocamur, vt ſeiungamur ab illis de Returbido, de Petra, de Fereria, de S. Nazario, (à quibus teſte Iouio ortum habuit Iacobus Sannazarius) vt ex priuilegiorum confirmatione noſtrę familię a Vincislao Imperatore anno 1395. facta, conſtat.

24 Hinc memor ſum ſuporioribus annis, quod cum decreto Collegii Iuriſperitorum cautum eſſet, vt qui ingredi velet eſſet ciuis de hac Ciuitate, diſceptatum eſt, an ſolum originarii, vel in ea nati comprehenderentur, an omnes ciues, deuentumq; fuit in eam ſententiam, eo quod dictiones ſunt geminatæ, ſecundum votum Excellentiſs. viri Antonij Marii Canis, vt ſolum originarii intelligerentur, quicquid vir eximius, & admirabilis Tomas Gualla contrarium defendere ſit conatus. Sed de his hactenus. Reliqua videatis per Doct. in d. rub. per But. in prohem. Decret.

25 Quo

25 Quò ad ſecundum reſpectu dictionum lege, legibus, & legis. Quò-rum prior eſt geminata, contendunt noſtri quo ſenſu hic capiatur, pro cuius articuli excuſsione breuiter ſunt videndę duæ quæſtiones; prima eſt; Quot modis hęc dictio lex capiatur. Secunda quo ſenſu hoc loco. Quò ad primam reſpondeo, quod lex capitur vel in genere, vel in ſpecie.

In genere duobus modis, nempè magis genericè, & minus genericè; priori modo capitur pro quacũq; diſpoſitione, quæ vim adſtringẽdi, vel inſtituendi habet, & hoc ſenſu continet nedum leges 2. modo in genere ſumptas, quæ amplectuntur conſuetudinẽ, tamquam ſpeciẽ ſub ſe, ſed etiam continet pacta, & conuentiones, item morientium diſpoſitiones, vt in §. diſponat in Auth. de nupt. præceptaq; artiũ, & doctrinarũ, quod & Ant. Aug. lib. 1. de legib. c. 1. in initio prępatur.

26 In genere vero ſecũdo modo capitur pro quacunq. diſpoſitione, quæ authoritate publica prouenit, & hoc modo non continet leges priuatas, ſed continet conſuetudinem tamquam ſpeciem, nedum ſcriptam, ſed & non ſcriptam, ſicq. ad ius, iuſtitiamque refertur. vti ibidem Ant. Aug. docet. quo ſenſu capitur apud Cic. lib. 1. de legibus, dum inquit,, lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetq. cõtraria, & alibi,, lex eſt recta ratio imperãdi, atq. prohibendi, ſiue eſt illa ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam: codẽ ſenſu capitur in c. conſuetudo 1. diſtinc. §. porro, ibi,, ſi ratione lex conſtat, lex erit omne, &c.

ı ſpecie verò rurſus capitur dupliciter, vel prout à iure non ſcripto diſiungitur, vel prout a conſuetudine. priori modo capitur pro omni iure quod ſcripto conſtat, prout ſentit Iſidorus in c. 3. 1. diſtinct. §. conſtat. in inſtit. de iure natur. gent. & Ciuil. & hoc modo omnia capitula in hoc noſtro decretalium volumine, & cęteris Iuris Pontificii libris contenta leges dicuntur, ita & omnia legum capita, quæ in Pandectis, Codice, & Nouellis cõtinentur, & hoc pacto continet etiam onſuetudinem, quæ in ſcriptis redacta eſt, cuius meminit tex. in l. ıoribus ff. de vulg. & pupil. in l. de quibus ff. de legibus, quam Cic. ıidem particularem eſſe ſignificationem dixit.

rout autem diſiungitur a conſuetudine rurſus capitur in genere, & ſpecie: In genere cõtinet illas omnes vel rogationes, vel conſtitutiones, quæ ab eo, qui legis cõdendæ auctoritatem habet conſtitutæ ıt, vt pro lege obſeruentur, quales ſunt principum conſtitutiones, :. plebiſcita; & illæ, quæ leges ſpecifico ſignificatu dicuntur, & : modo ſępè capitur in iure noſtro Pontificio, vbi Pontificũ, Con-

Oo 2 cilio-

ciliorũq; decreta leges dictæ sũt, quo ſenſu ferè apud gẽtes capitur.

29 In ſpecie verò rurſus dupliciter; primo prout etiam plebiſcitum continet, populiq; rogationes, qualia ſunt plura plebiſcita, quæ leges in iure noſtro dicuntur, vti colligitur ex verbis Cic. in Rullum, dum inquit,, leges veteres ſũt, neq; eæ cõſulares, ſed tribuniciæ, &c. vti refert Ant. Aug. lib. 2. in l. Aebutia, & alibi ſępe.

Secundo vero prout diſiungitur a Plebiſcito, & hoc modo in ſpecie ſpecialiſsima capitur pro ea, quæ non à Plebe ſolum, ſed à toto Populo, non Plebeio, ſed Senatorio magiſtratu interrogante ferebatur, vti declarat Iuſtin. in §. lex. eſt in Iuſt. de Iur. nat. Gent. & ciuil. quod idem in c. lex. 2. diſtinct. ſentit Iſidorus.

30 Quò verò ad ſecundam quæſtionem, pugnantes hic ſunt patrum ſententiæ, nam Hoſtien. exponebat hæc verba vt caperentur pro ea legis ſignificatione, quæ illi conuenit, prout à conſuetudine ſeiungitur, ſiue ſcripta, ſiue non; nempè pro lege ſcripta, & a Carolo Rege lata.

Magis communiter tamen Doctores poſt Bernar. Gloſ. & Antiquum Abbatem exponũt lege, ideſt cõſuetudine, ex qua expoſitione colligũt, legis appellatione venire conſuetudinem, prout Panor. & Alex. de Neuo hic adnotarunt.

Ego arbitror, quod in tribus prioribus locis huius capituli, vbi hæc dictio refertur capiatur in genere ſecundo modo, ſicq; contineat tam ius ſcriptum, quam non ſcriptum, quare neutram expoſitionem recipiendam cenſeo; non Hoſt. quia vult capi pro principis conſtitutione, ſeu lege ſcripta, prout a conſuetudine diſiungitur, non cõis, quæ peior eſt, quia volunt capi pro cõſuetudine in ſpecie, prout a ſcripta conſtitutione diſiungitur, quo ſenſu nuſquam accipitur, nam iura ab eis citata hoc non probant, tex. .n. in c. conſuetudo prima diſtinct. probat conſuetudinem eſſe legis ſpeciem, non legis ſimpliciter prolatæ appellatione illam tm̃ venire, cum ibi lex iam dicto à me modo exponatur, vt ſupra dixi; Quamuis fortè id inſinuet, quod vti lex ratione conſtare debet, ita, & conſuetudo ſiue ſcripta, ſiue nõ. l. de quibus ff. de legibus potius probat legis vim, quàm nomẽ conſuetudinem habere.

Moneor igitur ex verbis relatis in Concil. ipſo, vbi apparet legem capi pro iure dum inquit,, vt quod legis imperfectum ſit perficiatur, & ius
,, matrimonij nequaquam reſoluatur. & ex illis,, in baptiſmo ſoluntur
,, crimina, non tamen legitima matrimonia; legitimum enim eſt, in quo etiam conſuetudines ſeruantur, vt in rub. 3. c. 3. art. 2. q. diximus.

Senſus igitur eſt, quod duxit ſecundum iura, quæ à Saxonibus ſeruatur,

Aa

& propterea, quia non ſecũdum patriæ iura duxerat cùm ducta fuit,
32 dimittere volebat. Vbi † verò quarto loco dicitur Euangelicæ legis, ibi capitur prout à cõſuetudine diſtinguitur, quia ſentit de lege promulgata a Chriſto Dño, ſcriptis commendata ab Euangeliſtis, potiſsimum Mathæi cap. 19. „ quos Deus coniunxit homo non ſeparet.
33 Neque † me mouet, quod cum præcedentia ſubſequentia declarent, & è cõtra. vt in l. qui filiabus in prin. & in l. ſi ſeruus pluriũ, §. fin. ff. de leg. primo probatur, docet Iaſ. in l. legatum num. 111. ff. d. tit. & Sannaz. in rub. ff. de re Iud. quod quemadmodum hic vltimo loco ita capitur, Ita ẽt ſupra capi debeat? quia dico, quod vbicunq; ſumus in diſpoſitione legis, cuius verba in genere intelligi poſsint, quod nulla vel certitudo, vel abſurditas ſequitur, adſuntq; eędẽ rationes in genere, vti in ſpecie, quod tunc prædicta concluſio locum non habet, ſed in genere verba exponenda ſunt, ibi enim agitur de teſtatoris diſpoſitione ex coniecturata mente, quæ ex alijs verbis elicienda eſt, quod in caſu noſtro non ſequitur, potiſsimum vbi de genere ad ſpeciem deſcendimus.
34 Quò ad tertium articulum nempe, quò ad illas dictiones (duxit in vxorem) ſeu (duxit vxorem) vt legit. Iuo, quæritur, cur à viro vxor duci dicatur, non vir ab vxore? cenſuit Anchar. hic num. 3. in 2. not. quia mulier debet duci ad domum viri, non vir ad domum vxoris. ſed hoc parum eſt, nam hoc ideo dicitur, quia vxor tenetur virum ſequi quocunq; ipſe voluerit, & illi perpetuo cohabitare, quare ab eo duci dicitur, quaſi ſecũ duci, quod ſ. in rub. 3. c. 5. ar. n. 141. obſeruauim⁹
Hic igitur duæ quæſtiones examinandæ ſunt, prima eſt num indiſtincte vera ſit hæc concluſio, quod vxor teneatur virum ſequi, altera eſt vt videamus quos effectus operetur huiuſmodi ptãs viri in mulierẽ.
Quod attinet ad primum, illud ambigendum nullatenus eſt, vxorem virum ſequi debere, vti ex prædictis verbis huius tex. Anchar. & ceteri fatentur, Io. Andreas nu. 4. Pan. nu. 11. Alex. de Neuo nu. 18. in fine, & num. 33. Felin. nu. 24. Gloſ. fin. in c. quemadmodum ſupra de iureiur. gloſ. in c. quod Deo 33. q. 5. idem Panor. & Henricus in c. de illis ȷ̃. eod. Bart. in l. Męuia §. vxore ff. de annuis legatis, Bal. in l. qui manumittiĩ C. de operis liber. Couar. p. 2. c. 7. in princ. num. 5. adeo vt non ſit dubitandum, quin hæc ſit receptiſsima I. V. Interpretum ſententia.
35 Quæ quidem nititur ea ratione de qua diximus ſupra in rub. 3. c. 2. art. 2. q. num. 6. & 7. ad mentem etiam Ariſt. primo polytic. & 5. art. n. 140. quod vir eſt caput mulieris: Dominuſq; vt illi dominetur conceſsit,

oeſsit, quamuis naturaliter eſſet ſubiecta, vt habet Gen. c. 3. Paul. ad Eph. c. 5. & 1. Cor. c. 11. c. 1. ꝟ. de frig. & malef. c. Romana §. contrahentes de foro compet. lib. 6. c. caput. 33. q. 5. c. non mœchaberis 32. q. 6. c. fœminæ 30. q. 5. c. quæcunq; 30. diſtinct. c. vnaquæq; 13. q. 2. quibus in iure Cæſareo adſtipulantur l. ſicut ff. de operis liber. l. fin. §. idem reſcripſerunt ff. ad Munic. l. mulierem ff. de ritu nupt. l.
36 contraxiſſe ff. de action. & oblig. cum multis aliis: quod † quidem poteſt examinari, vel quò ad eum locum, vbi habet domicilium vir, vt ibi mulier teneatur illum ſequi, vel quò ad alia loca. In primo caſu dubitatur an ſaltem contrario pacto poſsit vxor ab huiuſmodi obligatione recedere, virq; adſtringi ad habitandum certo in loco vxori bene viſo, quod ſi promittat, recedereq; velit, & ſe conferre ad locum proprii domicili, vel alibi, vxor illum ſequi teneatur?

In propoſita quęſtione pugnantes ſunt doctorum ſententiæ, nam Panor. cui ferè communis ibi adſtipulatur, in c. 1. ꝟ. qui matrim. accus. poſſunt. & Henricus in c. de illis ꝟ. hoc tit. noſtro tenent, vxorem non teneri hoc caſu virum ſequi, ſed virum cogendum ad habitandum eo loci, vbi promiſsit.

37 Contrariā tamen ſententiam multi probarunt ſcrib. in prædictis locis, & Rom. ſin. 629. Gloſ. & cōiter ſcrib. in l. 3. ff. de vſufruc. & hæc in praxi vſu recepta eſt, cui vltimæ opinioni nos quoq; ſubſcripſimus.

38 Moueor ex ſuprapoſita ratione, quia huiuſmodi pactum eſſet contra ipſum naturale ius, ac diuinū, quo tolleretur illud viro, quod ſibi debetur ex diuina iuſsione, ac naturæ præcepto, quare tanquam conuentio abſurditatis plena, quā caput mulier viri efficeretur, & aduerſus ius diuinum, ac naturale, nec non bonos mores omnino irrita ceu ſeri debet, iuxta tex. in c. non eſt obligatorium de reg. iur. lib. 6. l. pacta quæ contra C. de pact. cum ſimil. quæ enim indecentia eſſet, vt vir vxori obtemperaret? ipſaq; leges viro diceret? quibus deſeruiunt illa, quæ de polygamia ſupra in rub. c. 3. 6. art. nu. 187. diximus.

39 His accedat, quod ſuaptè natura huiuſmodi conuentio eſt odioſa, vti quæ ſeruitutem libero homini inducat, vt probatur in l. Titio §. 2. vbi omnes ff. de cond. & demonſtr. l. 2. ff. de lib. hom. exhib. l. antiquitas C. de vſufruct. l. nec non §. 1. ff. ex quibus cau. maior. l. qui nec §. ſolutum ff. de verb. ſignif, quare ſi quid alicui ea lege legatum ſit, vt in aliqua Ciuitate perpetuo legatarius commoretur, huiuſmodi conditio à legato reiicitur, vti ſeruitutis inductiua, vti communiter probāt doct. poſt Acur. in l. 3. ff. de vſufruc. & in d. l. antiquitas, per tex. in d. l. Titio §. 2. quare & in contractu promiſsio facta præciſè ſeruanda non eſt.

eſt, ſed ſolum ad intereſſe agi poterit, vti voluit Salicet. in d.l.anti-
quitas. & ex his facile ſilent contraria,quia cum ſit conuentio iniqua,
Domini præcepto abhorens,nõ eſt ſeruanda, non obſtante communi.

40 Illud tamen apud omnes præter difficultatem receptum eſt, vt ex iu
ſta,ac rationabili cauſa vir poſsit recedere,pacto non obſtante.

41 Quò ad alia loca,vel eſt ſimplex mutatio, vel eſt vagatio, ſi ſimplex
mutatio hoc etiam caſu res ſatis aperta eſt vxorem virum ſequi tene-
ri, etiam in ſuprapoſito caſu, vt in cap. vnaquæq; 13. q. 2. Panor. &
Henricus in d.cap de illis infra eodem, Bart. in d.l. Mæuia §.vxore
ff. de annuis legatis, Bal. in d. l. qui manumittitur. C. de operis li-
ber. cum aliis relatis per Couar. p.2.c.7.in princ.nu.5.

42 Si verò vagatio, aut eſt ex iuſta cauſa, aut ex temeraria:priori quoq;
caſu vxor tenetur d.c.vnaquæq; vbi gloſ.Imol.in rub.ff.ſolut.matrim.
43 num.7 Si † vero eſt temeraria, tunc rurſus ſubdiſtinguendum eſt, qđ
aut vxor ſciebat maritum eſſe vagabundum, vagãdiq; vitio deditum,
& tunc etiam tenetur ſequi, vt prædicti ſentiunt,potiſsimum Panor.
& Henricus in d.c. de illis, quia cum ea mente contrahere debeat, vt
viro obtemperans eſſet,ea etiã mente contraxiſſe dicitur,quod illi ob
44 temperare velet vagando, cum vagantem ſciret.quod † ſi probabili-
ter id ignorabat,tunc neutiquam vagantem virum ſequi tenetur, vt
poſt iam recenſitos doctores ſentit Alex. in l.ſi cum dotem §.ſi mari-
tus ff.ſolut.matrim. Tiraq. de legibus conub.fol.8.col.2.latiſsime Co
uar. & eleganter præmore in ſupra citato loco.

45 Quod modo attinet ad ſecundã quæſtionem,qui nam effectus ex iſto
mariti iure oriantur? plures recenſent; quorum aliquos ſupra in rub.
declarauimus,nempe vt ſponſa traducta vxor præſumatur, quod ho-
die correctum ex Trid.Synod.diſpoſitione cap.primo de reform.ma-
trim. probauimus.

Vlterius voluit Anchar. oriri vt fructus dotis lucretur, qui quidem ad
ſuſtinenda onera matrimonij conceduntur, vti ſupra in rei circonſt.
dixi in rub. 3. cap.4. art.

Sed effectus,qui hic à nobis perpẽdendus eſt,is eſt quò ad domicilium,
quem vxor ſortitur ob viri cohabitationem,nempè,vt viri domiciliũ
ſortiatur,vti probatur in l. cum quædam ff.de iuriſd. om. Iud. cum a-
46 lijs ſupra citat. ac congeſtis per Tiraq.fol.6.vbi ſupra. Hinc † fit,vt
vir receptę dotis ratione ad eius redditionem conueniri non poſsit
niſi in loco vbi habet domicilium, l. exigere ff. de Iud. vbi Bar. Bal.
Nouel. tract. de dote p. 9. priu. 18. quamuis in alijs contractibus il-
lud regulariter verum ſit,quod quilibet poteſt conueniri in loco con

tra-

tractus, niſi alio loco ſolutio expreſſe ſit deſtinata, c. Romana §. contrahentes de foro comp. lib. 6. Alex. de Neuo hic num. 34.

47 Hoc idem dicendũ erit reſpectu deciſionis litis, quæ ſuper dote ceteriſq; cõnexis matrimonio fieri cõtigerit, vt eiuſdẽ loci leges attẽdi debeant; prout cõiter hic fatentur Doct. poſt Bar. in l. cunctos populos C. de ſumma Trin. & fide Cath. vbi Iaſ. nu. 60. teſtatur de cõi, Socin. iun. conſ. 14. vol. 1. & id quidem certum eſt quò ad locum domicilij viri, in quo tunc, cũ contraxit, habitabat, quamuis celebretur contractus in loco domicilij vxoris, doſq; transferatur à viro in loco proprij domicilij.

48 De duobus tamen dubitari contingit, quorum primum reſpicit perſonam, alterum vero bona, primum igitur dubium eſt, quid ſi poſt aliquod tempus vir mutet domicilium illud, quod habebat tunc, cum contraxit, cuius nam loci leges attendi debent in dotis exactione ſi in mutato loco contigit euenire caſum exactionis dotis? an nempe leges primi, an ſecundi domicilii ſint attendendæ? In hoc dubio ſatis res apud noſtros videtur controuerſa; attamen ego puto ſic diſtinguendum, quod vel agimus de iudicio vbi nã ſit intẽtandũ, & quò ad eius rititudinem, qualiter procedendum, vel agimus quò ad deciſionem litis ratione lucri, prouenientis ex legibus municipalibus pro dotis augmento, ob donationes propter nuptias, & ſimilia, quæ doti accedere ſolent.

In primo caſu cenſeo ego, quicquid communis ſententia videatur in
49 contrarium, quod attendatur locus purificatæ conditionis; nam † cũ vxor cum aliquo contrahit, ſciat ſe teneri illum ſequi, & eiſdem legibus obſtringi quibus vir, dicendum eſt, quod ea lege virum ſuſcipiat, vt eius loci legibus ligetur, quibus vir, is enim dicitur locus deſtinatæ obligationis, qui viro placuerit, cui ſententiæ ſuffragatur tex. in l. ſi in patria C. de incolis lib. 10. vbi incolatus ratione quemlibet eius Ciuitatis iuribus adſtringi diſponitur, vbi habitat. Quare non video ſubeſſe probabilem diuerſitatis rationem, & ex his facili negotio ceſſant contraria. Communis autem ſententia intelligenda eſt.
50 quò ad deciſionem ratione lucri, & ſic in ſecundo caſu. Ratio † eſt, quia quò ad prædicta contrahentes cenſentur ea mente contraxiſſe, vt attenderẽtur loci leges, vbi vir domicilium habebat, ne in incerto mentes vagari contingat, alioquin ſequi de facili poſſet illud abſurdum, vt poſſet vxor dote priuari, vel dicto lucro, cuius contemplatione contraxit, quibus fraudibus eſt obuiam eundum, l. non dubium C. de legibus, cum ſimil. quæ quidẽ ratio melior eſt, quam illa, qua moti

ita

ita dixerunt hic comuniter ſcrib. But. Panor. Alex. de Næuo, & Felin. ex gloſ. in l. ſi vxor ff. de Iud. Couar. vbi ſupra nu. 7. Itaq; etiam intelligenda ſunt, quæ Felin. propè finem recenſuit, ex mente Bald. in l. fin. col. 2. C. ſi à non compet. Iud. quod ſi matrimonium ea mente contrahatur, vt maritus in loco domicilij vxoris habitet, quod illius
51 loci leges ſint attendendę, prædictaq; † procedunt. & ſi vxor ignorabat leges, ſeu iura loci domicilii viri, vt Alex. de Nęuo hic, & Conar. vbi ſupra probarunt, & ſi putaſſet conterraneum, quia illi eſt imputandum, neq; ex hoc vir iure ſuo priuari poteſt, quicquid prædicti aliter cenſeant.
52 Neq; etiam indiſtinctè recipiendam puto Andreæ Barbatiæ opinionem conſ. 4. vol. 2. aſſerentis, quòd ſi vxor virum accipiat originarium ſuæ patriæ alibi commorantem, quòd ſuæ patriæ tantũ legibus ligatur, id enĩ intelligo, & vt ſ. dixi, & non verum quò ad rititudinẽ iudicij, ac conuentionem, neq; etiam quo ad deciſionem, niſi probabiliter crediddiſſet non mutaſſe domicilium, vel ſi illa habitatio non fuiſſet animo deſtinato perpetua ibi, vbi tum habitabat; vel eſſemus, in caſibus, in qbus et alibi habitãs habetur ac ſi patriam inhabitaret, quorũ nõnulli recenſentur per pat. auũ in tract. peſt. par. 2. par. primę.
53 Secunda autem dubitatio eſt, quando vel dos conſiſteret in tot bonis, vel vir haberet bona in loco contractus, quæ obligaſſet, pro eo lucro quod doti accedere poteſt, in loco vbi contrahitur, cuius nam loci ratione dicti lucri, vel dictæ dotis attendi debent leges. In hac repugnantes de more ſunt patrum ſententiæ, quod enim attendatur domicilium viri reſpondet Bald. conſ. 208. vol. 3 Io. Lupi in rub. § 62. num. 31. de donat. inter virum, & vxorem. Contrariam vero ſententiam probauit Anchar. conſ. 162. cuius opinionem communem eſſe aſſerit Ant. Rub. conſ. 71. quem retulit Couar. vbi ſupra nu. 9 Ego tamen in hac quoq; dubitatione cenſeo non recedendum a ſuprapoſita diſtinctione, ſi enim quærimus an ad hoc vt vir poſsit in vno, vel altero loco cõueniri, cenſeo non alibi conueniendum quam in proprij domicilij loco, quem ſortitur etiam vxor: Actus enim iudicatur iuxta deſtinatum locũ originis viri, quare ſecundũ leges loci deſtinati intelligi debet, quò ad perſonalem conuentionem, ſiquidem perſonalis obligatio principaliter conſideratur, realis autem venit in conſequentiam, iuxta tradita per Bar. in l. 1. q. 17. C. de ſumma Trinit. & fidi Cathol. & ibi Iaſ. num. 63.
54 Si vero quærimus quò ad obligationem factam de illis bonis, prout eis eſt annexa, vtiq; tunc cum illa non potuerit obligari, niſi ſecundũ

loci leges vbi ſitæ ſunt, potuerintuè, neq; alterius loci leges valeant aliquid diſponere, cum executio loci Iudici remittatur, quò ad illa cenſeo veram Anchar. ac cõmunem ſententiam, quibus deſeruit tex. & ibi cumulata per noſtros in c. ſane ſupra de foro compet.

55 Quo ad quartum Articulum reſpectu illorum verborum (ſua ideſt nõ Francorum lege) Hic annotant noſtri, pronomen hoc ſua dominium non importare; ego in hac re, vt breuiter agam, cum verba iuxta ſubiectam materiem intelligantur, poteſt ſecundum ſubiectam materiẽ hæc dictio aliquando dominium importare, aliquando non. Sed ad aliud animaduertendum eſt, quod cum iſtud pronomẽ ſit reciprocũ, & relatiui vim habeat, vt late docet Valla eleg. lib. 2. c. 1. & 2: non videtur, quod recte hic ponatur, cum nil antecedat in eadem conſtructione, ad quod rectè referatur quare vti debuiſſet dictione eius, ex hiſq; factum eſt, vt addiderit illa verba (id eſt non Francorum lege) nam dictio ideſt eſt expoſitiua eius, quod dictum eſt, quando ſat clarum non eſt, vel non ſat recte poſitum.

56 Non tamen deſunt exempla etiam antiquorum latinè ſcribentium, quibus conſtat iſtud pronomen pro eius vſurpari, vti docet Bud. aduerſus Vallam in coment. linguæ Grecę Cic. ad atticum lib. 3. Ep. 65.
,, lege enim collegii ſui non tenebantur, lib 6. i 13.,, non deſtiti rogare
,, & petere mea cauſa, ſuadere, & hortari ſua; quod & Teſaur. latin. ling. probauit, ex his notari poteſt, iſtud pronomen non ſemper relatiui vim habere, ſed pro eius capi.

57 Supereſt quintus, & vltimus articulus, quò ad illas dictiones (a ſecunda coniuge ſeparetur) ex quibus colligi videtur, ſecundam quoq; coniugem eſſe, & fieri ſeparationem quaſi quò ad torum, ex quibus
58 non ſimpliciter inualidum diiudicaretur ſecundum, attamen † quoniam falſiſsima eſſet hæc opinio, & iuri diuino repugnans, vti in rub. cap. 3. 5. art. p. parte. 2. inſpectione 4. q. nu. 114. diximus, & 6. num. 131. vtiq; vtroq: in loco hæc verba impropriè capienda ſunt, non eñ coniux eſt ſecunda, ſed adultera, vt colligitur ex Concil. Trid. ſeſſ. 24 de ſacram. matrim. can. 2. & de reform. matrim. cap. 1. neq. ſepara-
59 ri dicitur quod irritum ſuaptè natura eſt: proinde † exponuntur de facto, prout de facto illi adhæret, quod Ber. & Hoſtien. declarant, fortè etiam, quia ſecunda coniux reputabatur, proinde iudicio Eccleſiæ fuit opus, cum interim pro vera haberetur, ob probabile dubium conſtitutum ex illis, quæ ſupra priori inſpectione diximus; quare in Concil. legitur,, ſi quis aliam duxerit Canonicè arceatur, quæ præ ſeferunt impedire huiuſmodi connubium ne fiat, quare factum vti in

ualidum

Digitized by Google

inualidum, ac ſi non eſſet factum habetur, quia nullum: & non entis nullæ ſunt qualitates, l. eius qui in prouinc. ff. ſi certum pet., & ex his prior pars propoſitæ interpretationis finem accipit.

60 Quò ad ſecundam partem, de duobus potiſsimùm hic agitur, primũ ſpectat ad dignoſcendum qualiter ius ciuile poſsit diſponere quò ad matrimonium: quod quidem in priori tex. parte explicatur. Alterum ſpectat ad dignoſcendum quibus pęnis afficiendus ſit is, qui legis ciuilis tantum auctoritate primum matrimonium diſſoluere præſumpſit, & ſecundum contrahere: erunt igitur in præſenti ſecũda parte duæ inſpectiones; prima ſpectabit ad primum; ſecunda ad ſecundũ. In priori igitur inſpectione excutiendæ erunt duæ principes quæſtiones; prima eſt an quid ciuilis lex poſsit ſtatuere circa ſubſtantiam matrimonij: ſecũda eſt quid ſtatuere valeat quò ad accidẽtalia.

Rurſus primæ quæſtionis duo ſunt articuli, primus eſt quò ad excuſsionem ipſius quæſtionis; ſecundus corolariè explicabit, an huiuſmodi diſpoſitio præbeat ſaltem aliquam excuſationem illi, qui ſecundum ciuilia iura Matrimonium de facto dirempſit.

61 Quò igitur ad primum articulum, pro intelligẽtia propoſiti articuli primo videndum eſt, qualiter dicatur lex ciuilis, ſeu ius ciuile diſponere quò ad ſubſtantiam matrimonij, vbi enim id cognouerimus, tũc poterimus facilius determinare, an poſsit. Sciendum igitur eſt, quod ius ciuile diſponit circa ſubſtantiam matrimonij dupliciter, vel prohibendo contractum, factumq; irritando, ſiue deffectus ſit in circunſtantijs, ſiue in ſolemnitatibus, ſeu re extrinſeca; vel ſtatuendo, vt matrimonium validum, aliqua ex cauſa diſſolui poſsit, ſecũdum illa quę ſupra in rub. 3. c. 6. art. quò ad legitimum matrimonium diximus, prout primum probatur, ex tot tit. infrà de coniug. ſeruorum, & 29. q. 2. per totum. ſecundam in c. quos Deus 33. q. 2. c. tuam ſupra de ord. cognit. c. per venerabilẽ, & c. tuã infra qui filij ſint legit. ꝓbauit ẽt Alex. cõſ. 38. vol. 4. & cõſ. 97. vol. 1. Bar. in l. Titia ff. ſolut. matr.

62 Iſtis igitur ſic breuiter præcognitis, facili negotio decidi poterit propoſita quæſtio, vt nempe vel agamus de matrimonio legitimo tantũ, vel etiam de rato, ſi de legitimo tantum, vel diſponit primo modo, & poteſt, vt colligitur ex c. gaudemus ꝰ. de diuort. vti & ſupra in rub. 3. c. 6. art. nu. 4. nu. 57. & nu. 60. docuimus; vel diſponit ſecundo modo, neq; huiuſmodi diſpoſitio valet, quamuis ſeruaretur donec ratum efficieretur, quia ſi ratum efficieretur, non obſtante illa diſſolutione redintegrari poſſet, vti in prædicto loco docuimus nu. 58.

63 Si verò agamus de rato concludendum eſt, neq; primo, neq; ſecundo

Pp 2 modo

modo ius ciuile poſſe quicquam diſponere; neq; diſpoſitum valet, niſi & iure Pontificio fuerit approbatum, quæ opinio expreſſe, ex iſto tex. colligitur, ſiue Hoſtien. ſiue noſtrum intellectum recipiamus, in Rubricaq; pluribus in locis verum probauimus, quam opinionē confirmauit hic Gloſ. verbo dimiſſaq;, & verbo Francorum lege, Hoſt. num. 3.4.5. & 8. Io. And. num. 2. & 6. Card. num. 5. But. 7. not. Panor. num. 7. Præpoſitus, qui plures cumulauit num. 7. Alex. de Neuo nu. 22. Marian. nu. 7. Idem probauit Io. Andreas in c. fi. ſ. de ſecund.
64 nupt. Federicus de ſenis conſ. 35. cuius † deciſionis illa eſt ratio, quod nulla lex, nullaq; conſuetudo legi diuinæ poteſt præiudicare, vt in c. fin. ſupra de cōſt. atqui matrimonium lege diuina firmatur, vt ſolo conſenſu perficiatur, niſi perſona ſit ab Eccleſia inhabilis facta, c. ſufficit, c. cum apud infra eodem c. fin. ſupra de tranſact. c. fin. infra de ſponſ. duorum, Synod. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. & c. 9. de reform. matrim. & cōtractum nulla ratione dirimi poſſe ſtatutū eſt, c. quos Deus 32. q. 2. c. tuam ſupra de ord. cognit. c. per venerabilem, & c. tuam infra qui fil. ſint legit. belliſsimè hanc rem explicant verba ipſius Cōcilij ſ. relata in prima parte, prima inſpect. p. art. Idq; ex illis, quæ ſ. in rub. 6. art. tam in 2. quam in 3. cap. explicaui colligi recte poteſt, Idem etiam tradit Coua. p. 2. c. 7. §. 3. nu. 5. verſicul. non enim poteſt, neq; hæc quæſtio habet contradicentem.
65 Dubitatum tamen eſt, an ſaltem ius ciuile poſsit impedire effectus, qui neceſſario ex valido matrimonio oriuntur ſecundum iuris Pontificij diſpoſitionem, vt nempe facere ne filij ex eo nati legitimi cenſeantur, vel ad patris ſucceſsionem vti legitimi admittantur. In hac dubitatione pugnantes ſunt doctorum ſententiæ, ſiquidem Cin. in l. ſi tutor C. de inter. matrim. inter tutorem, & in l. & ſi contra C. de nupt. & Bald. in rub. ſupra de conſt. col. fin. & in cap. illud ſupra de præſumpt. poſſe probarūt. Contrariam vero ſententiam magis communiter probarunt ſcrib. But. hic nu. 12. præpoſit. num. 7. Alex. de Næuo nu. 22. Bald. ſibi contrarius, in l. qui cōtra C. de inceſt. nupt. Io. And. in c. cum ſecundum de hæret. lib. 6. Panor. in c. tanta infra qui filii ſint legit. Couar. p. 2. c. 8. §. 4. num. 2. & 3. a qua poſteriore ſententia nullatenus recedendum putamus ex illis, quæ ſupra in rub. 3. cap. 5. art. 2. parte ſub nu. 157. Cum plur. ſeq. diximus, quia eſt effectus ſacramenti, cui opinioni ſuffragatur tex. in c. innotuit vbi gloſ.
66 ſupra de elect. & † huius rei illa eſt ratio, quia ſi poſſet impediri effectus, qui neceſſario ſequitur, impediretur per conſequens actus, cum agens agat propter finem, quo ſublato agens non ageret, & ſic per

per indirectum impediretur matrimonij libertas, vlterius fruſtra ius Pontificium attenderetur, ſi nullos effectus haberet, quare eſſet per indirectum id tollere quod inductum eſt, cũ tollatur illud ad quod eſſet inductum, contra reg. l. non dubium C. de legibus.

67 Quò modo ad ſecundum art. ex iſto text. videtur concludendũ, nullam præbere excuſationem huiuſmodi ius, cum contrarium ſit iuri diuino, cum dicatur, quod ille tranſgreſſor euangelicę legis debet ſubijci pœnitentiæ, ſiquidem pænitentia eſt pæna, quæ per eccleſiaſticos Canones Laicis peccantibus imponitur, c. ſi vir inf. de adul. ca. Deus. inf. de penit. c. dilectus inf. de pænis, quare ſi pœnæ eſt ſubiciendus, clarum eſt nullatenus excuſari.

Contrarium tamẽ communiter à noſtris receptum eſt, nempè quod lex vſu recepta, vel conſuetudo etiam irrationabilis circa Ius Diuinũ, quando honeſta, ac iuſta communiter creditur, probabile dubium conſtituit, & excuſat, quod ſi rationabilis à viris doctis cenſeatur, ẽt à peccato excuſaret in foro conſcientiæ, & à pœna iuditiali etiam irrationabilis, prout hanc opinionem probauit Gloſ. in c. cum venerabilis ſupra de conſuet. & in c. deniq;, vbi Sangeor. 4. diſtinc. Rom. Sing. 29. Marſil. in l. 1. lim. 19. ff. ad l. cor. de Sicar. Rochus Curt. in c. fin. fol. 15. col. 1. de conſuet. cum aliis cumulatè recenſitis per Couar. p. 2. c. 7. §. 3. nu. 5. a qua ſententia nullatenus recedendum putamus ex illis, quæ habentur in c. licet, & c. fin. ꝭ. de ſponſ. duorum, de qua re dixi ſupra in rub. 3. c. 5. art. p. parte 2. inſpect. 4. quæſt. nu. 120. & 121. vbi probaui, ex conſuetudine quod conſumatum poſterius dirimat contractum excuſari à pœna contrahentes, Hoc idem probat text. in l. quis ſit fugitiuus ff. de Edil. edict. & deſeruiunt, quæ ibi in §. apud labeonem decidit Bart.

Pro igitur eneruatione præſentis difficultatis, primo modificanda eſt ſuprapoſita communis ſententia, quando probabile eſt, quod huiuſmo

68 di conſuetudo, vel lex non ſit contra Ius Diuinum, nõ autẽ † quando certum, ac clarum eſt Iuri Diuino aduerſari, licet dubitetur an poſſit id agere contra Ius Diuinum, nam hoc ſecundum dubium omnino non excuſat, tanquam contra eſſentialia principia legis, & naturæ, quis enim ſibi ipſi perſuadere poterit, licere populis, vel principi expreſſe ſtatuere contra id quod à Deo omnium Principe conſtitutum eſt? Cum minor in maiorem nullum habeat Imperium; Quare in caſu ſuperiori, potiſsimum d. c. licet, & fin. ꝭ. de ſponſ. duorum probabile erat, quod illa direptio primi non eſſet aduerſus ius diuinum, cum verba Domini diſſolutionem prohibentis expreſſe non ſo-

nent

nent niſi quò ad conſumatum; licet, & implicite de contracto tantũ intelligi debeant, pro vt ſup. in rub. 3. cap. 6. Art. nu. 82. cum plur. ſeq. declaraui.

69 Sed in caſu noſtro agitur de diſſolutione, nõ ex eo, quod non ſit conſumatũ, ſed alia ex cauſa, neq; ẽt ex cauſa fornicationis, vt dicitur in concil. ſed ſolũ ob non ſeruatas Ciuiles leges, quæ cauſa à Dño non fuit exceptuatã, nam ex relatione Io. Galenſis, in ſecunda collect. & Iuonis p. 8. c. 213. vt ſupra retulimus agi conſtat de matrimonio conſumato dirimendo, quare con id conſtet expreſſe ẽẽ cõtra ius diuinum Mathęi c. 19. ,, Quos Deus coniunxit homo non ſeparet; relato in c. quos Deus 32. q. 2. non mirum ſi non excuſet, & hanc declarationem probauit Antonius Burg. in c. ad noſtram num. 20. ſupra de empt. & vendit.

70 Secundo loco retenta opinione Hoſt. quod eſſent ſponſalia conditionalia ſi placuiſſet, quamuis huiuſmodi conditio vti turpis reiiciẽda fuiſſet, & per conſequens cenſerentur vel ſponſalia pura, vel matrimonium, ſi per verba de præſenti, vt inquit Hoſt. fuiſſent contracta ex copula, vel in matrimonium ẽt cõſumatum eo tpe tranſiiſſent, vel matrimonium dicebatur conſumatum, cum ẽt conditionalia ſponſalia in matrimonium ex copula tranſirent eodem modo, quia dicebatur à conditione receſſum, vti ſupra in rub. 2. c. 4. art. in modi circunſt. dixi, num. 44. quia fortè ex defectu affectus maritalis aliter potuiſſet iudicari, ſicq, adhuc res dubia dici; altera modificatione ſaluatur noſtra deciſio, vt nempe cõis, & contraria opinio habeat locum quò ad homines incolas illius Ciuitatis, vel loci, vbi illud viget ius, ſecus quò ad homines alterius regionis, & loci, vbi aliter obſeruandum ſecũdum ius diuinum non ignoratur, cum enim ſciat tunc iſte, tale ius iuri diuino aduerſari, & irrationabile eſſe, ac contra canonicas expoſitiones, vtiq; ex hac ſcientia præſumpta excuſari nullatenus poteſt, & hanc rationem innuunt illa verba ad mentem Hoſt. ,, verum ,, cum non eiſdem legibus vtantur Saxones, ac Francigenæ, quæ poſita cenſeri poſſunt pro ratione deciſionis contra virum, qui dicebat non ſua lege deſponſaſſe, ſed Saxonum, ſecundum quam poterat dimittere, quia per ſuam illi innoteſcere poterat non poſſe, & hanc modificationem probauit Bald. in d. l. quis ſit fugitiuus §. apud labeonem ff. de Edil. edic. ex l. pen. ff. ad l. Iul. de adul. ibi ſciens, &c. alias ẽt dicebam illam conceſſionẽ Caroli valuiſſe in vim priuilegii, quod nõ excedebat Saxones, ſed cũ iã dicta Hoſt. expoſitio nullaten⁹ ſit recipiẽdã, vti ſ. diximus, nõ eſt q amplius ſuper hac qſtione immoremur.

71 Quod

71 Quod attinet ad ſecundam quæſtionem, quid nempe ius ciuile ſtatuere valeat quò ad accidentalia matrimonij, in hac ēt quęſtione explicandi ſunt duo articuli; primus eſt quò ad ſolemnitates, quæ adhibentur in contrahendo ipſo matrimonio: ſecundus erit quo ad dotē, donationes pp nuptias, & huiuſmodi acceſſoria ad matrimonium, quæ non rem ipſam, ſed reale tantum tangunt intereſſe.

In primo igitur articulo quæritur, an ius ciuile poſsit præſcribere quaſdam ſolemnitates in contrahendo matronio, Ita vt illæ ſint obſeruandæ; adeo quod earum omiſsio culpabiles reddat contrahentes alicuius delicti, eiſq; aliter contrahentibus num aliqua pœna poſsit imponi, Quare diuidendus eſt in duas diſputationes; in prima igitur de conſtitutione ſolemnitatis; in ſecunda de pęna.

72 In prima, igitur diſputatione diſtinguendũ eſt, ꝙ vel agimus quo ad conſuetudines, aut quò ad leges municipales; in primo caſu conueniũt ſatis cõcludẽtes oẽs poſſe huiuſmodi ſolẽnitates induci, ita tñ ꝙ earũ omiſsio nunq̃ inualidum matrimonium reddat, quia tunc tangerẽt ſubſtantiam, vt ſ. dixi, & illæ ſunt ſeruandæ, ꝙ Anchar. hic 3. not. But. Henricus, Præpoſitus, Alex. de Nęuo, & Felin. tradiderunt; probatur etiam ex tex. in c. aliter, & c. noſtrates 30. q. 5. Synod. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. §. ſi quæ &c. de reform. matrim.

73 Quò verò ad municipales leges, pugnantes ſunt patrum ſñtiæ, ſiquidem Panor. ſub. nu. 9. & Sangeor. hic ſub num. 7. tenent, non poſſe. Contrarium tñ, vt in ſuperiori caſu remanet magis cõiter probatum, quam opinionem aduerſus iam dictos tutatur Alex. de Næuo hic num. 27. ſi tñ iam dictæ leges non repugnent Canonicis inſtitutio-

74 nibus: Quæ † quidem opinio poſterior iudicio meo eſt amplectenda, tum quod matrimonium etiam vti contractus conſideratur, & vti legitimus actus, circa quos poſſunt municipalia iura diſponere, tum

75 † quod paſsim id peragunt, & obſeruantur, vt patet ex conſt. huius dominij in c. matrimonia de pœnis, deſeruit tex. in c. honorantur 32. q. 2. cum ſimilibus, ex quibus probauimus eccleſiam maxime cupere, vt illæ ſolemnitates, quæ honeſtæ ſunt, à lege ciuili ſtatutæ obſeruentur, vti in rub. 2. c. 4. art. in perſonæ circunſt. nu. 11. diximus.

76 Neq; me mouet, quod hæc materies non ſit de foro laicorum, quia iſtud eſt verum quò ad dijudicandum, vbi agitur de ſubſtantia matrimonii, nempe de validitate, vel inualiditate, vt ſupra dixi, quia tũc de eo cognoſcit vti de ſacramento, & re ſancta, ſed quò ad accidentalia, vti contractus non eximitur à laicali iuriſdictione.

77 Neq; ſecundo facit, quod lex municipalis habet principium neceſſarium,

ſarium, quare ligat inuitos, conſuetudo vero voluntarium, vnde volentes ligat, quia hæc ratio ſolum probat, magis conſuetudinem ſeruandam ꝙ legem municipalem, ſed ex ea non infertur legem municipalem non eſſe ſeruandam, cum honeſta eſt, & legis requiſita habet, vt in c. lex. 2. diſtinct. ex his non omnino impertinens dijudicanda erit memorata diſpoſitio dictæ conſtitutionis, qua ſtatuitur matrimonium à filio familias maſculo minore 20. annis, fœmina 18. contrahendum cum conſenſu parentis, vel duorum agnatorum patre defuncto, non tamen irritatur, quibus conueniunt illa, quæ ſupra re-
78 tulimus in rub. in loco proxime citato. Ex † his nonnulli arbitrati ſunt peccatum eſſe eas ommittere, verum hæc opinio neque recipienda eſt, quia ſi eſſet peccatum contrahendo committeret ſacrilegium, quod non ita de facili eccleſia permitteret, vti ſ. in rub. 3. c 5. art. p. parte nu. 3. diximus, & hoc probat in c. noſtrates 30. q. 5. vbi habetur quod omiſsio harum ſolemnitatum, non eſt peccatum, vti in rub. 3. c. 4. art. in temporis circunſt. nu. 63. probauimus.
79 Secundo obiter occurrit diſcutiendũ, cuiꝰ nã loci ſolemnitates obſeruandæ ſint, num patriæ viri, an mulieris, attamen id etiam ſatis apertum eſt, quod ſeruandæ ſunt ſolemnitates illius loci, vel prouinciæ, vbi contractus celebratur, vti probatur in c. qui contra mores 8. diſtinct. c. de illa 12. diſtinct. c. quiſquis 41. diſtinc. l. ſi fundus ff. de euic. l. 2. Cod. quemadmodum teſtam. aperiant. c. quod Clericis ſ. de foro compet. Io. Andr. hic nu. 4. But. num. 3. Panor. & Præpoſit. nu. 3. Bart. & alii in l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. Couar. p. 2. c. 7. num. 10. in princ.
80 Quo ad pœnas in hac re variæ ſunt doctorum ſententiæ, ſiquidem Alex. de Neuo nu. 27. ſentit non poſſe apponi aliquam pœnam, attamen nu. 22. in 2. caſu cenſet poſſe apponi, non in odium contrahentium, ſed in fauorem aliorum, id infra declarabo, non tamen ſignat diuerſitatis rationem. Felin. Autem nu. 18. & 13. diſtinguit vtſupra dicebamus quo ad conſuetudines, vel ſtatuta, & vult per conſuetudines poſſe apponi, non tamen per ſtatuta, vbi latiſs. hunc articulum proſequitur, nos quo rem breuiter explicemus, diſtinguendos eſſe cenſemus duos principes caſus; primus eſt quãdo huiuſmodi iꝰ imponit pœnam, quæ damnum infert contrahenti in rebus proprijs, aut quæ lucrum remouet rei alienæ, quod lucrum idem met ius concedit.
81 In primo caſu rurſus ſubdiſtinguendum eſt, quod huiuſmodi pœn appoſitio eſt vel quò ad damnum præſens rerum propriarum, vel ſolæ quò ad ſucceſsionem aliorum; exemplum primi membri, vt ſi caueatur

tur huiuſmodi iure, quòd mulier ita contrahens illico dote priuetur, quæ vel fiſco, vel agnatis applicetur, item ſi viro pœna imponatur centum puta aureorum fiſco applicanda. Hoc igitur pacto vera eſt negatiua opinio, quòd ius municipale non poſsit has pœnas imponere, & earum impoſitio nulla ſit, quia per indirectum tolleretur libertas matrimonium contrahendi, vt probatur in c. gemma. & c. cũ locum ỹ. eodem, quibus deſeruiunt, quæ explicat Henricus hic nu. 5. probant ẽt cõiter ſcrib. poſt pat. auum in l. 1. ff. ſolut. Matrim. niſi tale ius à Pontifice maximo fuiſſet confirmatum, quia ſi poteſt inhabiles reddere ad contrahendum, multomagis poteſt per pęnas illos deterrere auth. multo magis C. de epiſ. & cler.

82 Secundi verò membri exéplũ eſt, vt ſi ſtatuat filios primi matrimonii ſuccedere debere, vel patri, vel matri, in certa bonorum parte, ſi tranſeant parentes ad ſecũdas nuptias; hic libet admonere quod ſ̃. in rub. 3. c. 4. art. in quantitatis circunſt. nu. 70. cum plur. ſeq. probauimus, has nuptias licet non prohibitas, non tñ omnino laudatas; in hoc igitur caſu valet huiuſmodi ius, dummodo non operetur inęqualitatẽ inter filios, ſiquidem tolerari poterit cum ſit gratia æqualitatis ſeruandæ, non tamen vt filiis ſecundi matrimonii per indirectum tollatur legitima ſucceſsio, vel ad quid minimum reducatur, ex illis, quæ docet hic Felin. ſub num. 14.

83 Secundo autem caſu principali, qñ remouet lucrum ab ipſomet iure conceſſum illis, qui ſecundùm dictæ legis diſpoſitionem legitimè cõtrahunt, vt in caſu memoratæ noſtræ cõſtitutionis, magis cõiter probarunt doct. validam legem eſſe, dictæq; pœnæ locum eſſe, prout & Alex. prædictus, & Felin. in præmiſsis locis de magis cõi teſtantur.

Contrarium tamen tenuerunt Gloſ. in c. de puellis 36. q. 2. Fed. de Senis conſ. 35. Pan. & dictus Alex.

Ego tamen cenſeo cõi adhęrendum, cui ẽt praxis adſtipulatur, tunc eñi municipale ius videtur ita diſponere, vt tum demum illud lucrũ habeat, locum ſi matrimonium ſecundùm dicti iuris diſpoſitionem contrahatur, quare conſtat, quòd nõ diſponit quò ad matrimonii ſubſtantiam, eiuſue libertatem impediens, ſed quò ad ſuum lucrum, cui poteſt apponere illam conditionem, quam voluit, quod Felin. num. 15. belliſsime explicat.

84 Neq; obſtat quod ſ̃. dicebamus in p. quæſtione, & in ſuperiori caſu, quòd non poſsit filios priuare ſucceſsione, quia tunc non tenderet ad puniendos contrahentes in lucro à ſe conſtituto, ſed innocentes filios, quos non decet ex parentum peccato punire, iuxta illud,, filius

Digitized by Google

ciliorũq; decreta leges dictæ sũt, quo ſenſu ferè apud gẽtes capitur.

29 In ſpecie verò rurſus dupliciter; primo prout etiam plebiſcitum continet, populiq; rogationes, qualia ſunt plura plebiſcita, quæ leges in iure noſtro dicuntur, vti colligitur ex verbis Cic. in Rullum, dum inquit,, leges veteres ſũt, neq; eæ cõſulares, ſed tribuniciæ, &c. vti refert Ant. Aug. lib. 2. in l. Aebutia, & alibi ſępe.

Secundo vero prout diſiungitur a Plebiſcito, & hoc modo in ſpecie ſpecialiſsima capitur pro ea, quæ non à Plebe ſolum, ſed à toto Populo, non Plebeio, ſed Senatorio magiſtratu interrogante ferebatur, vti declarat Iuſtin. in §. lex. eſt in Inſt. de Iur. nat. Gent. & ciuil. quod idem in c. lex. 2. diſtinct. ſentit Iſidorus.

30 Quò verò ad ſecundam quæſtionem, pugnantes hic ſunt patrum ſententiæ, nam Hoſtien. exponebat hæc verba vt caperentur pro ea legis ſignificatione, quæ illi conuenit, prout à conſuetudine ſeiungitur, ſiue ſcripta, ſiue non; nempè pro lege ſcripta, & a Carolo Rege lata.

Magis communiter tamen Doctores poſt Bernar. Gloſ. & Antiquum Abbatem exponũt lege, ideſt cõſuetudine, ex qua expoſitione colligũt, legis appellatione venire conſuetudinem, prout Panor, & Alex. de Neuo hic adnotarunt.

Ego arbitror, quod in tribus prioribus locis huius capituli, vbi hæc dictio refertur capiatur in genere ſecundo modo, ſicq; contineat tam ius ſcriptum, quam non ſcriptum, quare neutram expoſitionem recipiendam cenſeo; non Hoſt. quia vult capi pro principis conſtitutione, ſeu lege ſcripta, prout a conſuetudine diſiungitur, non cõis, quæ peior eſt, quia volunt capi pro cõſuetudine in ſpecie, prout a ſcripta conſtitutione diſiungitur, quo ſenſu nuſquam accipitur, nam iura ab eis citata hoc nõn probant, tex. .n. in c. conſuetudo prima diſtinct. probat conſuetudinem eſſe legis ſpeciem, non legis ſimpliciter prolatæ appellatione illam tm̃ venire, cum ibi lex iam dicto à me modo exponatur, vt ſupra dixi; Quamuis fortè id inſinuet, quod vti lex ratione conſtare debet, ita, & conſuetudo ſiue ſcripta, ſiue nõ. l. de quibus ff. de legibus potius probat legis vim, quàm nomẽ conſuetudinem habere.

Moueor igitur ex verbis relatis in Concil. ipſo, vbi apparet legem capi pro iure dum inquit,, vt quod legis imperfectum ſit perficiatur, & ius
,, matrimonij nequaquam reſoluatur. & ex illis,, in baptiſmo ſoluuntur
,, crimina, non tamen legitima matrimonia; legitimum enim eſt, in quo etiam conſuetudines ſeruantur, vt in rub. 3. c. 3. art. 2. q. diximus.

Senſus igitur eſt, quod duxit ſecundum iura, quæ à Saxonibus ſeruãtur,

ē propterea, quia non ſecūdum patriæ iura duxerat cùm ducta fuit, limittere volebat. Vbi † verò quarto loco dicitur Euangelicæ legis, bi capitur prout à cōſuetudine diſtinguitur, quia ſentit de lege pro iulgata a Chriſto Dño, ſcriptis commendata ab Euangeliſtis, potiſimum Mathæi cap. 19. „ quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Neque † me mouet, quod cum præcedentia ſubſequentia declarent, e cōtra. vt in l. qui filiabus in prin. & in l. ſi ſeruus pluriū, §. fin. ff. de :g. primo probatur, docet Iaſ. in l. legatum num. 111. ff. d. tit. & Sanaz. in rub. ff. de re Iud. quod quemadmodum hic vltimo loco ita ca itur, Ita ēt ſupra capi debeat? quia dico, quod vbicunq; ſumus in diſpoſitione legis, cuius verba in genere intelligi poſsint, quod nulla el certitudo, vel abſurditas ſequitur, adſuntq; eędē rationes in genere, vti in ſpecie, quod tunc prædicta concluſio locum non habet, ed in genere verba exponenda ſunt, ibi enim agitur de teſtatoris iſpoſitione ex coniecturata mente, quæ ex alijs verbis elicienda eſt, uod in caſu noſtro non ſequitur, potiſsimum vbi de genere ad ſpeiem deſcendimus.

Quò ad tertium articulum nempe, quò ad illas dictiones (duxit in xorem) ſeu (duxit vxorem) vt legit. Iuo, quæritur, cur à viro vxor uci dicatur, non vir ab vxore? cenſuit Anchar. hic num. 3. in 2. not. uia mulier debet duci ad domum viri, non vir ad domum vxoris. ſed oc parum eſt, nam hoc ideo dicitur, quia vxor tenetur virum ſequi uocunq; ipſe voluerit, & illi perpetuo cohabitare, quare ab eo duci icitur, quaſi ſecū duci, quod ſ. in rub. 3. c. 5. ar. n. 141. obſeruauim' igitur duæ quæſtiones examinandæ ſunt, prima eſt num indiſtin e vera ſit hæc concluſio, quod vxor teneatur virum ſequi, altera eſt : videamus quos effectus operetur huiuſmodi ptās viri in mulierē.)d attinet ad primum, illud ambigendum nullatenus eſt, vxorem viim ſequi debere, vti ex prædictis verbis huius tex. Anchar. & ceteri tentur, Io. Andreas nu. 4. Pan. nu. 11. Alex. de Neuo nu. 18. in fine, num. 33. Felin. nu. 24. Gloſ. fin. in c. quemadmodum ſupra de iuiur. gloſ. in. c. quod Deo 33. q. 5. idem Panor. & Henricus in c. de is ỹ. eod. Bart. in l. Męuia §. vxore ff. de annuis legatis, Bal. in l. ii manumittiī C. de operis liber. Couar. p. 2. c. 7. in princ. num. 5. eo vt non ſit dubitandum, quin hæc ſit receptiſsima I. V. Interetum ſententia.

uæ quidem nititur ea ratione de qua diximus ſupra in rub. 3. c. 2. t. 2. q. num. 6. & 7. ad mentem etiam Ariſt. primo polytic. & 5 art. 140. quod vir eſt caput mulieris: Dominuſq; vt illi dominetur conceſsit,

oeſsit, quamuis naturaliter eſſet ſubiecta, vt habet Gen. c. 3. Paul. ad Eph. c. 5. & 1. Cor. c. 11. c. 1. ꝭ. de frig. & malef. c. Romana §. con trahentes de foro compet. lib. 6. c. caput. 33. q. 5. c. non mœchaberis 32. q. 6. c. fœminæ 30. q. 5. c. quæcunq; 30. diſtinct. c. vnaquæq; 13. q. 2. quibus in iure Cæſareo adſtipulantur l. ſicut ff. de operis liber. l. fin. §. idem reſcripſerunt ff. ad Munic. l. mulierem ff. de ritu nupt. l.
36 contraxiſſe ff. de action. & oblig. cum multis aliis: quod † quidem poteſt examinari, vel quò ad eum locum, vbi habet domicilium vir, vt ibi mulier teneatur illum ſequi, vel quò ad alia loca. In primo caſu dubitatur an ſaltem contrario pacto poſsit vxor ab huiuſmodi obligatione recedere, virq; adſtringi ad habitandum certo in loco vxori bene viſo, quod ſi promittat, recedereq; velit, & ſe conferre ad locum proprii domicili, vel alibi, vxor illum ſequi teneatur?

In propoſita queſtione pugnantes ſunt doctorum ſententiæ, nam Panor. cui ferè communis ibi adſtipulatur, in c. 1. ꝭ. qui matrim. accus. poſſunt. & Henricus in c. de illis ꝭ. hoc tit. noſtro tenent, vxorem non teneri hoc caſu virum ſequi, ſed virum cogendum ad habitandum eo loci, vbi promiſsit.

37 Contrariã tamen ſententiam multi probarunt ſcrib. in prædictis locis, & Rom. ſin. 629. Gloſ. & cõiter ſcrib. in l. 3. ff. de vſufruc. & hæc in praxi vſu recepta eſt, cui vltimæ opinioni nos quoq; ſubſcripſimus.

38 Moueor ex ſuprapoſita ratione, quia huiuſmodi pactum eſſet contra ipſum naturale ius, ac diuinũ, quo tolleretur illud viro, quod ſibi debetur ex diuina iuſsione, ac naturæ præcepto, quare tanquam conuentio abſurditatis plena, quà caput mulier viri efficeretur, & aduerſus ius diuinum, ac naturale, nec non bonos mores omnino irrita cen ſeri debet, iuxta tex. in c. non eſt obligatorium de reg. iur. lib. 6. l. pacta quæ contra C. de pact. cum ſimil. quæ enim indecentia eſſet, vt vir vxori obtemperaret? ipſaq; leges viro diceret? quibus deſeruiunt illa, quæ de polygamia ſupra in rub. c. 3. 6. art. nu. 187. diximus.

39 His accedat, quod ſuaptè natura huiuſmodi conuentio eſt odioſa, vti quæ ſeruitutem libero homini inducat, vt probatur in l. Titio §. 2. vbi omnes ff. de cond. & demonſtr. l. 2. ff. de lib. hom. exhib. l. antiquitas C. de vſufruct. l. nec non §. 1. ff. ex quibus cau. maior. l. qui nec §. ſolutum ff. de verb. ſignif, quare ſi quid alicui ea lege legatum ſit, vt in aliqua Ciuitate perpetuo legatarius commoretur, huiuſmodi conditio à legato reiicitur, vti ſeruitutis inductiua, vti communiter probãt doct. poſt Acur. in l. 3. ff. de vſufruc. & in d. l. antiquitas, per tex. in d. l. Titio §. 2. quare et in contractu promiſsio facta præciſè ſeruanda non

eſt.

Digitized by Google

eſt, ſed ſolum ad intereſſe agi poterit, vti voluit Salicet. in d.l. antiquitas. & ex his facile ſilent contraria, quia cum ſit conuentio iniqua, Domini præcepto abhorens, nõ eſt ſeruanda, non obſtante communi.

40 Illud tamen apud omnes præter difficultatem receptum eſt, vt ex iuſta, ac rationabili cauſa vir poſsit recedere, pacto non obſtante.

41 Quò ad alia loca, vel eſt ſimplex mutatio, vel eſt vagatio, ſi ſimplex mutatio hoc etiam caſu res ſatis aperta eſt vxorem virum ſequi teneri, etiam in ſuprapoſito caſu, vt in cap. vnaquæq; 13. q. 2. Panor. & Henricus in d. cap de illis infra eodem, Bart. in d.l. Mæuia §. vxore ff. de annuis legatis, Bal. in d.l. qui manumittitur. C. de operis liber. cum aliis relatis per Couar. p. 2. c. 7. in princ. nu. 5.

42 Si verò vagatio, aut eſt ex iuſta cauſa, aut ex temeraria: priori quoq; caſu vxor tenetur d.c. vnaquęq; vbi gloſ. Imol. in rub. ff. ſolut. matrim.

43 num. 7 Si † vero eſt temeraria, tunc rurſus ſubdiſtinguendum eſt, quod aut vxor ſciebat maritum eſſe vagabundum, vagãdiq; vitio deditum, & tunc etiam tenetur ſequi, vt prædicti ſentiunt, potiſsimum Panor. & Henricus in d.c. de illis, quia cum ea mente contrahere debeat, vt viro obtemperans eſſet, ea etiã mente contraxiſſe dicitur, quod illi ob-

44 temperare velet vagando, cum vagantem ſciret. quod † ſi probabiliter id ignorabat, tunc neutiquam vagantem virum ſequi tenetur, vt poſt iam recenſitos doctores ſentit Alex. in l. ſi cum dotem §. ſi maritus ff. ſolut. matrim. Tiraq. de legibus conub. fol. 8. col. 2. latiſsime Couar. & eleganter præmore in ſupra citato loco.

45 Quod modo attinet ad ſecundã quæſtionem, qui nam effectus ex iſto mariti iure oriantur? plures recenſent; quorum aliquos ſupra in rub. declarauimus, nempe vt ſponſa traducta vxor præſumatur, quod hodie correctum ex Trid. Synod. diſpoſitione cap. primo de reform. matrim. probauimus.

Vlterius voluit Anchar. oriri vt fructus dotis lucretur, qui quidem ad ſuſtinenda onera matrimonij conceduntur, vti ſupra in rei circonſt. dixi in rub. 3. cap. 4. art.

Sed effectus, qui hic à nobis perpẽdendus eſt, is eſt quò ad domicilium, quem vxor ſortitur ob viri cohabitationem, nempè, vt viri domiciliũ ſortiatur, vti probatur in l. cum quædam ff. de iuriſd. om. Iud. cum a-

46 lijs ſupra citat. ac congeſtis per Tiraq. fol. 6. vbi ſupra. Hinc † fit, vt vir receptę dotis ratione ad eius redditionem conueniri non poſsit niſi in loco vbi habet domicilium, l. exigere ff. de Iud. vbi Bar. Bal. Nouel. tract. de dote p. 9. priu. 18. quamuis in alijs contractibus illud regulariter verum ſit, quod quilibet poteſt conueniri in loco con-

tra-

tractus, niſi alio loco ſolutio expreſſe ſit deſtinata, c. Romana §. contrahentes de foro comp. lib. 6. Alex. de Neuo hic num. 34.

47 Hoc idem dicendũ erit reſpectu deciſionis litis, quæ ſuper dote ceteriſq; cõnexis matrimonio fieri cõtigerit, vt eiuſdẽ loci leges attẽdi debeant; prout cõiter hic fatentur Doct. poſt Bar. in l. cunctos populos C. de ſumma Trin. & fide Cath. vbi Iaſ. nu. 60. teſtatur de cõi, Socin. iun. conſ. 14. vol. 1. & id quidem certum eſt quò ad locum domicilij viri, in quo tunc, cũ contraxit, habitabat, quamuis celebretur contractus in loco domicilij vxoris, doſq; transferatur à viro in loco proprij domicilij.

48 De duobus tamen dubitari contingit, quorum primum reſpicit perſonam, alterum vero bona, primum igitur dubium eſt, quid ſi poſt aliquod tempus vir mutet domicilium illud, quod habebat tunc, cum contraxit, cuius nam loci leges attendi debent in dotis exactione ſi in mutato loco contigit euenire caſum exactionis dotis? an nempe leges primi, an ſecundi domicilii ſint attendendæ? In hoc dubio ſatis res apud noſtros videtur controuerſa; attamen ego puto ſic diſtinguendum, quod vel agimus de iudicio vbi nã ſit intẽtandũ, & quò ad eius rititudinem, qualiter procedendum, vel agimus quò ad deciſionem litis ratione lucri, prouenientis ex legibus municipalibus pro dotis augmento, ob donationes propter nuptias, & ſimilia, quæ doti accedere ſolent.

In primo caſu cenſeo ego, quicquid communis ſententia videatur in
49 contrarium, quod attendatur locus purificatæ conditionis; nam † cũ vxor cum aliquo contrahit, ſciat ſe teneri illum ſequi, & eiſdem legibus obſtringi quibus vir, dicendum eſt, quod ea lege virum ſuſcipiat, vt eius loci legibus ligetur, quibus vir, is enim dicitur locus deſtinatæ obligationis, qui viro placuerit, cui ſententiæ ſuffragatur tex. in l. ſi in patria C. de incolis lib. 10. vbi incolatus ratione quemlibet eius Ciuitatis iuribus adſtringi diſponitur, vbi habitat. Quare non video ſubeſſe probabilem diuerſitatis rationem, & ex his facili negotio ceſſant contrària. Communis autem ſententia intelligenda eſt.
50 quò ad deciſionem ratione lucri, & ſic in ſecundo caſu. Ratio † eſt, quia quò ad prædicta contrahentes cenſentur ea mente contraxiſſe, vt attenderẽtur loci leges, vbi vir domicilium habebat, ne in incerto mentes vagari contingat, alioquin ſequi de facili poſſet illud abſurdum, vt poſſet vxor dote priuari, vel dicto lucro, cuius contemplatio ne contraxit, quibus fraudibus eſt obuiam eundum, l. non dubium C. de legibus, cum ſimil. quæ quidẽ ratio melior eſt, quam illa, qua moti

ita

ita dixerunt hic communiter ſcrib. But. Panor. Alex. de Næuo, & Felin. ex gloſ. in l. ſi vxor ff. de Iud. Couar. vbi ſupra nu. 7. Itaq; etiam intelligenda ſunt, quæ Felin. propè finem recenſuit, ex mente Bald. in l. fin. col. 2. C. ſi à non compet. Iud. quod ſi matrimonium ea mente contrahatur, vt maritus in loco domicilij vxoris habitet, quod illius
51 loci leges ſint attendendę, prædictaq; † procedunt. & ſi vxor ignorabat leges, ſeu iura loci domicilii viri, vt Alex. de Nęuo hic, & Conar. vbi ſupra probarunt, & ſi putaſſet conterraneum, quia illi eſt imputandum, neq; ex hoc vir iure ſuo priuari poteſt, quicquid prædicti aliter cenſeant.
52 Neq; etiam indiſtinctè recipiendam puto Andreæ Barbatiæ opinionem conſ. 4. vol. 2. aſſerentis, quòd ſi vxor virum accipiat originarium ſuæ patriæ alibi commorantem, quòd ſuæ patriæ tantũ legibus ligatur, id enĩ intelligo, & vt ſ. dixi, & non verum quò ad ritìtudinẽ iudicij, ac conuentionem, neq; etiam quo ad deciſionem, niſi probabiliter credidiſſet non mutaſſe domicilium, vel ſi illa habitatio non fuiſſet animo deſtinato perpetua ibi, vbi tum habitabat; vel eſſemus, in caſibus, in quibus ẽt alibi habitãs habetur ac ſi patriam inhabitaret, quorũ nõnulli recẽſentur per pat. auũ in tract. peſt. par. 2. par. primę.
53 Secunda autem dubitatio eſt, quando vel dos conſiſteret in tot bonis, vel vir haberet bona in loco contractus, quæ obligaſſet, pro eo lucro quod doti accedere poteſt, in loco vbi contrahitur, cuius nam loci ratione dicti lucri, vel dictæ dotis attendi debent leges. In hac repugnantes de more ſunt patrum ſententiæ, quod enim attendatur domicilium viri reſpondet Bald. conſ. 208. vol. 3 Io. Lupi in rub. § 62. num. 31. de donat. inter virum, & vxorem. Contrariam vero ſententiam probauit Anchar. conſ. 162. cuius opinionem communem eſſe aſſerit Ant. Rub. conſ. 71. quem retulit Couar. vbi ſupra nu. 9 Ego tamen in hac quoq; dubitatione cenſeo non recedendum a ſupra poſita diſtinctione, ſi enim quærimus an ad hoc vt vir poſsit in vno, vel altero loco conueniri, cenſeo non alibi conueniendum quam in proprij domicilij loco, quem ſortitur etiam vxor: Actus enim iudicatur iuxta deſtinatum locũ originis viri, quare ſecundũ leges loci deſtinati intelligi debet, quò ad perſonalem conuentionem, ſiquidem perſonalis obligatio principaliter conſideratur, realis autem venit in conſequentiam, iuxta tradita per Bar. in l. 1. q. 17. C. de ſumma Trinit. & fidi Cathol. & ibi Iaſ. num. 63.
54 Si vero quærimus quò ad obligationem factam de illis bonis, prout eis eſt annexa, vtiq; tunc cum illa non potuerit obligari, niſi ſecundũ

inualidum, ac ſi non eſſet factum habetur; quia nullum: & non entis nullæ ſunt qualitates, l. eius qui in prouinc. ff. ſi certum pet., & ex his prior pars propoſitæ interpretationis finem accipit.

60 Quò ad ſecundam partem, de duobus potiſsimum hic agitur, primũ ſpectat ad dignoſcendum qualiter ius ciuile poſsit diſponere quò ad matrimonium: quod quidem in priori tex. parte explicatur. Alterum ſpectat ad dignoſcendum quibus pęnis afficiendus ſit is, qui legis ciuilis tantum auctoritate primum matrimonium diſſoluere præſumpſit, & ſecundum contrahere: erunt igitur in præſenti ſecũda parte duæ inſpectiones; prima ſpectabit ad primum; ſecunda ad ſecundũ. In priori igitur inſpectione excutiendæ erunt duæ principes quæſtiones; prima eſt an quid ciuilis lex poſsit ſtatuere circa ſubſtantiam matrimonij: ſecũda eſt quid ſtatuere valeat quò ad accidẽtalia.

Rurſus primæ quæſtionis duo ſunt articuli, primus eſt quò ad excuſsionem ipſius quæſtionis; ſecundus corolariè explicabit, an huiuſmodi diſpoſitio præbeat ſaltem aliquam excuſationem illi, qui ſecundum ciuilia iura Matrimonium de facto dirempſit.

61 Quò igitur ad primum articulum, pro intelligẽtia propoſiti articuli primo videndum eſt, qualiter dicatur lex ciuilis, ſeu ius ciuile diſponere quò ad ſubſtantiam matrimonij, vbi enim id cognouerimus, tũc poterimus facilius determinare, an poſsit. Sciendum igitur eſt, quod ius ciuile diſponit circa ſubſtantiam matrimonij dupliciter, vel prohibendo contractum, factumq; irritando, ſiue deffectus ſit in circunſtantijs, ſiue in ſolemnitatibus, ſeu re extrinſeca; vel ſtatuendo, vt matrimonium validum, aliqua ex cauſa diſſolui poſsit, ſecũdum illa quę ſupra in rub. 3. c. 6. art. quò ad legitimum matrimonium diximus, prout primum probatur, ex tot tit. infrà de coniug. ſeruorum, & 29. q. 2. per totum. ſecundam in c. quos Deus 33. q. 2. c. tuam ſupra de ord. cognit. c. per venerabilẽ, & c. tuã infra qui filij ſint legit. ꝓbauit ẽt Alex. cõſ. 38. vol. 4. & cõſ. 97. vol. 1. Bar. in l. Titia ff. ſolut. matr.

62 Iſtis igitur ſic breuiter præcognitis, facili negotio decidi poterit propoſita quæſtio, vt nempe vel agamus de matrimonio legitimo tantũ, vel etiam de rato, ſi de legitimo tantum, vel diſponit primo modo, & poteſt, vt colligitur ex c. gaudemus ĩ. de diuort. vti & ſupra in rub. 3. c. 6. art. nu. 4. nu. 57. & nu. 60. docuimus; vel diſponit ſecundo modo, neq; huiuſmodi diſpoſitio valet, quamuis ſeruaretur donec ratum efficieretur, quia ſi ratum efficieretur, non obſtante illa diſſolutione redintegrari poſſet, vti in prædicto loco docuimus nu. 58.

63 Si verò agamus de rato concludendum eſt, neq; primo, neq; ſecundo

modo ius ciuile poſſe quicquam diſponere; neq; diſpoſitum valet, niſi & iure Pontificio fuerit approbatum, quæ opinio expreſſe, ex iſto tex. colligitur, ſiue Hoſtien. ſiue noſtrum intellectum recipiamus, in Rubricaq; pluribus in locis verum probauimus, quam opinionē confirmauit hic Gloſ. verbo dimiſſaq;, & verbo Francorum lege, Hoſt. num. 3. 4. 5. & 8. Io. And. num. 2. & 6. Card. num. 5. But. 7. not. Panor. num. 7. Præpoſitus, qui plures cumulauit num. 7. Alex. de Neuo nu. 22. Marian. nu. 7. Idem probauit Io. Andreas in c. fi. ſ. de ſecund.
64 nupt. Federicus de ſenis conſ. 35. cuius † deciſionis illa eſt ratio, quod nulla lex, nullaq; conſuetudo legi diuinæ poteſt præiudicare, vt in c. fin. ſupra de cōſt. atqui matrimonium lege diuina firmatur, vt ſolo conſenſu perficiatur, niſi perſona ſit ab Eccleſia inhabilis facta, c. ſufficit, c. cum apud infra eodem c. fin. ſupra de tranſact. c. fin. infra de ſponſ. duorum, Synod. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. & c. 9. de reform. matrim. & cōtractum nulla ratione dirimi poſſe ſtatutū eſt, c. quos Deus 32. q. 2. c. tuam ſupra de ord. cognit. c. per venerabilem, & c. tuam infra qui fil. ſint legit. belliſsimè hanc rem explicant verba ipſius Cōcilij ſ. relata in prima parte, prima inſpect. p. art, Idq; ex illis, quæ ſ. in rub. 6. art. tam in 2. quam in 3. cap. explicaui colligi recte poteſt, Idem etiam tradit Coua. p. 2. c. 7. §. 3. nu. 5. verſicul. non enim poteſt, neq; hæc quæſtio habet contradicentem.
65 Dubitatum tamen eſt, an ſaltem ius ciuile poſsit impedire effectus, qui neceſſario ex valido matrimonio oriuntur ſecundum iuris Pontificij diſpoſitionem, vt nempe facere ne filij ex eo nati legitimi cenſeantur, vel ad patris ſucceſsionem vti legitimi admittantur. In hac dubitatione pugnantes ſunt doctorum ſententiæ, ſiquidem Cin. in l. ſi tutor C. de inter. matrim. inter tutorem, & in l. & ſi contra C. de nupt. & Bald. in rub. ſupra de conſt. col. fin. & in cap. illud ſupra de præſumpt. poſſe probarūt. Contrariam vero ſententiam magis communiter probarunt ſcrib. But. hic nu. 12. præpoſit. num. 7. Alex. de Næuo nu. 22. Bald. ſibi contrarius, in l. qui cōtra C. de inceſt. nupt. Io. And. in c. cum ſecundum de hæret. lib. 6. Panor. in c. tanta infra qui filii ſint legit. Couar. p. 2. c. 8. §. 4. num. 2. & 3. a qua poſteriore ſententia nullatenus recedendum putamus ex illis, quæ ſupra in rub. 3. cap. 5. art. 2. parte ſub nu. 157. Cum plur. ſeq. diximus, quia eſt effectus ſacramenti, cui opinioni ſuffragatur tex. in c. innotuit vbi gloſ.
66 ſupra de elect. & † huius rei illa eſt ratio, quia ſi poſſet impediri effectus, qui neceſſario ſequitur, impediretur per conſequens actus, cum agens agat propter finem, quo ſublato agens non ageret, & ſic

per

per indirectum impediretur matrimonij libertas, vlterius fruſtra ius Pontificium attenderetur, ſi nullos effectus haberet, quare eſſet per indirectum id tollere quod inductum eſt, cũ tollatur illud ad quod eſſet inductum, contra reg. l. non dubium C. de legibus.

67 Quò modo ad ſecundum art. ex iſto text. videtur concludendũ, nullam præbere excuſationem huiuſmodi ius, cum contrarium ſit iuri diuino, cum dicatur, quod ille tranſgreſſor euangelicę legis debet ſubijci pœnitentiæ, ſiquidem pænitentia eſt pæna, quæ per eccleſiaſticos Canones Laicis peccantibus imponitur, c. ſi vir inf. de adul. ca. Deus. inf. de penit. c. dilectus inf. de pænis, quare ſi pœnæ eſt ſubiciendus., clarum eſt nullatenus excuſari.

Contrarium tamẽ communiter à noſtris receptum eſt, nempè quod lex vſu recepta, vel conſuetudo etiam irrationabilis circa Ius Diuinũ, quando honeſta, ac iuſta communiter creditur, probabile dubium conſtituit, & excuſat, quod ſi rationabilis à viris doctis cenſeatur, ẽt à peccato excuſaret in foro conſcientiæ, & à pœna iuditiali etiam irrationabilis, prout hanc opinionem probauit Gloſ. in c. cum venerabilis ſupra de conſuet. & in c. deniq;, vbi Sangeor. 4. diſtinc. Rom. Sing. 29. Marſil. in l. 1. lim. 19. ff. ad l. cor. de Sicar. Rochus Curt. in c. fin. fol. 15. col. 1. de conſuet. cum aliis cumulatè recenſitis per Couar. p. 2. c. 7. §. 3. nu. 5. a qua ſententia nullatenus recedendum putamus ex illis, quæ habentur in c. licet, & c. fin. ỹ. de ſponſ. duorum, de qua re dixi ſupra in rub. 3. c. 5. art. p. parte 2. inſpect. 4. quæſt. nu. 120. & 121. vbi probaui, ex conſuetudine quod conſumatum poſterius dirimat contractum excuſari à pœna contrahentes, Hoc idem probat text. in l. quis ſit fugitiuus ff. de Edil. edict. & deſeruiunt, quæ ibi in §. apud labeonem decidit Bart.

Pro igitur eneruatione præſentis difficultatis, primo modificanda eſt ſuprapoſita communis ſententia, quando probabile eſt, quod huiuſmo

68 di conſuetudo, vel lex non ſit contra Ius Diuinum, nõ autẽ † quando certum, ac clarum eſt Iuri Diuino aduerſari, licet dubitetur an poſſit id agere contra Ius Diuinum, nam hoc ſecundum dubium omnino non excuſat, tanquam contra eſſentialia principia legis, & naturæ, quis enim ſibi ipſi perſuadere poterit, licere populis, vel principi expreſſe ſtatuere contra id quod à Deo omnium Principe conſtitutum eſt? Cum minor in maiorem nullum habeat Imperium; Quare in caſu ſuperiori, potiſsimum d. c. licet, & fin. ỹ. de ſponſ. duorum probabile erat, quod illa direptio primi non eſſet aduerſus ius diuinum, cum verba Domini diſſolutionem prohibentis expreſſe non ſonent

nent

Digitized by Google

nent niſi quò ad conſumatum; licet, & implicite de contracto tantũ intelligi debeant, pro vt ſup. in rub. 3. cap. 6. Art. nu. 82. cum plur. ſeq. declaraui.

69 Sed in caſu noſtro agitur de diſſolutione, nõ ex eo, quod non ſit conſumatũ, ſed alia ex cauſa, neq; ẽt ex cauſa fornicationis, vt dicitur in concil. ſed ſolũ ob non ſeruatas Ciuiles leges, quæ cauſa à Dño non fuit exceptuata, nam ex relatione Io. Galenſis, in ſecunda collect. & Iuonis p. 8. c. 213. vt ſupra retulimus agi conſtat de matrimonio conſumato dirimendo, quare con id conſtet expreſſe ẽẽ cõtra ius diuinum Mathęi c. 19., Quos Deus coniunxit homo non ſeparet; relato in c. quos Deus 32. q. 2. non mirum ſi non excuſet, & hanc declarationem probauit Antonius Burg. in c. ad noſtram num. 20. ſupra de empt. & vendit.

70 Secundo loco retenta opinione Hoſt. quod eſſent ſponſalia conditionalia ſi placuiſſet, quamuis huiuſmodi conditio vti turpis reiicieda fuiſſet, & per conſequens cenſerentur vel ſponſalia pura, vel matrimonium, ſi per verba de præſenti, vt inquit Hoſt. fuiſſent contracta ex copula, vel in matrimonium ẽt cõſumatum eo tpe tranſiiſſent, vel matrimonium dicebatur conſumatum, cum ẽt conditionalia ſponſalia in matrimonium ex copula tranſirent eodem modo, quia dicebatur à conditione receſſum, vti ſupra in rub. 2. c. 4. art. in modi circunſt. dixi, num. 44. quia fortè ex defectu affectus maritalis aliter potuiſſet iudicari, ſicq; adhuc res dubia dici; altera modificatione ſaluatur noſtra deciſio, vt nempe cõis, & contraria opinio habeat locum quò ad homines incolas illius Ciuitatis, vel loci, vbi illud viget ius, ſecus quò ad homines alterius regionis, & loci, vbi aliter obſeruandum ſecũdum ius diuinum non ignoratur, cum enim ſciat tunc iſte, tale ius iuri diuino aduerſari, & irrationabile eſſe, ac contra canonicas expoſitiones, vtiq; ex hac ſcientia præſumpta excuſari nullatenus poteſt, & hanc rationem innuunt illa verba ad mentem Hoſt. „ verum „ cum non eiſdem legibus vtantur Saxones, ac Francigenæ, quæ poſita cenſeri poſſunt pro ratione deciſionis contra virum, qui dicebat non ſua lege deſponſaſſe, ſed Saxonum, ſecundum quam poterat dimittere, quia per ſuam illi innoteſcere poterat non poſſe, & hanc modificationem probauit Bald. in d. l. quis ſit fugitiuus §. apud labeonem ff. de Edil. edic. ex l. pen. ff. ad l. Iul. de adul. ibi ſciens, &c. alias ẽt dicebam illam conceſsionẽ Caroli valuiſſe in vim priuilegii, quod nõ excedebat Saxones, ſed tũ iã dicta Hoſt. expoſitio nullatenꝰ ſit recipiẽda, vti ſ. diximus, nõ eſt ꝙ amplius ſuper hac qſtione immoremur.

71 Quod

Digitized by Google

71 Quod attinet ad ſecundam quæſtionem, quid nempe ius ciuile ſtatuere valeat quò ad accidentalia matrimonij, in hac ẽt quęſtione explicandi ſunt duo articuli; primus eſt quò ad ſolemnitates, quæ adhibentur in contrahendo ipſo matrimonio: ſecundus erit quo ad dotẽ, donationes pp nuptias, & huiuſmodi acceſſoria ad matrimonium, quæ non rem ipſam, ſed reale tantum tangunt intereſſe.

In primo igitur articulo quæritur, an ius ciuile poſsit præſcribere quaſdam ſolemnitates in contrahendo matr onio, Ita vt illæ ſint obſeruandæ; adeo quod earum omiſsio culpabiles reddat contrahentes alicuius delicti, eiſq; aliter contrahentibus num aliqua pœna poſsit imponi, Quare diuidendus eſt in duas diſputationes; in prima igitur de conſtitutione ſolemnitatis; in ſecunda de pęna.

72 In prima, igitur diſputatione diſtinguendũ eſt, ꝙ vel agimus quo ad conſuetudines, aut quò ad leges municipales; in primo caſu conueniũt ſatis cõcludẽter oẽs poſſe huiuſmodi ſolẽnitates induci, ita tñ ꝙ earũ omiſsio nunq̃ inualidum matrimonium reddat, quia tunc tangerẽt ſubſtantiam, vt ſ. dixi, & illæ ſunt ſeruandæ, ꝙ Anchar. hic 3. not. But. Henricus, Præpoſitus, Alex. de Nęuo, & Felin. tradiderunt; probatur etiam ex tex. in c. aliter, & c. noſtrates 30. q. 5. Synod. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. §. ſi quæ &c. de reform. matrim.

73 Quò verò ad municipales leges, pugnantes ſunt patrum ſñtiæ, ſiquidem Panor. ſub. nu. 9. & Sangeor. hic ſub num. 7. tenent, non poſſe. Contrarium tñ, vt in ſuperiori caſu remanet magis cõiter probatum, quam opinionem aduerſus iam dictos tutatur Alex. de Næuo hic num. 27. ſi tñ iam dictæ leges non repugnent Canonicis inſtitutio-

74 nibus: Quæ † quidem opinio poſterior iudicio meo eſt amplectenda, tum quod matrimonium etiam vti contractus conſideratur, & vti legitimus actus, circa quos poſſunt municipalia iura diſponere, tum

75 † quod paſsim id peragunt, & obſeruantur, vt patet ex conſt. huius dominij in c. matrimonia de pœnis, deſeruit tex. in c. honorantur 32. q. 2. cum ſimilibus, ex quibus probauimus eccleſiam maxime cupere, vt illæ ſolemnitates, quæ honeſtæ ſunt, à lege ciuili ſtatutæ obſeruentur, vti in rub. 2. c. 4. art. in perſonæ circunſt. nu. 11. diximus.

76 Neq; me mouet, quod hæc materies non ſit de foro laicorum, quia iſtud eſt verum quò ad dijudicandum, vbi agitur de ſubſtantia matrimonii, nempe de validitate, vel inualiditate, vt ſupra dixi, quia tũc de eo cognoſcit vti de ſacramento, & re ſancta, ſed quò ad accidentalia, vti contractus non eximitur à laicali iuriſdictione.

77 Neq; ſecundo facit, quod lex municipalis habet principium neceſſarium,

tur huiuſmodi iure, quòd mulier ita contrahens illico dote priuetur, quæ vel fiſco, vel agnatis applicetur, item ſi viro pœna imponatur centum puta aureorum fiſco applicanda. Hoc igitur pacto vera eſt negatiua opinio, quòd ius municipale non poſsit has pœnas imponere, & earum impoſitio nulla ſit, quia per indirectum tolleretur libertas matrimonium contrahendi, vt probatur in c. gemma. & c. cũ locum ſ. eodem, quibus deſeruiunt, quæ explicat Henricus hic nu. 5. probant ẽt cõiter ſcrib. poſt pat. auum in l. 1. ff. ſolut. Matrim. niſi tale ius à Pontifice maximo fuiſſet confirmatum, quia ſi poteſt inhabiles reddere ad contrahendum, multomagis poteſt per pęnas illos deterrere auth. multo magis C. de epiſ. & cler.

82 Secundi verò membri exẽplũ eſt, vt ſi ſtatuat filios primi matrimonii ſuccedere debere, vel patri, vel matri, in certa bonorum parte, ſi tranſeant parentes ad ſecũdas nuptias; hic libet admonere quod ſ. in rub. 3. c. 4. art. in quantitatis circunſt. nu. 70. cum plur. ſeq. probauimus, has nuptias licet non prohibitas, non tñ omnino laudatas; in hoc igitur caſu valet huiuſmodi ius, dummodo non operetur inęqualitatẽ inter filios, ſiquidem tolerari poterit cum ſit gratia æqualitatis ſeruandæ, non tamen vt filiis ſecundi matrimonii per indirectum tollatur legitima ſucceſsio, vel ad quid minimum reducatur, ex illis, quæ docet hic Felin. ſub num. 14.

83 Secundo autem caſu principali, qñ remouet lucrum ab ipſomet iure conceſſum illis, qui ſecundùm dictæ legis diſpoſitionem legitimè cõtrahunt, vt in caſu memoratæ noſtræ cõſtitutionis, magis cõiter probarunt doct. validam legem eſſe, dictæq; pœnæ locum eſſe, prout & Alex. prædictus, & Felin. in præmiſsis locis de magis cõi teſtantur.

Contrarium tamen tenuerunt Gloſ. in c. de puellis 36. q. 2. Fed. de Senis conſ. 35. Pan. & dictus Alex.

Ego tamen cenſeo cõi adhęrendum, cui ẽt praxis adſtipulatur, tunc eñi municipale ius videtur ita diſponere, vt tum demum illud lucrũ habeat, locum ſi matrimonium ſecundùm dicti iuris diſpoſitionem contrahatur, quare conſtat, quòd nõ diſponit quò ad matrimonii ſubſtantiam, eiuſue libertatem impediens, ſed quò ad ſuum lucrum, cui poteſt apponere illam conditionem, quam voluit, quod Felin. num. 15. belliſsime explicat.

84 Neq; obſtat quod ſ. dicebamus in p. quæſtione, & in ſuperiori caſu, quòd non poſsit filios priuare ſucceſsione, quia tunc non tenderet ad puniendos contrahentes in lucro à ſe conſtituto, ſed innocentes filios, quos non decet ex parentum peccato punire, iuxta illud,, filius

Digitized by Google

non portabit inniquitatem patris, & quia per indirectum inualidaretur matrimonium vtſupra dixi.

85 Quare olim vbi matrimonium clandeſtinum fuiſſet & inualidum filii non erant legitimi, quod ſecus eſſet ſi vitio clandeſtinitatis non laboraſſet, vtſup. in rub. 5. art. 2. parte nu. 160. diximus.

86 Prędictis tñ aſſertionibus duę dari poſſunt declarationes, prima quò ad pœnas primo caſu inflictas, quod licet illæ apponi non poſsint ad detterendos contrahentes, poſſunt tamen apponi quo ad auxilium dantes, quia hoc caſu ceſſat iam dicta ratio, idq; ex recitatæ conſtitutionis diſpoſitione verum probatur.

87 Secundo quò ad lucri priuationem, quod ſi pater, vel conſanguinei nolent conſentire requiſiti, quod tunc dummodo palam contraherent, nec cum indigno, neq; prædictæ pœnæ lucri ceſſantis locus erit, parentes tñ teneri filijs cõſentire, cogiq; poſſe ſtatuit. l. qui liberos ff. de ritu nupt. dixi in rub. 3. c. 6. art. nu. 28. ius em̃ municipale id ſtatuit, ne fraudes fiant minoribus, illiq; aliciantur ad ita cõtrahendũ. Verum ſi ſuaſionibus, atq; adhortationibus nequeunt à propoſito remoueri, tunc aliquo pacto impediri non poſſunt. Ratio eſt. quia cũ matrimonium ſancta res ſit, & ſanctæ tractandum, vt ſtatuit Synod. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. fin. dicente domino Mathæi, c. 19.,, relinquat homo patrem, & matrem, & adherebit vxori; vtiq; ſpiritu Dei id tum agi dicitur, illa autem, quæ ſpiritu Dei aguntur non ſunt ſub regula, c. licet ꝟ. de regul. c. ſi animum de Iud. lib. 6. ceſſat enim tum omnis fraudis ſuſpitio, & legis ratio. quare hoc caſu poſſet probari Pan. opinio, quia etiam matrimonium iure ciuili abſente patre factum, ſi fiat cum eo, qui par ſit, irritum reddi nequit, vt in rub. vbi ſupra num. 26. diximus.

88 Conſulerem tñ eos, qui volunt huiuſmodi nuptias cõtrahere, à quibus tñ quantum fieri poteſt eſt abſtinendum, ne loco affinitatis inimicitiæ contrahantur; Illiſq; nolint vel parentes, vel agnati conſentire, vt huius rei certiorem Iudicem faciant, petantque vt minor a parentum, ac cognatorum manibus tollatur, & alibi in loco tuto ponatur, ne vi, metuuè poſsit alienari; Iudex enim tenetur id agere, vti probat tex. in c. cum locũ ĩ. eod. deinde moneantur parentes, agnatiue, vt minore in eadem voluntate perſeuerante huiuſmodi nuptijs conſentiant intra certum tempus, quod arbitrio iudicis committitur, interim licitum erit ſuaſionibus minorem admonere, vt ab huiuſmodi propoſito recedat, quod ſi id non fiat, neq; parentes, vel agnati velint conſenſum præbere, tunc Iudex ipſe loco prædictorum

cauſa cognita conſentire debet, vt illi poſsint liberè contrahere, quò
facto nullo modo prædictę pœnę locus eſſe poterit, quia tunc iudex
partium defectum ſuplet, vt in ſimili dicebat Iaſ. in l. 3. nu. 102. C. de
Iur. emphit. & hoc etiam pacto pater ad dotandum cogi poterit, vti
docent ſcrib. in l. 1. ff. ſolut. matrim. vbi dixi.

89 Quod modo attinet ad dotem, & ſimilia ſupra præmiſſa in ſecundo
articulo, ſatis communiter receptum eſt poſt Innoc. Hoſtien. & alios
ius ciuile poſſe de eis ad libitum diſponere, quò tamen ad omnia ma-
trimonia, vt probatur in c. fin. inf. de donat. inter virum, & vxorem;
qua in re quantum ciuile ius contulerit ad fauorē nuptiarū innume-
ræ leges, quæ tot. tit. ff. de iure dot. habentur teſtantur, vt latiſsime
90 cumulatum eſt per ſcrib. in l. 1. ff. ſolut. matrim. Iſtud † tñ intelligi
debet vt non conſtituant differentiam an matrimonium vno vel al-
tero modo contrahatur, quandoquidem hoc caſu recurrēdum eſt ad
illa, quæ in præcedenti articulo diximus, & ex his 1. inſpectio ſecun-
dæ partis ſit explicata.

91 Quò verò ad ſecundam inſpectionē, illud quoque examinandū eſſet,
an aliquo pacto qs poſsit priore vxore dimiſſa aliā ſuperinducere,
cum id expreſſe hic prohibitum conſtet, verum cum de hac re latiſsi-
me actum ſit ſ. in rub. 3. cap. 5. art. 1. parte 2. inſpect. nu. 114. vſq; ad
130. & 6. art. nu. 31. non eſt, quod hic immoremur, illud tñ ſubiicio,
ne quis ex verbis Concilii ſ. relatis dum inquit,, nec vltra ab ea ſe-
,, paranda excepta fornicationis cauſa, dubius eſſet; quod illa verba in
telligi debēt quo ad thorum, non quo ad vinculum, vt in eod. concil.
c. 46. ſtatuitur, & in rub. 3. c. 6. art. nu. 102. 179. & 192. cum plur. ſeq.
diximus, quare alia ſuperinduci nequit, vt apertè Dñs Mathæi c. 19.
oſtendit, & habetur 32. q. 7. per totum, & Synod. Trid. expreſſe id ſta-
tuit ſeſſ. 24. de Sacram. matrim. Can. 7. quare hic tantum breuiter
examinandum ſupereſt, quid agendum ſit, vbi quis priore dimiſſa
authoritate iuris ciuilis, aliam duxerit, in qua re tria, in tex. noſtro
facienda ſtatuuntur.

Primum, vt ab adultera ſuperinducta ſeparetur.

Secundum, vt pœnitentiæ ſubijciatur.

Tertium, vt ad vxorem veram, quam primo duxit, redire cogatur.

92 Quod attinet ad primum, res ſatis ex ſe ipſo patet ex præmiſſis, im-
mo voluit hic Anchar. hunc effici infamem, quodq; accepta ab adul-
tera tenetur illi reddere, data vero amittit, quod cenſeo verum ſi ſu-
perinducta bona fide contraxit ignorans coniugatum, alioquin fiſco
eſſent applicanda, quare viro agenti ad repetitionem ius fiſci mulier

non poſſet opponere, cùm nec in turpem cauſam datum omnino dici poſſet ob affectatum matrimonium, quod iure ciuili permiſſum putabatur, ex illis, quæ ſ. in rub. 2. c. 5. Art. nu. 61. Cum tribus ſeq. vlterius mulier, quæ bona fide contraxiſſet ab adulterij reatu eſſet immunis vt in l. eum qui duas, C. ad l. Iul. de Adul. l. qui (ſeu) ſi contra C. de inceſt. nupt. quod ſupra in rub. 3. cap. 5. Art. & 6. in ſupra recitatis locis fuſius docuimus:

93 Quò verò ad ſecundum, duæ excutiendæ ſunt quæſtiones, prima eſt, vt videamus qualis ſit hæc pœnitentia, cui iſte eſt ſubijciendus. Secunda, vt quæramus, quomodo ad illam peragendam ſit compellendus.

Quò ad primam, illud primò ſciendum eſt, quòd cùm vir dicatur violaſſe torum propriæ vxoris, adulterijq; crimen commiſsiſſe, vt in prædictis locis docuimus, niſi peracta pœnitentia ad ſui cõmercium ab vxore recipi non debet, vt & in rub. 3. cap. 5. Art. prima parte, prima inſpectione nu. 46. c. ſi vir, infra de adult. vbi gloſ. verbo reus citat. concord. vbi ſupra recenſitos, proinde vir pœnitentiæ eſt ſubijciendus, qualis autem hic intelligatur, vt ſit peragenda, ſatis expreſſa non eſt, neq; ex verbis tex. noſtri, ſiue Iuonis, ſiue Galenſis, ſiue Raimondi lectiones ſequamur, neq; ẽt ex verbis ipſius Concilij ſ. relatis, quare

94 Sciendum eſt, pœnitentiam, vel publicam imponi, vel priuatam, c. 1. ĵ. de pęnit. & diſtinc. 3. de pęnit. per totum; Illud igitur 1. decidendum eſt, hic agi de publica, quæ, & ſolemnis dicitur, cuius rei illa eſt ratio, quia peccata publica publicè etiam ſunt corrigenda, vt in d. c. 1 & c. quæſitum eſt infra de pęnit. c. fin. 26. q. 6. Gloſ. in c. in capite quadrageſimæ 50. diſtinc. cum ſimilibus; atqui peccatum iſtud publicè fuit commiſſum, & commouit concilium, quare in conſpectu totius Alemaniæ res patefacta eſt, vt in 1. parte diximus, quod, & Panor. But. Præpoſit. & Alex. de Nęuo, hic probarunt.

95 Publica autem pœnitentia fieri poterat tum ratione temporis, tum modi diuerſimode, vti declaratur in d. c. in capite quadrageſimæ, & in c. latorem 33. q. 2. c. ſunt qui arbitrantur, de pœnit. diſtinc. 1. & & alibi ſæpè, in d. vero Tribur. Concil. cap. 55. cum ſeq. vſq; ad finẽ declaratur qualitas pœnitentię iuxta temporis diuerſitatem, à 40.

96 diebus vſq. ad finem ſeptimi anni. Hoc † autem tpe hi modi ab aula receſſerunt, ſed omnia ordinarij arbitrio nunc imponuntur, cui ẽt modificatio rigoris dictæ pœnitentiæ antiquis temporibus committebatur, vt ex dicto Triburienſi concilio pluribus in locis liquet, tam ratione temporis, quàm modi, ex illis etiam, quæ habentur in c. Deus, infra de pœnit. c. dilectus infra, de pœnis, cum ſimil, not. tex.

in

in capitulo quamuis, de pœnis libro ſexto.
Quò ad ſecundam quæſtionem Reſpondent noſtri compellendum per viam excommunicationis, & per cenſuras eccleſiaſticas, vti probatur in c. ad audientiam inf. eod. Gloſ. in c. quicunq; 33. q. 2. Hoſtien. hic propè finem in verbo pœnitentiæ, & Panor. num. 6. Id tamen intelligi debet, vt prius fiat per pœnas, & multas, iuxta Concil. Trid. diſpoſit. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform.
98 Quo ad tertium, vt cogatur ad primam redire, hic duo videnda etiam ſunt, primum quare dicatur virum teneri redire ad vxorem, non autem priorem recipere, vel reſumere, prout Iuo, & Galenſis legebant, quæ eſt antiqua lectio, in quo quæſito non ineleganter conſiderauit Io. Andreas hic in fine, Ideo hæc verba immutata, quia ob adulteriũ, ac tori violationem vir arbitrio vxoris ſubijcitur, cùm ab vxoris voluntate pendeat, an velit iterum illum ad ſui commercium admittere quamuis pœnitentia ſit peracta, quod ſupra in rub. 3. c. 5. art. 1. parte
99 1. inſpect. nu. 47. & 6. Art. nu. 206. docuimus. vbi † tamẽ ſemel eſt ad miſſus, tum quaſi dimiſſo peccato priorem in vxorem recipit poteſtatem, quemadmodum ſi ipſa quoq; fuiſſet fornicata, vt in c. ſignifi caſti, infra de diuor. dixi in prædictis locis, & Io. Andr. hic in fine, vir eam tum reſumeret: quare in propoſito caſu præſupponitur, quòd mulier petebat virum, alioquin ipſa nolente redire non eſſet cogendus, niſi fortè quis dicat dimiſſioni ipſam quoq; aſſenſum præbuiſſe, vt innuunt verba Concilij, quo caſu melior eſſet lectio Iuonis, & Galenſis antiqua, a noſtra tamen vti publica auctoritate facta nullatenus eſt recedendum.
100 Secundum quęſitum, quod hic examinandum eſt, continet, quo nam pacto facienda ſit hęc compulſio: communiter doctores hic Panor. Præpoſitus nu. 5. in fine & 6, Alex. de Nęuo, nu. 17. & ſeq. Felin. num. 8. tenent, quòd præciſè manu regia compelli debeat, cùm non dicat per cenſuras eccleſiaſticas, quo caſu poſſet implorari auxilium brachij ſecularis, quod probarunt Dec. in l. 2. ff de reg. Iur. Couar. p. 2. c. 7. in princ. nu. 1. & nu. 3. vbi è contra vult maritum poſſe vxorem vindicare, deſeruiunt trad. per Socin. conſ. 254. in cauſa d. Io. verſic. circa tertiam quęſt. in 2. parte. Curt. noſter conſ. 142. & conſ. 170. in prędenti conſultatione, verſicul. & primo ad hoc, cart. 37. a qua opinione neq. nos recedendum putamus.
101 Firmatur prędicta opinio, illa, & concludendi ratione, quòd vbi ob ligatio prouenit ex iure Diuino, vel humano, & ea ſit, vt nulla extimatione poſsit compenſari, tunc pręcisè is, qui promiſit, ad factum

cogi

cogi poteſt, quod Bar. & cęteri ſcrib. tradiderunt in l. ſtipulationes non diuiduntur §. Celſus ff. de verb. obligat. vbi Iaſ. in ſpecie nu. 32. atqui in iſto caſu nulla cadit extimatio legitima intereſſe, ergo præciſè compelli poteſt.
102 Secundò quia vbi executio obligationis reſpicit factum perſonale, in quo ſit electa induſtria perſonæ, tunc cum executio in perſonam ipſam ſit facienda omnino manu regia poteſt compelli, quare obſeruaui ego aliquando in huiuſmodi caſibus, eccleſiaſticum Iudicem implorato auxilio brachij ſecularis, adhibitis etiam honeſtis matronis perſonam ipſam captam ſequeſtraſſe in monaſterio, etiam pendente lite, vt executio tuto in perſonam fieri poſset.
103 Prædictę tamen opinioni, duo obijciuntur, quorum primum deſumitur ex tex. in l. 1. C. de off. diuer. Iud. vbi dicitur, quod mulier nō poteſt extrahi de propria domo, verum in caſu noſtro parum vrget, quia agimus de viro, qui non habet tale priuilegium, vt extrahi e domo non poſsit, ſed quò ad mulierem, ſi ipſa a viro peteretur, quæ eodē modo receſsiſſet, cum hoc caſu nō ad imparia diiudicari debeāt, poſſet dubium reddere; Reſpōdebat Sangeorgius, quod diſpoſitio dictæ legis procedit, quò ad eos actus, qui per alios poſſunt explicari: Ego tamen arbitror, quod ille tex. loquatur in cauſa criminali, quia in ciuilibus cauſis nemo cogi poteſt, vel de domo extrahi, vt in l. pleriq; ff. de in ius vocando, de qua re dixi in rub. inf. de accuſat. 2. cap. 4. art. in modi circunſt. verum illud intelligi debet, quando executio non eſt facienda in perſonam ipſius mulieris, quia hoc caſu poteſt ſequeſtrari, & cogi, vt ſupra dixi, & de facto obſeruatum vidi.
104 Alterum autem quod vrget eſt diſpoſitio cap. litteras ſup. de reſt. ſpol. vbi dicitur, quod mulier ſolum eccleſiaſtica cenſura poteſt compelli, ergo non manu regia, armatanè id exequi poteſt, Reſpondebat idem Sangeorg. quod ibi non diſponitur taxatiuè quin etiam manu regia præciſè poſsit compelli, cum in executiuis remedijs cumulatio non ſit prohibita, proinde vnius electione alterum non tollitur, quēadmodum declarat Bart. in l. conſentaneum, C. quomod. & quand. Iudex, Ang. in l. qui reſtituere per illum tex. C. de rei vend. faciunt no tata in c. quoniam frequenter §. fin. ſup. vt lite non conteſt. & diuerſos etiam Iudices adire, Iaſ. in l. nulli nu. 8. C. de Iud. quam opinionē ſcio approbatam per Excell. Præſidem Iacobum Menochium in tract. de arb. Iud. latè Aſin. in ſua praxi 1. part. §. 31. c. 2. Ampliat. 15. vbi plu-
105 res cumulauit, quare † Panor. in d. c. litteras col. fin. cenſuit in caſu d. cap. locum habere præciſam coactionem, cui, & Sāgeorg. & Alex. de

de Næuo hic adſtipulantur. Ego tamen in propoſito caſu dicti cap. litteras aliter cenſeo, quia ibi renuebat mulier, quia ſe coniunctam dicebat, vnde viro iungi non poterat ſecũdum eius dictum ſine inceſtu, quare ex dubio peccati erat abſtinendum a præciſa coactione, cum dicat mulierem potius pati debere excommunicationem, quam redire ad torum viri; vbi pro conſtanti habeat alterius coniunctionis ſubeſſe impedimentum, & ſi probari non poſsit, in præciſa enim coactione poſſet a viro de facto cognoſci, vel minis, vel illecebris alici, ita vt fomite excitante Cacodęmone etiam poſſet libera voluntate conſentire, cum potiſsimum procliuiores, tum ſimus ex ſanguinis coniunctione ad ipſam libidinem, vti probauimus ſup. in rub. c. 3. 6. art. nu. 143. & nu. 152. ſat igitur eſt, vt donec eccleſia ſuſpicatur mulierem id poſſe probabiliter ſcire, ſuſpicio tamen eſt contra ipſam quò ad veritatẽ
106 facti, vt excommunicationi ſubijciatur. Caſui † autem noſtro non officit, quia hic non adeſt aliquod dubium peccati, quod vir aliter eſſet iunctus, quodq. matrimonium eſſet inualidum, vt in caſu d. c. litteras, quare rectè coactio præciſa petẽte muliere locum habere poteſt, ſiquidem ceſſante ratione ceſſat, & diſpoſitio l. adigere §. quamuis ff. de Iur. patron. & ex diuerſis non rectè infertur l. Papinianus exuli ff. de Minor. idq. confirmatur arg. c. cum locum inf. eodem, & cap. ex tranſmiſſa ſup. de reſt. ſpol.

107 Hic tamen animaduertere Iudex debet ad viri ſeuitiam, ac diſsidiũ futurum, vt operetur quod ſit vtrique cautum, iuxta tex. in d. c. tranſmiſſa, & in d. c. litteras, & iuxta illa quæ ſup. in rub. 3. cap. 6. art. propè finem fuſius de hac re diximus.

108 Et ex his Deo dante abſoluta eſt interpretatio huius primi capituli, cuius deciſionem arbitror primo in Triburienſi Concilio in caſu iſto particulari fuiſſe conſtitutam, quæ edita fuit, verum poſtmodum inter Canones ipſius Concilij fuiſſe aliter rem expreſſam, vt ſup. prima parte 1. inſpect. 1. art. diximus, vt conſtituerent generalem legẽ, quæ poſſet reliquos omnes caſus ſimiles deinde decidere, quare videmus in Concilio ipſo hanc deciſionem fuiſſe in modum generalis iuſſionis poſitam, ſed de his hactenus,

Laus Deo, Finis.

Digitized by Google

INDEX IVRIVM IN HOC INTERPRETATIONVM LIBRO EXPLICATORVM.

Sacræ Paginæ.

Geneſi cap. 1. Ibi creſcite, pag. 102. num 2

Geneſi cap. 2. non eſt bonum vſq; ad finem dicti cap. ibid. nu. 1. & ſeq. p. 195. nu. 114. & p. 244. nu. 85 & pag. 257. nu. 141.

Gen. c. 8. ibi creſcite & multiplicamini nu. 117. pag. 196.

Leuit. c. 18. ibi ad mulierem &c. nu. 56. 61. 62. & 63. p 83 & ſeq.

Deut. c. 12 p. 52. n. 31. & 33. p. 15 nu. 3

Iob c. 19. ibi & in carne mea p. 268. nu. 184.

Pſalm. 127 ibi vxor tua p. 202 nu. 150.

Mattei c. 19. ibi nõ legiſtis & c. p. 102. nu. 1. p. 195. nu. 114 pag. 243. nu. 82 85 pag. 270. 271. & 273. 192. 194 & 107.

Marci c. 10. in prædictis locis.

Lucæ c. 2. ibi & erat ſubditus illis pag. 102. nu. 151.

C. 14. ibi ſi quis venit ad me. pag. 251 num. 118

Iohannis c. 4. ibi quem nunc habes nõ eſt tuus vir. p. 151. nu. 74.

Actuum Apoſtolorum c. 10. ibi occide, & manduca: & ibi, vos ſcitis pag. 185. nu. 63.

Prima Cor. c. 7. nu. 64. nu. 115. nu. 192. p. 232. 250. 270.

Secunda Cor. c. 6. Ibi nolite iugum pag. 250. nu. 114.

Ad Eph. c. 5. ibi viri diligite, pag. 199. num. 132.

Ad Hebreos c. 11. ibi acceperunt mulieres p. 268. nu. 182.

Ex decreto Gratiani.

C. cum initiatur 27. q. 2. p. 127 nu. 78.

C. quicunq; ibidem pag. 44. num. 2.

C. qui deſponſatam pag. 52. nu. 31.

C. non eſt dubium & c. cum ſocietas pag. 114. nu. 33.

C. lex diuinæ p. 55. num. 44. & pag. 43. nu. 82.

C. ſcripſit ibid. p. 243. nu. 83.

C. caue 28. q 1. p. 253 nu. 124.

C. non oportet nu. 123.

C. noſtrates 30. q. 5. p. 148. num. 63

C. ſi quis diuinis ibidem p. 39. num. 68. p. 153. nu 83. & nu. 90 p. 154.

C. fin. 32. q. 2 p 34. nu. 48.

C. quod propoſuiſti 32. q 7. p. 137. nu. 17 p. 215. nu. 209.

C. 3. & ſeq. 33. q. 2. p. 174. nu. 211.

C. interfectores p. 75. n. 15.

C. non oportet 33. q. 4. p. 149. nu. 67.

C. Apoſtolus p. 189. num 81

C. Fraternitatis 35. q. 10 p. 243. nu. 81.

C. ſi motum de conſecrat. diſtinct. 1. nu. 80. p. 188

a En

Ex decreto Iuonis.

Par.8.c.213.c.4.nu.4.6.& 7.p.283.

Ex Concilijs.

Conſtitutiones Beati Clem. lib. 3.c.2 nu. 72.p.150.nu.114 p.195. num. 1.p. 225.& nu. 182.p.268.

Concilium Calcedonenſe act.15.can.14. nu.116.p.251.

Concilium Triburienſe c. 39. num. 4.5. 6.& 7.p.283.& duab.ſeq.

Concil.Trid.ſeſſ.24 c.1.de reform. matr. nu.11.pag.26.nu.29.pag.112. num. 64. p. 148.

C.2.Ibidem nu. 113.p.195.

C.3.Ibidem nu.42.& 46.p.54.& 55. nu.101.p.192.

C.4.ibidem num. 10.p.74.

C.7.Ibidem nu. 129.p. 198

Ex decretaliũ libro Gregorij IX.

C.licet de translat. Epiſcop.p.127.n.79.

C.inter corporalia eod.ibid.pag.245.& ſeq.nu.81.& nu.85.

C.litteras de reſtit. ſpol.p.304. nu. 104.

C.illud de præſumpt. 115.38.& ſeq.

C.ex publico de conuerſ. coniug. p. 243. 82.& pag.248. nu. 104.

C.ex litteris de conuerſ.infidelium p.108 nu.6.& ſeq.

C. Veniens de præsb. non baptizato p. 254. nu. 126.

C.1. hoc tit. p. 277.& ſequent.

C.præterea p.48.& duab. ſeq.

C. iuuenis p. 56.nu.50.p.193.nu. 105.

C.de illis pag. 63.nu.69.

C.de muliere p. 154 nu. 90.

C.ex parte p. 39.nu. 68.

C.ex litteris 2. p.45. nu.12. & pag.48. nu. 21. & duab. ſeq.

C. veniens ad apoſtolicam, p.45. nu. 9.

C. commiſſum p.46.nu.14.p. 87.n.63. p.118.nu.45.& p. 120.nu.53.

C.requiſiuit p.48.& duab.ſeq.nu.22.

C.ſicut ex litteris p.51.n.28.p.90.n.79

C. Gemma p. 65. nu. 81.

C.1.de deſponſ. impub.p. 34. nu. 48. & p.35. nu. 53.

C.litteris p.57.nu. 51. p. 192. num.99.

C.quod nobis de cland.deſponſ. pag. 114. nu.200.

C.cum inhibitio §.1.p.213. nu. 198.

C.fin. de ſponſ. duorum p. 197. nu.122.

C.1.de conuit.appoſit. nu.2.p.44.

C.1.& 2. de coniug.leproſ. p.187.num. 34.et duob.ſeq. p.247.nu.110.

C.litteras p.128.nu. 82.

C.fin p.247.nu.99.

C. Fraternitatis de eo qui cognouit p. 193. num. 105.

C. diſcretionem p. 273. nu. 208.

C.non debet de conſang. et affin. nu, 14. et ſeq.p.259.

C.quod ſedem de frig. & malef. p. 138 nu.20.et 24.

C.tanta qui fil. ſint legitimi p. 208 et 213.nu.178.et 196.

C.ex tenore ibid.p. 213. et ſeq. nu. 197 et 199.

C.videtur qui matrim, accuſare poſſunt p.27.nu. 13.

C.ſignificaſti de diuort.p.273.nu.208.

C.de illa ibidem p.272.nu. 204.

C.quanto et } p.239.nu 72. et p.251.
C. gaudemus } nu.117.

C.1.de Adult. p. 53.nu.36.

Ex ſexto.

C.fin.de procur.p.37. nu. 65.

C.1.§. fin. hoc tit.p.44. nu.2.

C.1 §.1.de deſponſ. impub. p.154.n. 89.

Ex alijs collectionibus.

C.2.3.et c.q. ſedē de frig. et malef. in prima compilatione, pag. 138.20. et 24.

C 7.de iure Iur. in ſecunda collectione p. 51.nu. 28.

c.1.hoc

C.1.hoc tit. p.283.et ſeq. nu.4.6.et 7.
C.1.de eo qui cognou. p.260.nu.152.
C.2. hoc tit.in 7.p.57.nu. 52.

Ex Cod. Iuſtinianeo.

L.1.de off.diuerſorum Iud.p.310.n.103
L.3.de ſponſ.p. 59.nu.56. et 58.
L.penult. p.35. nu. 53.
L.finalis p.50.nu. 27.et p. 59.nu. 57.et p.63.nu.71.et ſeq.
L. vnica ſi rector prouinciæ ibidem p. 61.nu.66
L.cum quis de natur.lib. pag. 209. 210. num.182. ſeq.et 198.pag. 113.num. 195. et ſeq.
L.ex libera de ſuis et legitim. pag. 208. nu. 180
L.eum qui duas ad l.Iul.de Adult, pag. 196.nu. 116.

Leges Antiquę.

L. Iul.de Adult.p.52.nu.33.
L.Iul.de marit. ord. p.228. et ſeq. num: 19. et 24.
L.Iul.de pudicitia p.52.nu.34.
L.Pompea de paricidys ibidem pag. 54 nu. 39.
S.C.Claud. p.228. nu. 18.

Ex Inſtitutionibus.

Principium de Iur. natur. gent. et ciuili p.97.
Princip.de patria poteſt.p.115.
§. Duorum fratrum de nupt. pag. 232. num. 40.

Ex pandectis.

L.1.§. Ius naturale de Iuſt. et Iur.pag: 97. et ſeq.
L. et ſeruorum § Ingenui de ſtat. hom. p.209. nu. 184.
L. qui in vtero et
L. Paulus ſeu } *Ibidē p. 208. n. 179*
L. reſpondit
L.ſi is qui de adopt. ibidem p.212.n.192
L.1.de ſponſalibus p.17. nu.1
L.in ſpõſalibus 1.
§ in ſponſalibus } *p. 34. nu.49.et 50*
§ fin. p. 35. nu. 51.
L.ſponſalia 2. et
L.ſequens } *Ibidem*
L. ſed ea ibidem nu. 53.
L. filius familias p.34.nu. 49.
L.in ſponſalibus ſecunda p.35.nu. 52.
L. ſæpe, p. 79. nu. 36
L.1.de ritu nupt.p. 125. nu.55.
L. mulierem, p. 154. nu. 91.
L. ſi qua mihi §. adoptiuæ.p. 232.
L. in liberæ, p. 153. nu. 82.
L. ſi quis officium de ritu nupt.p. 61.nu. 66.et 67.
L.eos qui p.227. et duabus ſeq.nu.14.17 19. et 24
L. cum hic ſtatus §. fin. de donat. inter virum et vxorem p.60.nu. 63
L.ſi pœnituit de diuort. p. 38.nu.66
L.ſi qs mihi bona § fin.et
L. qui ſeruum } *d acqr. hered: p. 37.nu. 63*
L. qui abſenti in prin. de acquir. poſſ. p. 73. nu. 66
L. ſi vxor §. ſi minor ad l. Iul. de adul. p.9.nu.3. p.52.nu.32
§ Diui, p. 10. nu. 4.
§ Diuus ſeuerus p. 52.nu.34
§ ſi quis vxorem, p. 53. nu. 35

Ex Nouellis.

Nou.22. de nuptijs § 1. ſoluto igitur p. 217. et 268. nu. 1. et 183
c. 5. ſeu § ſecundum occaſionem ibidem nu. 49.234
Nou.74. quibus mod. nat.c.5 ſeu § quo- niam

niam autem p.39. nu. 68. & vide in c. ſi quis diuinis 30. q. 5
Nou. 78. vt liberti de cetero c.3 ſeu §. ſi quis aūt p.81. nu 44. & p. 228. nu. 19
Nou. 117. vt liceat matri. c.6. ſeu §. illo indubitanter pag. 81. num. 44. & pag 228. nu. 19.
C. 10. ſeu § quia vero ex conſenſu p. 119 nu. 48
C. 12. ſeu § prædictis itaq; pag. 234. nu. 149
Nou. 127. vt fratrum filij c. 4. ſeu §. quia vero interdiximus p. 119. nu. 48
Nou. 140. ibidem
Conſtitutio 93. Leonis Iſaur. p. 83. 49.
c. Matrimonia de pœnis in conſt. Dominij Mediolanenſis nu. 75. p. 303

Authorum quorundam loca explicata.

Caij I.C. Epit. Inſtit. tit. 4. p. 209. n. 181
Gloſ. in c. ſi quis deſponſauerit 27. q. 2. p. 192. nu. 101
Gloſ. in c. Iuuenis infra eodē p. 57. nu. 50
Gloſ. in c. tua nos p. 104. nu. 7
Gloſ. in c. tanta qui filij ſint legitimi pag. 213. nu. 193. & 196
Gloſ. in margine c. 1. infra de cland. de ſponſ. ibid. p. 205. nu. 161
Ariſt. locus 1 polit c. 1. p. 103. nu. 6.
Silueſtri Aldobrandini cōmendatio pag. 122. nu. 57.
Petri Ferrarij prat. Papiē. in for. lib. quæ agit ad dotem verbo matrimonium p. 260. nu. 151
Lanz. in § contrahitur in Inſtit. I.P. de ſponſ. nu. 24. p. 28. §. & Ideo Ibidem p. 29. nu. 25.
Cucbi in pand. de ſponſ. nu. 86. ibidem p. 80. nu 41
Eorum quæ diximus c. 2. art. 6. nu. 29. pag. 93. & ſeq. nu. 92.

Index

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

Abſurdum euitandum p. 59 nu. 58
Actio ex ſponſo p. 13.
Actus coniugalis modus pag. 189. num. 84. 85
Actus facilius impeditur, quam perfectus tollatur, 251. 117
Actus nullus nil operatur, 159. 108
Actus perfectus promiſſioni de perficiendo non recte comparatur, 244. 87
Actus refertur ad id quod frequentius agitur, 6. 32
Admiſſio facilius denegatur quam cōceditur reiectio p. 92. nu. 89. & 91. &
Actus facilius 93. 92.
Adoleſcentes timore incontinentiæ facilius diſpenſatur, vt poſſint contrahere matrimonium 74. 11. 76, 21
Adoptio ex filio mortuo an fieri poſſit, 212. 192
Adoptione quibus quis iungatur 232. & ſeq.
Adulterium quid Iure Ciuili, & quid Iur. Canon. 196. 116
Adulterij cauſa qualiter Iure Ciuili ſoluebantur nuptiæ 234 47
Iure Cananico quo ad cohabitationem, 271. 194
Adulterio coniugi ante pœnitentiam alter communicare, eiectumq; admitte re nequit, aliter efficitur infamis 182 46. 308. 93.
Adulter qualiter reddendus 309. 98. 99
Æquiparatorum argumentum valet in eo, in quo equiparantur, 59. 56
Ætas Iuuenilis recepta diu ſeruat 204 155
Ætas maior 135. 10. quo ad potentiam in viro tantum ibidem
Ætas minor quo ad potentiam 135. 7
Æternitatis deſiderium quale, 201. 145. 258. 144
Affectus maritalis quid operetur 212. & ſeq.
Affinitas Iure Ciu. qualiter proueniat 231. Iure Canonico 260. & ſeq.
Ex fornicatione qualiter ibidem nu. 151
Ex ſolo matrimonij contractu 191. 96. 193. 103
Quid operetur, 194. 112, 213. 32. 260. 150
Affinitatis ſecundum genus, 180. 41. 195. 113
Vti operetur. Iure Ciuil. nuptiarum ſolutionem 230. 30. 232. 36
Affinitatis gradus, 194. 112
Affinitatis ratione qualiter ſolus S. Pontifex poſſit diſpenſare 181. 44
Afflictio Afflicto nō addenda 274. 213
Agens cenſetur agere id ad quod tenetur 34. 48
Agere non dicitur, qui aduerſus finem agit 201. 145
Alberti Archiducis Auſtriæ nuptiæ. 161. 114
Alienigena, 253 124
Alijs non obeſt, quod cum alijs geſtum eſt, 180. 37
Alimenta vxori qualiter debita, 215. 206. filijs quo Iure 216 213
Amamus magis quod magis exoptauimus, 258. 144
Amor quid ibidem
Ex longinquitate nepotum nō euaneſcit: ſed magis accenditur. ibidem
Amoris coniugalis conciliatio vnde oriatur, 202. 150
Amoris perfecti operatio, 200. 142
ἀνακαλυπτήρια 9. 3

Anima

Anima rationalis pars hõinis 143. 44
Arcta mulier quæ 136. 12.
Argumentorum ſedes vide ſuis locis.
Arrabon 30. 30
Arræ 29. 30. 59. 58.
Arræ, & pignora ſynonima 58. 53.
Qua ratione in contractu dentur 58.56
Earum pæna, & pæna ſimplex qualiter differant 66. 84.
Earum datione arguitur maior conſenſus ibidem.
Aſcendentes omnes loco parentum, & qualiter 258. 143. 259. 148
Aſcendentium, & deſcentium cõiunctio qualiter diſſoluat matrimonium Iur. ciuil. 230. 30.
Iure canonico 257. 140.
Iure naturæ, & Gentium ibid. nu. 141. *& ſeq.*
Authoritas tutorum perpetua in mulieres more maiorum 122. 58.
Auxilium dantibus contrahentibus matrimonium contra L. Ciu. diſpoſitionẽ, an pæna imponi poſſit: 306.86.

B

Baptiſmus baſis ſacramentorum 128. 67.249.108.253. 119.
Baptiſmi cognatio qualis 262. *& ſeq.*
Baptiſmus dimittit delicta, non ſoluit cõiugia 236. 57. *& ſeq.*
Baptiſmi fides quando ſoluat ſine Baptiſmo 253. 125
Baptizatorum, & ſi non recte de fide alter ſentiat coniugia valida 249.110
Baptizati, & nõ baptizati inualida, & ſi cathecumenus ſit non baptizatus 249 *& ſeq. nu.* 107. *&* 111
Idq; Iure diuino cautum 250. 112.
Neq; de facto contrahentes à ſacrilegio tuti eſſent 252. 119.
Neq; non Baptizatus poteſt ſuſcipere nouæ legis ſacramentum ibidem:
Barbari qui 218. 23. *Romanis qualiter coniugio iungi poſſent ibid.*
Benedictionis nuptiarum verba quid præſeferrant 258. 144.
Beneficiati contrahentis matrimonium pæna 207. 173.
Bigamia 147. 71. *cetera vide in Polygamia.*
Bona leges loci vbi ſita ſunt ſortiuntur 298. 53. *&* 54
Bona fide vnius tantum an filij per ſubſequens legitimentur: 212. *& ſeq.*
Quia amborum: 213. 194
Breuitate perſtringenda interpretum dictorum moles: p.2
Bruta quædam indiuiduam vitæ conſuetudinem habent: 115.39

C.

Cacodæmonis ope an poſſit conſumari matrimonium: 162. 119
Cacodæmon mendacij pater: ibidem. illi non fidendum: ibidem.
Carnis vitia omnibus, potiſſimum tamẽ coniugatis interdicta: 191. 93
Caſtitas coniugalis 199.133. (160
Cathechiſis cognatio quid operetur 262
κατηχρειχότερον, 52. 33.
Cauſa finali ceſſante ceſſat diſpoſitio, 138. 21
Cauſatus 285 9
Certo tutius eſt adhærere 177 23
Chriſti & eccleſiæ coniunctio 142.42
Eius anima rationalis nũquam à Verbo ſeiuncta neq; eius corpus, ibidem.
Chriſti ſponſa monacha quomodo 96.5
Clementis 8. *nunc põtificis pater* 55.45
Clericos non decet ſe matrimonio copulari p.5. *de beneficiato vide in B.*
Coactio præciſa quãdo faciẽda 309.101
Coertio quam vir in vxorem poteſt adhibere 200. 136.
Cohabitatio coniugium iure diuino ſtatuta

ſuta 3. 101
Collegatarij cōiunĉti quot modis 108. 8
Commendationis cauſa fieri poteſt repetitio alijs verbis 121. 56.
Commoda percipiens aliquando non tenetur ad incommoda 63. 73.
Conceptus tempore exactio debiti quando vitanda 189. 69
Conceptus vt ſequatur operam dandum à coniugatis 101. 143.
Conceptus tempus attendendum, vt filij poſſint legitimi effici per ſubſequens matrimonium 207. 177. & p.208. & ſeq.
Conceſſo quid, conceditur id omne quod ex eo eſt 148.66.184.60.
Conditio perſonæ, & qualitas qualiter differant 80. 43
Conditio propria, impropria, turpis, & ſimiles, quæ contractui apponuntur in matrimonio 265. 168. cum plur. ſeq.
Concilij prouincialis diſpoſitio non ligat extra prouintiam 239. 70. 286. 12
Confarreatio 123. 60
Confarreatis parentibus nati, ibidem.
Confirmationis cognatio 267. 164
Coniunctio 108. 7. 251. 114.
Nulla maior nuptiali 108. 7. & 8.
Cōiunctio conſenſus in matrimonio qualis 110. 15
Coniunctio illicita qualiter indiuidua 117. 41.
Coniunctio ſexus p. 138. & ſeq.
Coniunctiones variæ dirimentes contractum matrimonium 157. 139
Incertæ non ſoluunt ibidem
Certa quæ probari nequit quid operetur ibidem
Coniuncti 108. 7.
Coniuges 101. 29.
Coniugem interficientis pœna 227. 16 200. 139
Coniux pro adultera improprie de facto ſuperducta 298 57. & duob ſeq.
Coniugium 101. 29. 108. 7.
Connubium 101. 28.
Conſanguinitas dirimens matrimonium Iur. Ciuil. 230. 31
Iur. Can. 159. 148. & ſeq.
Conſcientia propria nemo poteſt aduerſari 177. 21. & ſeq.
Conſenſus cōditionalis conditione ſuſpenſiua, conditione turpi: 112. 22. & ſeq.
Conſenſus copulæ qualis eſſe debeat in matrimonio: 111. 21
Conſenſus defectus qualiter operetur matrimonij inualiditatem 264. cum ſeq. vbi recenſentur huius tract. alia loca vbi actum.
Conſenſus erroneus 111. 20
Conſenſus meticuloſus 111. 19
Conſenſus ſimulatus 110. 17
Conſenſu Iur. Ciu. qualiter matrimoniū ſoluebatur: 233. 44. 45. 46
Conſequentis ad antecedens argumentum 262. 161
Conſequentis deſtructi argumentum: 185. 65.
Conſortium 101. 30
Conſortium omnis vitę 123. 59
Conſuetudo fauet libertati Matrimonij ad remouenda impedimenta 195. 11.
Nil contra ius diuinum inducere poteſt 196. & ſeq. nu. 118. & 122
Optima legum interpres 195. 11.
Conſumatum matrimoniū quid 128. 82
Contagioſa qualitas 141. 33.
Cōtagioſo morbo an matrimonium non conſumatum ſolui poſſit 246. & duobus ſeq.
Contagio naturalibus remedijs poteſt remoueri 248. 101.
Continens dictio 116. 40
Cōtinuatio an neceſſaria in initio lib. p. 5

Contractus conſenſu perfectus qualiter conſenſu diuidi poſſit 119. 47
contractus correſpectiui poſt implementum irreuocabiles 67. 84.
contractus perſonarum qui à conſenſu pendent inuitos non obligant 58. 67
contractus rerum inuitos aliquando obligant, ibidem
contractus quo iure inuenti p. 14
contractum matrimonium quid 128. 80
eo contracto corporum poteſtas datur 244. 87
contractum tantum matrimonium ſui natura indiuiduum 242. 81. 82
contrahentium equalitas, p. 58. & 59. nu. 58.
cõtradictoria ſimul ſtare nequeũt 118 45
a contrario ſenſu argumentum 58. 55
contubernium 101. 31.
Copula an confirmentur ſponſalia metu contracta 265. 167.
copula con ſponſa peccatum fornicationis hoc tempore 113. 30
copula in matrimonio non omnino accidentalis 245. 88.
copula tantum vir, & vxor efficiuntur vna caro 243 82
crucis ſignum in omni actu adhibendum & cur 140. 141
cuſtodia qualis à viro vxori debeatur 199. 136

D.

DAmnatus publico iudicio infamis 229. 24
Damnũ dediſſe dicitur, qui cauſam damni dat. 61. 66
De præpoſitio auget 11. 11
Debiti coniugalis exhigendi inhabilis nõ poteſt cõtrahere matrimonium 88. 70
Decretalium in compilat. reſecata ſuperuacua 12. 18. Itẽ contraria 49. 3
defẽſio q̃ à viro vxori debetur 200. 133
Delicta paria mutua compenſatione tolluntur 61. 65. 182. 45
Delicto matrimonium qualiter ſoluatur 225.
Delictum pœna ſequi debet 66. 83
Delictum proprium cuiq; nocere debet 209. 185.
Denominatio ab effectu magis ſpeciali ſumenda 99. 22
a digniori vel potentiori 100. 23
Deſcendentes, qui loco filiorum 258. 143. 259. 148.
Deſponſa 11. 11
Deſponſata ibidem
Deſtinatione ſola quis cogi non poteſt 38. 2
Dictio potentius ſignificat cum plura cõplectitur 108. 8
Diffinitio optima p. 18. 19. & 107. nu. 5. p. 110. 12. 116. 41. 117. 43. 121. 55
Diffinitionis genus vnicus p. 17
Diffinitiones diſiunctiuæ improbatæ, 115. 36.
Diffinitio debet quodlibet diffinitum cõplecti, vti genus ſpecies 118 45.
Dilectio coniugalis 199. 132
Diluuium vniuerſale qua ratione emanauit 253. 122.
Dimittens coniugem ob fornicationem qualiter cogatur recipere 272. 199
Diſcretus conſenſus cũ non eſt, inualidat matrimonium 266. 173.
Diſpenſabilis caſus in dubio intelligitur ab Epiſcopo 181. 43
Diſpenſatio S. P. contrahendi matrimonium inter fidelem, & infidelem an detur 250. 112
Diſpenſatio S. P. an poſſit ſoluere matrimonium ratum contractum tantum 241. & ſeq.
Cauſę præcipuæ ex quib' poteſt 248 105
An conſumatum 269. 186.

Diſpen

Diſpenſatio S.P. an detur ſuper polygamia, 269. 187
Diſpenſatio S.P. an detur ſuper voto ſolemni, 254.
Diſpenſatio S.P. an detur, vt in ſacris maioribus ordinibus conſtitutus poſſit contrahere matrimonium, 255. 129
Diſpoſitio ceſſat ceſſante cauſa, & ratione 66. 83. 34. 10
Diſſolutio legitimi coniugij viuentibus coniugatis niſi Diuino Iure permitti potuit 236. 58
Diſſolutio matrimonij non fit vbi expreſſe cautum non eſt 237. 63
Diſſolutio matrimonij vi ſacramenti ſanctificantis ad eccleſia iuditiu ſpectat 273. 209
Reliqua vide in matrimonio.
Diſſolutioni matrimonij operam dans perpetuo contrahendi illud inhabilis redditur, 233. 63
Diuerſa non recte inferunt ad inuicem, 182. 44
Diuiduum effici à Deo poteſt, quod indiuiduum dicitur, 120. 49
Diuina lex ius naturale dicitur, 113. 2
Diuini, & humani iuris cõmunicatio, quæ, 123. 60
Diuinatiua reſponſio non recipienda, 61. 66.
Diuortio matrimonium qualiter iure ciuili ſoluebatur, 258. & 2. ſeq.
Domicilij viri leges in repetitione dotis qualiter attendendæ, 295. 45. vſque ad 55
Domicilio mutato qualiter conueniendus, 296. 48. & ſeq.
Donationes inter virum, & vxorem, 215. 203
Donationes propter nuptias, 215. 204
Dos, ibid.
Dotis augumentum prohibitum iure municipali, ibid.
Dubia res dicitur ex iudicio, ac negatione Rei, 176. 18
Dubitari non poteſt, quod Ius Ciuile poſſit derogare Iuri Diuino. 305. 68
Dubius de actu an ſit peccatum ſi agit peccat, 177. 22. & 179. 32
Dubium de iure non excuſat, 176. 20

E

Eccleſia fidelium congregatio, 96. 4
Quomodo Chriſti ſponſa, ibid.
Eam nunquam Chriſtus deſeret 143 42
Eccleſiæ, & Chriſti coniunctio indiuidua ibid. nu. 43. 197 & 119
Eccleſiæ iudicium qualiter neceſſarium ad dimiſſionem adulteri, 273. 207. & ſeq.
Eccleſia non iudicat de eis, qui foris ſunt 225. 3. 238. 57
Non iudicat de occultis 36. 60
Eccleſiæ pollutio an contingat ex actu cõiugali, 188. 80
Educatio filiorum à parentibus præſtanda 202. & 203. 151. & 155
Effectus vnius cauſa inductum non debet contrarium operari, 155 93. 186. 68
Egeſtatis tantum cauſa pater filium vẽdere poteſt, 203. 152
Emancipatus filius recte nuptias ſine conſenſu patris contrahit 229. 29
Emptione, ſeu cohemptione quomodo vxor habebatur 122. 59
επανλια. 9. L.
Epiſcopi diſpenſatio ad remouendum impedimentum affinitatis ortum poſt contractum ante conſumationem matrimonij 248. 102
Erroneus conſenſus qualiter inualidet matrimonium 176. 174 & ſeq.
Eſſe, & infirmum, ac damnari melius, q̃ non eſſe, 184. 60. 185. 64. 247. 101

Eſſentia, & in genere, & in ſpeciebus, ſeu partibus conſideranda, 4
Eſſentiæ cognitio parum prodeſt niſi dignoſcamus effectus, 43
Et particula diverſitatem oſtēdit, 52. 18
Etymologia & etymologiati argumentum negatiuè, 114. 33
Exactio debiti coniugalis pendet a mera voluntate coniugum 177. 23
Conſilium quo ad illam 178. 26
Exigendi debitum ſe inhabilem faciens contrahendi matrimonium inhabilis redditur, 237. 63
Exceptio firmat regulam in contrarium 239. 72
Excomunicationem mulcta, ac pœna præcedere debent, 65. 82
Excomunicari qui poteſt, poteſt etiam per pœnas cogi, ibid.
Exſtenſio in correctoriis, quando licita, 262. 161
Eua, Ada, qualiter iuncta, 257. 141

F

Farre, ſeu confarreatione vxor quo modo habebatur, 123. 60
Fauore inductum in odium nō debet verti, 155. 93
Fictiones duæ circa idem non poſſunt cō-currere 209. 183. 214. 199
Fictio facti, quod ab eo fieri non poteſt, cuius fauore fictio fieri deberet non datur 209. 185
Fides, & Baptiſmus, baſes ſacramentorum, 125. 67
Filius is dicitur, quem nuptiæ demonſtrant 99. 22. 201. 143
Filius à patre formam habet, 100. 33
In patris familia, ac poteſtate eſt, ibidem
Patri acquirit, 216. 212
Filij libenter ſuſcipiendi quibus rationibus 202
Non poſſunt parentes ſine venia in ius vocare 202. 158
Filij, quando matris conditionem ſequantur, 203. 154.
Reliqua vide in patre.
Fiſci ius an poſſit à poſſidente opponi. 60. 64
Fœmina conceptus grauis, in dolore partis filios alendo laborem patitur, 100. 24
Fœmina de facili poſſunt opprimi, seduci, ac diffamari, ibid. 25
Fęmina magis dilectioni apta, 199. 132
Ab ea caſtitas ſeruāda potius, 199. 133 & 135
An liceat ſibi mortem inferre, vt euitet violentiam, 199. 134
Fœmina quomodo mas iūgatur. 108. 9
Fœmina, quæ ſe iunxit alieno ſeruo, ſerua efficiebatur, hodie non, 228. 28
Fœmina, quæ ſine cauſa repudium petijt, qualiter non poſſit iuri Ciuili contrahere, 226. 5
Fœmina frigidæ naturæ aliquando facilius concipiunt ſi ſupergradiantur, 189 86
Eadem facilius in ſecundo, & vlteriori, quam in primo actu concipiunt, 186. 69
Fœmina ut præciſa cognita, ſemen emittere non præſumitur, 163. 121
Fœtus ſuffocatio euitanda, 187. 71
Facile euaneſcit, ſi illico conceptus, denuo ad actum deueniatur, 186. 69
Facile tamen ſuperfœtatur, ibidem
Id ſcire difficile, ibidem,
Facile etiam ex poſt concipit, ibidem,
Fornicatio quid, 172. 5. 270. 192
Fornicatio ſpiritualis, vide hæreſis
Fornicatio ſuperueniens non ſoluit matrimoniū contractum tantum, quò ad vinculum, etiam ſi affinitatem induceret, 248. 102

Neque

Neque nocens cogi poteſt,ibid. 103
Qualiter quo ad cohabitationem etiam conſumatum,ibidem, & 270. 192. *cum plur. ſeq.*
Fornicatione maxime animus auertitur ab vxore,ibidem
Franci qui 286. 10. & *ſeq.* 288. 17
Francorum regum nuptiæ 161. 114
Fraudibus obuiandum 196. 50
Frigiditas in quibus cõſideratur, 136. 11
Fruſtatorij actus euitandi, 182. 78
Furor qualiter inualidum matrimoniũ dẽ neceſſitate reddat, 249. 106
Voluntate, 264. 165
Quomodo ſeparationem inducat quò ad torum, & cohabitationem, 264. 213

G

Gentium matrimonij ius 129. 23
Genus in diffinitione latiſſime capi debet. 108, 7
Eſt loco materies,ibid.
Genus optimus 17. 3
Generi ſpecies derogat, 99. 22
Gloſa, quæ ſunt in margine decretalium à Greg. 13. *emendatarum,cuius ſint.* 205. 161
Gradus I.P. *qualiter conſiderentur*, 258 145
Iure Ciuili quo ad ſtipitem, 231. 31
Gradus plures prohibẽdi matrimonium, cur ius pontif. inuenerit, 257. 142
Gratia ex ſacramento non confertur illi,qui peccati reus effectus eſt. 172 3. 282. 119

H

Habitandi certo in loco pactũ odioſum eſt, 294. 39
Hereſis qualiter ſoluat matrimonium quo ad cohabitationẽ 272. 200. *et ſeq.*
Hereticus, & Catholicus qualiter probibeantur contrahere matrimonium 249. 110, 253. 125
Hereticus metu pœnæ permanendi in cœlibatu,vt reſipiſcat cogi poteſt, 273. 205.
Homo ſecundum rationalem naturam vni tantum addictus 105. 2
Homines ad prolem ſuſcipiendã multis præmijs, ac priuilegijs aliciuntur 102. 149
Hominum maiorem curam Deus habet, quam aliorum animalium 102. 148
Hominis vinculum durius operatur,quã legis 66. 82. 79. 36
Honeſtas ita in nuptijs attenditur,vtĩ cognatio 159. 148. *reliquarũ iuſtitiæ*
Honoris an potius quam vitæ ratio ſit habenda, 199. 134
Humanæ naturę, & Verbi ſacramẽtũ,et cõiunctio indiuidua, 143. 44. 268. 184

I

Ignobilis qualiter quis dijudicetur, 228. 19
Ignorans decipi non debet, 38. 67
Impoſſibile nĩl Deo 120. 49
Impoſſibilium nulla obligatio, 135. 6
Impotentia coeundi qualiter proueniat, 135. 7
Impotentes qualiter prohibeantur contrahere matrimonium,ibidem & 207 175. 240. 75. 247. 102
Impuberum Iuramenta non recipienda: 46. 12
Impudico comertio qualiter Iure Ciuili ſoluebatur matrimonium 36. 43.
Incarnationis Verbi opus indiuiſum ſanctiſſimæ Trinitatis 96. 3
Incontinentia maior quo longius à typo primi coniugij diſceditur, 151. 75
Incontinentiæ exemplum 183. 53
Indiuiduum quid 117. 42
Indiuiduum, & diuiduum ſimul ſtare nequeunt 118. 45

Indiuiduam vitæ conſuetudinem continens verba qualiter exponenda, 117.
Indiuidua cohabitatio qua ratione dulcis effitiatur, 202. 150.
Indotata vxor quid conſequatur in bonis viri, 216. 210
Infamis vir efficitur adultera comunicando ante pœnitentiam 88. 70
Infames qualiter ſenatoribus, eorumue filijs iungi poſſint 218. 19
Infantes quicquid vident ignorant, 79. 38
Infidelis, & Chriſtiani filius an poſſit legitimari per ſubſequens matrimonium 210. 186.
An inter eos eſſe poſſit matrimonium ibidem, & 248. *& ſeq.*
Infideles, vt ad fidem veniant aliciendi non deterrendi 240. 73
Infidelis, & fidelis non baptizatus an recte matrimonium contrahant, 249. 108. *& ſeq.*
Infidelium ad fidem venientium legitima connubia qualiter ſoluantur Iur. Pont. 235. 56. *& ſeq.* 74
Infirmitatis ratione quando vitandus actus coniugalis 187. 73
Initiatum quid 127. 77
Quo ad ſpirituale coniugium ibidem 79.
Inimici coniuges qualiter debitum reddere teneantur 275. 117
Inimititiæ cauſa qualiter matrimonij cohabitatio ſolui poſſit 275. 215.
Innocentius tertius quo tempore Pontifex 239. 71.
Eiuſdem laudes 241. 81
Inſtitutiones Iuſtiniani quando emiſſæ 119. 48
Intereſſe proprium Dei, & Reipublicæ cauſa omittendum, 202. 148
Interpretum Iuris errores,
Inuiſibilis vnio coniugum viſibilis in filios efficitur, 202. 150
Iſabellæ infantis Hiſpaniarum, & Alberti Archiducis Auſtriæ nuptiæ, 161. 114
Iudæus Chriſtianæ etiam non baptizatæ iungi prohibetur, 240. 109
Iudæis licuit plures habere vxores, 185. 62
Quando, cur, quomodoq; 196. 117
Quando interdictum, ibidem 116
An liceat Idolatris iungi 253. 122
Iudei apud Hiſpanos obſtinatius perſidiam ſuam tuebantur 239. 71
Iudæorum perfidia, ethnicorum peior, ibidem.
Iudei, qua ratione mulieribus ad fidem conuerſis volebant cohabitare, ibidem.
Iudex ſubiectæ qualiter iungi poſſit Iur. Ciuili 127. 13. *& ſeq.*
Iudex adeundus, vbi ad legales pœnas agitur, 274.
Iudex ob viri ſæuitiam quid agere debet 275. 215. 311. 107.
Iudex tantum pœnam infligere poteſt 91. 85
Iudicatum pro veritate habetur, 176. 49
Iudici quædam arbitraria in hac materia collige, 29. 27. 77. 29. 86. 58. 89. 78. 92. 87. 228. 19. 275. 215
Iudicij ratione etiam inuiti obligantur, 38 67
Iuſdicere ſibi nemo poteſt, 91. 84. 274. 210, *& quando poſſit,* 210. 161.
Ius ſuccedendi 216. 211.
Iurium correctio euitanda, 48. 20. 59. 58. 74. 10. 159. 109
Ius Canonicum non vim verborum, ſed poteſtatem Iuris reſpicit, in contrahendis

bendis ſponſalibus, & differt a Iure Ciuili 29. 27.
Ius Canonicum ſi dubium à Iure Ciuili, clara capit interpretationem, & 27. 12. 81. 44.
Ius Ciuile e contra a Iure Canonico 154 89. 159 147.
Ius Ciuile qualiter quo ad matrimoniũ poſſit diſponere 299. 60. vsq; 91
Quod ad ſubſtantialia ibidem, 61
Qualiter excuſet à pœna in cauſa matrimoniali 301. 67. & 70
Ius Diuinum infirmari nullo iure poteſt, 300. 64
Ius municipale an poſſit diſponere quo ad ſolemnitates adhibendas in matrimonio, & qualiter 303. 73
Minoris efficatię, quã conſuetudo 304. 77
Ius municipale qualiter diſponat quò ad ducna matrimonialia, & dotem, 307. 89. & 90
Iuſtitię publicè Honeſtas quemadmodũ proueniat ex matrimonio 191. 95
Iur. Ciu. & quid operetur 231. 33. & ſeq
Iur. Can. 261. 156
Ex ſpõſalibus. 192. 98. 231. 33. 232. 39
Eius effectus 192. 95. & ſeq. 192. 96.
Iuſti anima Deo copulata, 96. 2.

L

LAEſa maieſtatis delicto qualiter matrimonium ſolui poterat 234. 46
Laicorum iuriſdictio qualis, in matrimonio 303. 76
Lamec primo contra ius naturale hominum duas duxit vxores 196. 115
Legalis cognatio qualiter proueniat, & quid operetur, 232. 37. vſq; 43. & nu. 151. p. 261
Legitima quid 115. 37. 127. 70
Legitima portio quid 216. 212
Quo iure debita ibidem 243.
Legitimum matrimonium quid, 126. 75
Facilius ſoluitur quam ratum 225. per plur. ſeq.
Legitimitas filiorum qualiter proueniat 204
Eius effectus ibid. & plur. ſeq.
E ſubſequente matrimonio 206. & ſeq.
Legitimatio filiorum fauorem parentũ quoq; reſpicit 209. 185
Lepra qualiter impediat actum coniugalem 187. 73. & ſeq.
Liæ, & Iacobi matrimonium quomodo validum 266. 174
Libero ſeruus Iur. Ciu. iungi nequit, 227. 18
Iur. Can. 266. 175
Liberi ex filio prædefuncto an legitimentur per ſubſequens matrimonium, 210. 188. cum ſeq.
Liberorum appellatione quid veniat, 211. 189
Liberta à patrono manumiſſa vt ſibi nubat, an alteri Iur. Ciu. nubere poſſit, 226. 6
Libertinus patronę Iur. Ciu. qualiter iungi poſſit, 228. 19
Qualiter ſenatoribus, corumue filijs, 228 20. & 23
Libidinis vitia, 172. 5. 191. 93. p. 273
Lex 291. 25
Lex rebus, non verbis imponitur 18. 11.
Ad ea, quæ frequentius accidunt reſpicit, 56. 46. 62. 66. 118. 45
Debet eſſe de dubitabili, 148. 63. 208. 179
Lex ſi quid permittit, actum pœnam non meretur. 61. 65 90. 79.
Et è contra, ſi quid probibet factum puniri debet 66. 83. 68. 90
Lex coniunctionem multiplicem inducit 231. 32. 261. 155. cũ nõ null. ſeq.

Digitized by Google

Lex, quæ vno in loco præcipit in alio hortatur 2. caſu eſt conſilij 148. 64
Lex municipalis minoris efficatiæ quam conſuetudo 303. 77
Lex Antiqua Deut. qualiter abrogata 185. 63
Loci ſolemnitates quæ, & cuius obſeruandæ in contrahendo matrimonio, 304. 79
Localis denominatio vti Francus, & de Francia qualiter differant 288. & 2. ſeq.
Ludicram artem exercens infamis 229. 24

M

Machinatione in mortem alterius coniugij qualiter Iur. Ciu. matrimonium ſoluebatur, 234. 48.
Iure Canonico 257. 138
Maiorum appellatione quid, 211. 189
Mater obſequia propria habet 99. 18
Materfamilias 99. 19. 122. 59
Mater quod munimen ex matrimonio conſequatur, 100. 25.
Matertera adoptiua an poſſit vxor duci.
Matertera quot modis capiatur, 233. 41
Matrimonium ſacramentum, res ſancta, ſanctéq; colenda 7. 44. 102. 1
Ad iuditium eccleſiæ ſpectat, 6. 30
Eius ſolemnis celebratio ſponſalia dicitur, 12. 13
Quo ad prohibitionem à pari procedit cum ſponſalibus, non quò ad diſſolutionem 27. 13
Pro eo in dubio iudicandum, 28. 24
Inualidum deffectu ſolemnitatum Concil. Trid. an valeat in vim ſponſaliorum, ſi interueniant Arræ, 29. 17.
Matrimonium quid ſignet, 96. & 2. ſeq. 114. 35
Quo ſenſu hic capiatur, 98. nu. 16. & 19
Vnde dicatur, ibidem nu. 18
Quibus nominibus nuncupetur, 101. 27
Quâ ratione inuentum 103
An, vt voluptati indulgeamus 189. 85
Quo iure 102.
Quid ſit: 107
An perfectum ſolo conſenſu 113. 32
Conſumatum, & contractum tantum an ſimul recte diffiniantur, 115. 36
Quotuplex, 124. & ſeq. 225. 2
Contractum tantum quid, 124. 63.
Legitimum tantum contractumq; tantum ibidem 64
Ratum cur dicatur, & quid ſit, 125. 67
Conſumatum quid 126. 70
Et quotuplex ibidem 72: 73
Qui prohibeantur contrahere, 134. 2
Qui debeant intereſſe neceſſario, 141. 34
Quorum ope poſſit contrahi 142. 39
Quæ res intrinſeca, & ſacramenta cucurant, 142. & ſeq.
Quæ extrinſecæ poſſint adhiberi, 143. 45
Vbi contrahendum, 145. 49
Quando contrahi poſſit, & quando conſumari, 146. & ſeq.
Quoties, 149. 70
Quot modis contrahitur, 152. & ſeq. *olim ratum qualiter vt ſupra,* 155. 96
Quot modis conſumetur, 162. & ſeq.
Matrimonium quos effectus pariat, 171 & ſeq.
Quando aliud ſequi impedit, 197. 120
Matrimonium vti etiam cõtractus quid operetur.
Quò ad coniugatos, 198. & ſeq.
Quò ad filios, 201. 143.
Quò ad reales obligationes, 215
Qualiter finiatur, 225. & ſeq.
Legitimum tantum Iure Ciuil. ibi nu. 4. vſq; 42. & 50
Iure Can. 235. 56. vſq; 74.
Ratum contractum tantum. 240. 74. vſq;

Digitized by Google

vſq; 106

Conſumatum inualidum neceſſitate, 249 106. vſq; 165

Voluntate, 264. 165. vſq; 179

validum quò ad vinculum, 267. 179. vſq; 188

Quò ad cohabitationem 176. 188. vſq; 217

Matrimonium actus, & contractus legitimus, 303. 74

Continet promiſſionem facti perſonalis eligendis perſonæ induſtriam, cuius nulla datur extimatio, 310. 102

Per indirectũ impediri nequit, 300. 66.

Matrimoniũ fauorabile quò ad contrahendũ, diſſolutio odioſa, 38. 66. 75. 15

Qualiter impediatur, nec diſſoluatur, 64. 75. 69

Matrimonium clandeſtinũ an detur hoc tempore, 205. 181. 156. 98. 15. 202.

Qualiter purgetur, 209. 162. & ſeq.

Si putatiuum, etiam filios non facit legitimos, 161. 166

Matrimonium præſumptum ſublatum, 21. 290

Matrimonium putatiuum, 204. 159

Qualiter filios legitimos faciat, ibidem,

Quid Iure Ciu. paulo poſt,

Matrimonium puniblle, vt fiſcetur clauſula datum applicetur non applicatur ex ſolis ſponſalibus, 60. 63

Monſtruatæ cognitio an monſtrum vel filium lepra affectum poſſit generare, 184. 190 186. 66

Mala, quæ inde prouenient ibidem

Mentis quid 1 71. 5

Merlinus profeta qualiter conceptus 162. 117

Metu matrimonium qualiter ſoluatur, 1 262. 166. & ſeq.

Mentetur, 173

Moleſta cohabitatione qualiter quò ad torum ſolui poſſit matrimonium 274 283. vſq; ad finem art,

Monogamia, 151. 75

Morbo unde mors oriri poſſit qualiter coniuges ſeparandi 274. 214

Morte qualiter ſoluebatur matrimoniũ 235. 55

Iure Can. 266. 179. & ſeq.

Mors coniugis violenta qualiter ſequens inualidet matrimonium, 256. 134. vſq; 138

Mortuus reſurgens an cõiugem recipiat, 267. 180. vſq; 186

Mulier, vide in fęmina.

Munera, quæ inter ſponſos dantur ſponſalia dicuntur, 9. 1. 30. 31.

Munia, 98. 18

Munimen, 100. 25

Munis, 98. 18

Munium non eſt vox latina, ibidem. defenſio formationis huius vocis, ibidẽ.

Munus, ibidem.

N.

Natura appetitus naturale Ius dicitur, 102. 2

Naturale Ius homini eſt fidem ſeruare, 14. 2

Naturalis poſſeſſio quomodo rei decentio dicitur, 113. 30

Nefandum in pueros libido animum à mulieribus cognoſcẽdis auertit 271. 193

Eius effectus ibidem, & 198. 93

Nepotes aui carnem, 258. 143.

Nomen prius quam res dignoſcenda, 3.

Qualiter de eo quærendum, ibidem remouetur ſigno remoto, 134 34

Nomen familiæ exprimi poteſt ſine præpoſitione de particulę, & ea adhibita 289. 20

Nominatio patria qualiter differat, an

vng

uno, vel altero pacto vt ſupra exprimatur, Ibidem 21, & ſeq. vſq. 25
Nomen propriũ non alterabile, 289. 19
Nullus actus nullos habet effectus 192. 99. 159. 108.
Nuptiæ quid 101. 27, & 31
An ſponſalia etiam ſignificent, p. 14
Quomodo à matrimonio differant, 99. 101. 28.
Nuptiæ apud Romanos quot modis contrahebantur, 122. & ſeq.
Reliqua vide in matrimonio
Nuptiæ ſecundæ non indiuiduitatem ſignant, ſed coniunctionem, 269. 84
Nuptias plures cõtrahentis pœna, 307. 91. & ſeq.
Nuptiale conuiuium ſponſalia dicitur, 11. 14

O

Obedientia, quæ viro ab uxore debetur, 200. 140
Eius effectus ibidem, 141
Obligatio oritur ex contractu, 198. 130
Obligationis deſtinatæ locus quis dicatur 296. 49.
Occulta ecclesiæ iudicio non ſubijciuntur. 79. 37
Opera extra fidem non merentur gratiã ſacramenti, 125. 67
Operata ab extra indiuiſa ſanctiſſ. Trinitatis 96. 3
Ordine conſulitur, confuſione intercipitur, 253
Origo duplex nominis, & rei, ibidem
Quid in origine conſiderandum ibidem.

P

Pacta appoſita in rei traditione ſeruanda, 58. 4
Quid ſi à Iure ſint improbata, ibidem
An contra ius valeant, 294. 38
Palumbi natura, 116. 39
Papæ authoritas, vel nunquam, vel raro controuerti poteſt, 180. 49
Eius auctoritas Diuina 188. 81
Quid poſſit in condendo leges contra Ius Diuinum, 197. 121
Eius factum non facit fidei articulum: tamen probabilem reddit opinionem, 245. 89
In eo facilitas in concedendis, quæ pendent à plenitudine poteſtatis non præſumitur, 245. 90
Parens vide pater
Parochus, & eius officium, quò ad matrimonium 141. 34. & ſeq.
Partus ratione quæ agenda 201. 146
Pater & filius eadem perſona 34. 48.
Eadem vox ibidem
Pater præſumitur pro filio optimũ conſilium ſuſcipere, ibidem. Quare ei filius tenetur obedire in his, quæ familiæ perpetuitatem reſpiciunt, ibidem
Pater filium nunquam poteſt ad ſacrum fontem ſuſcipere, 94. 11
Baptizare verò tantum in caſu neceſſitatis, ibidem
Eius propria ſunt onera, 99. 8
Pater quid poſſit quò ad filiorũ nuptias, 142. 39
Iure Ciu. qualiter requiratur conſenſus, 119. 25. & ſeq.
Cõſentire nolens qualiter cogendus, 229 28. 306. 88
Pater, quæ filijs præſtare debet 203. & ſeq.
Patria poteſtas 204. 153
Eius effectus ibidem 153
Patrimonium 99. 18
Peccati remedium ſacramentum 103. 5
Peccati alieni nemo particeps fieri debet 177. 10. & 25

Pecca-

Peccatum non præſumitur, 179. 30
261. 167
Peccatum ita ad tempus vti perpetuo euitari debet, 185.65
Peccati publici publica pœnitentia, 308. 94
Peccunia nuptiarum cauſa promiſſa quo modo nuncupetur, 9. 1
Peſtis tempore actus coniugalis an licitus, 188. 77
Qualiter coniuges hac ratione ſeparandi, 279. 214
Philippus II. Hiſpaniarum Rex 4. duxit vxores 151. 77
Philippi III. Regis nunc noſtri nuptiæ, 161. 114.
Pignus 29. 29.
Pignora, & Arra ſynonima 58. 53
Pœnalia mitius interpretanda 52. 30.
Strictè intelligenda, 59.57.214. 202
Pœnitentia publica qualiter facienda 308. & ſeq.
Polygamia p. 151.& 236. 58.237.62.
255. 131
An licita 195. 114
Quid ſi prima ex cauſa fornicationis ſit dimiſſa 307. 91
An olim,& quomodo Iure Ciuili, 196
116
In ſecunda inſtitutione quomodo permiſſa, 196. 118.
Iudeis quomodo, vide Iudei.
Polygamiæ permiſſio quando ſublata, & qua ratione, 197. 119.
Eius pœna, 196. 116. 307. 91. & ſeq.
Qualiter inſligatur 309. 97
An Papa diſpenſatione poſſit permitti, 269. 187
Pontifex ſummus vide Papa.
Poſſeſſio naturalis quæ 113. 30
Præceptum negatiuum obligat ſemper, & ad ſemper, 185. 65
Præſumptionis tractatus qui Alciato adſcribitur cuius ſit, 210. 188
Principis authoritas in remouẽdis Iur. Ciu. impedimentis contrahendi matrimonium, 226. 10.228. 22
Priuilegia ſtrictè interpretanda, 214
202
Procuratores in matrimonij celebratione qualiter interueniant. 142. 40
Procuratore reuocato proceſſus valet, donec aduerſarius mutatæ domini voluntatis ſit conſcius, 38.66
Prodigus quem admodum furioſus cenſetur 134. 4.
Prohibitorum cognitio docet permiſſos. 24. 2.
Prolis bona, 201. 143
Promiſſio 18. 115. & p. 36
Promiſſio contra prohibitionem legis, inualida 26. 11. 263. 162
Proprium in diffinitione quale 11 16.41
Publicus locus 188. 79
An ibi poſſit actus coniugalis exerceri, ibidem.

Q

QVaſtum corpore faciens infamis, 229. 24
Qualitas à conditione quomodo differat remiſſiuè, 80. 43
Qualitatis ignoratione conſenſus non dicitur omnino erroneus 246.97.
Qualitates qualiter dignoſcantur, p. 4

R

RAimondus compilator in Diuorũ numerum relatus.
Rapientis & rapti matrimonium qualiter

liter inualidum 266. 178.
Cur. 26. 5. 167
Raptoris pœna remiſſiuè, 85. 56.
Ratio legis vbi ceſſat qualiter ceſſet diſpoſitio 138. 21. 239. 71. 311. 106
Ratio diuerſa diuerſum ius inducit 181 44
Rationes duæ ſi equè potentes vna ceſſante non ceſſat diſpoſitio 139. 25
Rationis identitatis Argumentum, 149 68. 160. 109. 210. 189
Ratum quid 128. 81
Ratum tantum matrimonium quid: ibidem.
Rati habitio: ibidem.
Religionis ingreſſus impuberum ſoluitur deffectu conſenſus, vel parentum, vel tutorum 26. 9
Religionis ingreſſu matrimonium qualiter Iur. Ciu. ſoluatur, vide in voto.
Iur. Can. contractum tantum; 245. 91. *& ſeq.*
Conſumatum verò 169. 188. *& ſeq.*
Religionis votum maioris efficatiæ quã ſponſalia, difficiliuſq; ſoluitur, 26. 9.
Repromiſſio quid 17. *&* 18
Res quæ dantur pro matrimonio, cur ſimoniam non operentur, 144. 46.
Reſtipulatio quid 18
Retinens, dictio quid 116. 40
Reuerentia à filijs parentibus debita, 212. 151
Romani Cives qui, 228. 18. 134. 2

S

Acer locus an aptus, vt in eo poſſit exerceri actus coniugalis 188. 80.
Sacramentum non temerè iterandum, 152. 28
Sacramentum fidei ſemel admiſſum nunquam amittitur, 225. 2.
Sacramentum ſanctificans 273. 209
Sacramentum quot modis quid dicatur, 124. 64
Quid ſit 142. 41
Quid in matrimonio: ibidem vti res. illud infideles non recipiunt, 172. 3
Eius effectus 172
Actu gratiam non confert mortale crimen habenti licet ſacramentum recipiat: ibidem
Sæuitia qualiter matrimonium poſſit ſeparari 215. *& ſeq.*
Eius cauſa: ibidem.
Salutis æternæ nemo præſumitur immemor 178. 27
Separatio ꝑ omnimoda irritatione, 298 58
Seruitute matrimonium Iure Ciuili qualiter ſoluebatur, 235. 53
Seruus qua ratione poteſt repudiari, 179. 35
Seruam vxorem cognoſcens qualiter cogatur illam retinere, 179. 30. *& ſeq.*
Seruus pœnæ non amplius ſeruus, 235. 54
Seruorum nuptiæ Iur. Ciu. non Iuſtæ, 203. 154
Seth filijs non licuit commiſceri Caimi filiabus. 253. 122
Similis argumentum facile euitatur, 36. 66
Simulatus conſenſus qualiter irritum reddat matrimonium 264. 166
Solemnitatum quorundam omiſſio hoc tempore irritum reddit matrimoniũ 266. 177
Solemnitatum aliarum omiſſio an ſit peccatum, 148. 63. 304. 78
Solemnitatum Iur. Ciu. omiſſio, numquã irritat matrimonium. 303. 71.
An peccatum 304. 78
An ſeruanda, & quando 303. 72

An

An pœna non ſeruantibus poſſit imponi, & qualis 304. 80.*& ſeq.*
Solemnitates Iur. Ciuilis, vt ſeruentur, quomodo pœna imponi poſſit, 306. 87
Soluti ignorantis, & coniugati nuptiæ qualiter ſoluenda, ſi prima ſoluta ſint 266. 177
Spiritualis cognatio qualiter proueniat 261. *& ſeq.*
Quibus in caſibus operatur matrimonij ſolutionem 263. 163
Qualiter nunc operetur: ibidem, 164
Spirituale coniugium ita indiuiduum, quò ad contrahentes, vti carnale, 242 81
Spondeo, 12. 19. 13. 22
Sponſa pecunia ſponſo promiſſa, 9. 1
Sponſæ violator qua pœna puniebatur, lege veteri. p. 17
Iure Ciu. 51. 29. *& ſeq.*
Sponſam alienam vxorem ducens peccat; non tamen adulterium committit, 43. 38
Sponſalia præcedunt, vti ſacramentalia, matrimonium, 8. 45
Non tamen de neceſſitate, 9. 3
Quid ſignificent, 9. *& ſeq.*
Earum appellatione qualiter veniat matrimonium 10. 5. 101. 32
Vnde dicantur 11. 19
Quot nominibus nuncupentur, 14. 23
Quo Iure inuenta 14 1. *& ſeq.*
Qua ratione 15. 5
Quid ſint p. 17. *& ſeq.*
Earũ contractus Iure Gentium efficax, 15. 5
Quotuplicia ſint 19. *& ſeq.*
Earum inualiditas qualiter dignoſcatur 21. 24
Sponſaliorum contractus fauorabilis. 78. 66
Earum effectus 43. *& plur. ſeq.*
Quibus in caſibus diſſoluantur, 71. *& plur. ſeq.*
Qualiter per ſtipulationẽ, vel aliter olim contrahebantur 12. 19. 13. 22
In eis contrahendis non vis verborum ſed poteſtas iuris attenditur, 29. 27
Qui non poßint ea contrahere, 24 *& ſeq.*
Per quos poßint 27
Quarum rerum interuentu, 28. *& ſeq.*
Vbi contrahenda 30. 32
Quando 30. 35
Quoties 31. 37
Qualiter 32. 40
Sponſalia non improbantur licet matrimonium aliquando ſequi non poßit, 60. 63
Spõſalia, & matrimonium à pari procedunt quò ad prohibitionem, non quò ad diſſolutionem 27. 13
Ad ſponſalia à matrimonio argumentum affirmatiue, 87. 62
Sponſalia dirimunt, quæ prohibent contrahi matrimoniũ, licet non dirimant 45. 9. 74. 13. 26. 11. 88. 70, 13. 6. 263. 162
Quomodo diſſoluantur, p. 91. *& ſeq.*
Sponſio 12, 19. *&* 13. 22
Sponſio fieri poteſt ſuper quocunq; contractu 67; 86
Sponſa, 12. 20. 13. 22
Stipulatio ſolutionem in futurum confert 14. 24
Stuprum 196. 116. 53. 35
Sua, dictio qualiter capiatur, 298. 55
Subarratio qualiter fiat, p. 28. *&* 144 40
Qualiter ex eius actu cenſeatur contractum, vel matrimonium, vel ſpõſalia, vel neutrum 28. 18. *& ſeq.*

Digitized by Google

Subiectio filiorum quò ad parētes p.203
Suitatis fictio vbi cadere poteſt. 212. 191

T

Tempus contracti matrimonij attenditur ad validitatem. 235. 57
Temporis futuri verba qualiter in præſens ſonent 39.68
Temporale votum 270. 191
Teſtes in celebratione matrimonij quot adhibendi, 142.38
Tetragamia, & reliquæ nuptiæ quid ſapiant p. 151
Tori prioris ob violationem qualiter ſecundum matrimonium ſoluendum, 255.132.& ſeq.
Traditione voluntas alias variabilis Iuris neceſſitati ſubijcitur, 67.84
Triburienſe Concilium à quibus celebratum, & quando, 286.12
Tridentina Synodus ita exponi debet, vt minus quam fieri poſſit lædat Ius, quod ante obſeruabatur, 156. 100. 206.139
Trigamia 150.77
Turpem ob cauſam datum non dicitur quando ob affectatum matrimonium datum eſt, 60.63
Turturum natura, 116.39
Tutor vel curator qualiter pupillæ iungi poſſit Iure Ciuili 226.8. & ſeq.

V

Verba cum effectu, 18.11
Verba qualiter generaliter intelligenda, & ſi durum videatur, 149 68
Verba in dubio qualiter propriè interpretanda 12.18
Verba præcedentia qualiter ſubſequentia declarent, & è contra, 39.68.49 25.293.33
Verba legis qualiter interpretanda, 293.33
Vicarius Epiſcopi non Sacerdos an poſſit interuenire matrimonio loco parochi, 141.36
Vini potu ſolum, mulier apud Romanos olim dimitti poterat, 234.51
Violata vi præciſa nullum peccatum committit 199.139
Violatione tori, ac perſonę olim iunctæ qualiter matrimonium primo ſoluto ſecutum ſoluatur. 255.132.& ſeq.
Vir muliere dignior, 100.23
Potentior ibidem.
Vir potentius in filiorum generationem operatur, 103.7
Dei iuſſu, ac Natura } *mulieri imperat* 213. 35.& 199.132
Vir mulieris deffenſor, legitimuſq; procurator eſt, 103.7
Tenetur vxoris libertatem tueri, 179. 31 & 33
Viro quando licet vxorem interficere apud Hiſpanos 199.135
Vir quibus ex cauſis Iur. Ciu. poſſit dimitti, 234.50
Vir qualiter ob adulteriū vxori ſubijciatur, 309.98
Qualiter liberetur; ibidem, 99
Vir mitius punitur ex coitu cum ſoluta, quam cum nupta, mitiuſq; punitur ex adulterio quam vxor, 199.135
Viri poteſtatis in vxorem effectus, vide vxor
Viri, & mulieris verba, qualiter differāt à verbis maris, & feminæ, 115.38

Virgo

Virgo Maria quomodo Spiritus ſancti ſponſa dicatur, 96. 3
Quibus rationibus fuit Ioſepho deſponſata, 100. 26
Quale fuerit eorum coniugium, 109. 12
Vitæ dictio, 119. 48.
Vita impudica, prodiga, & turpis, quæ dicatur, 83 49
Vniuerſalis dictionis vis, 211. 189
Voluntas, & poteſtas in quolibet actu neceſſaria, 72. 1
Voluntate qualiter matrimonium ſolui poſſit vide conſenſu, Iur. Can. quo ad cohabitationem, 269. 188. *vſq; ad finem art.*
Volentes magis debent poſſe obligari, quam inuiti, 66. 82
Voluptatis ſola cauſa non efficit mortale de ſe, 190. 87
Signum mortalis concupiſcentiæ tamen eſt; Ibidem.
Votum religionis omnino liberum eſſe debet, 248. 103. 270. 190
Voti ſimplicis diſpenſatio ſpectat ad epiſcopum, 270. 191
Voto vti Iure Ciu. ſolui poſſit matrimonium, 233. 44. 234. 49
Voto præcedenti qualiter irritetur matrimonium, 254. 127
Voto ſolemni ſubſecuto qualiter Iure Can. contractum tantum matrimonium ſoluatur 245. 91. *vſq;* 95
voto conſumatum matrimonium quò ad cohabitationem qualiter ſeparetur, 269. 188. *vſq;* 192
Vſu vxor quomodo habebatur, 122. 58.
Vxor pro ſponſa, 11. 12
Vxor virum ſequi tenetur, 200. 141. 293. 34
Illi perpetuo in eiuſdem viri domicilio cohabitare; ibidem & 294
An pacto poſſit liberari 294. 37. 295. 40
Eiuſdem domicilium quò ad forum qualiter ſortiatur, 295. 45. *& ſeq. vſq; ad nu.* 55
Eiuſdem legibus obligatur, 296. 49
Vxor à viro qualiter Iure Ciu. dimitti poteſt, 234. 51
Vxori dimiſſæ ſine iuditio Eccleſiæ agenti ad dotem poteſt adulterium obijci, 274. 212

Laus Deo, Beatæque Virgini
MARIÆ.

PAPIÆ,
Apud Petrum Bartolum. M. D. C I I.

Digitized by Google

Errata ſic corrige.

In dedicat. lin. 1. Excellentiſs. pag. 2. lin: 31. protrahunt,p.3.l.4.diſcederemus,p.5.l.13. Actur.in rubr.7.8.quæ habentur à,lin.vltima,*In margine*,45.*intus*,cum † 9.1.res, quæ, 3 ἐπαν᾽λια,14.8.poſſit,9.promiſſione,p.16.num.8 declaratur,19.23. obligationem, 33. officium,23.num.43.vt,27.33.parentes,& contrahentes expreſſe,28.num.22. fieri, 29. 8. contractum,20.teſtamento,25.animaduertere,31 10.quæſtionem,35.27.contrahat,44. lin.27.28.& 29.matrimonium iuſtitiam,47.25.omnino,48 25.diſſidio, 53.14 propriè, 28.opinionẽ,54.13.is,24.ad hunc,75.20.c.5.art.iridẽ,77.17.qui 29.in c.cũ inhibitio,9.6. de cland.deſponſ.iuxta, 79.25.fieret tuta,85.1.tutoris,99.32.C. ſol.103.*in inſcriptio* II. 104.num.11.vnicę, num.14.reprobatur 125.l.7.quod,127.25.contractum,128.30. conſequuntur 130.num.32.muniat 131.num.49.conſuetudines, ſi aliquando, 133. numer. 117.perſona139.28 finis,140.28.*dele* mulierem 149.38.vnicæ,157.19.filij 160 21.faciant 162.32 *in margine* 119.*intus* conſumatũ ſi † verò 163.1.pollet 168.nu. 116.ſuſpectus 169 num. 154. conſuetudine 170.nu.178.fil. 172. 16. can. 1.176. 16. qua re *idem error* 199. 21. 176. 34. ſi 178.29.contrariam 186.33.præterea 188 20.*dele* vt 31.motum 196,9.7.6. 3.nu.1.207.22.circunſtantia 209.20.fictio 212.32.filii legitimi efficiuntur,217. num.6. libertam patrono 221.nu.109.Chriſtiano,224.nu.199.ſiq;,225.l.9. quanto , 17. legitimum tantum 228. l 9. ſpetie : In genere quò 229 15.Sponſalibus , 16.nuptiæ,237.17. prioris 240.18 .magis,& initiatum *Diſſ.&c.*246.6.ingredi neq; contrarium.14.diſpenſationem 247.19.ſemel ſciens reddiderit,248.26.Lucæ 251.29.verbis „ ſi quis venit ad me, & non oderit patrem,*&c.* 264.34.ſimulato 268.38 ſignificationem,270.20.& 273. 20.prę ſe ferunt 283.39.diſiunctam,286.4.de hac re diſputare,6.lex Saxonibus, vti 287. 15.ſecunda 22.ſecundum 288.4.ſeliguntur,290.15.l.in N.299.28.ſecundum 302.39.immoremur, 306.23.ſi animum,311.22.ſæuitiam.

Plura alia notari potuiſſent, vbi vel litteræ ſunt geminatæ,quæ ſimplices eſſe debuiſſent , vel è contra ; Item ſeiunctæ dictiones,quæ ſimul eſſe debuiſſent, vel è contra . Itidem quò ad accentus,periodos, comas,& ſimilia, multa perperam omiſſa , vel addita:verum cum ſenſus pateat breuitati conſulendo, diſcreto Lectori corrigenda committimus.Solum .n. illa ſunt annotata, quæ vel ſenſum,vel conſtructionem deprauaſſent , vel minus rectam reddidiſſent,ſi tamen omnia notari potuerunt . Variatam, quoq; reperies orthographiam ad libitum correctorum.

296.

AF 131645

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by [illegible]

XV. C. 22.

7025

C 46.